צַדִּיק תָּמִים   מָלֵא אֵמִים
מֵאִישׁ דָּמִים   עַל לֹא פֶשַׁע :
תַּצִּיל אוֹתוֹ   רוֹב צִדְקָתוֹ
וּבְרִשְׁעָתוֹ   יִפּוֹל רָשָׁע :

Justus integer, repletus est terroribus
A viro sanguinolento, sine sua iniquitate:
Liberabit ipsum multa justitia sua.
At in improbitate sua, corruet improbus.

Plures species formari possint, sed hæ usitatiores & elegantiores sunt.

Compositum carmen est, quod ex omnibus pedibus, jambo scilicet ac spondeo, molosso bacchióque miscetur: estque triplex: *Tetrametrum*, *Pentametrum*, aut *Hexametrum*. Trimetrum enim per se nullum insigne est, ni-

Ero levis ſicut aquila & hinnulus,
Etiam robuſtus ut pardus aut leo,
Diſponam faciem meam ut rupem duriſſimam.
Ut faciam ſecundum voluntatem Dei mei patris mei.

Hæc ſpecies rhythmi omnium uſitatiſſima eſt, tam in ſimplici quàm compoſito genere, (ut poſtea videbibitur) eaque & totum carmen Eliæ, libro Maſoreth & Tisbi præfixum, compoſitum eſt. Talia quoque & hæc ſunt,

עַל כָּל קִנְיָן תִּקְנֶה חָכְמָה
עַל־כָּל־מַעֲלָה תִּבְחַר שִׁפְלוּת ׃
הַרְחֵק מִכָּל־מִדָּה רָעָה
וּבְרֹאשׁ כֻּלָּן מִן הַכִּילוּת ׃

Supra omnem poſſeſſionem acquire ſapientiam.
Supra omnem dignitatem elige humilitatem:
Longè abeſto ab omni proprietate mala,
Ante omnia verò à tenacitate.

שׁוֹכְנֵי תֵבֵל   רוֹדְפֵי הֶבֶל
לַשָּׁוְא עֲמָלוֹ   כָּל־חַיֵּיהֶם ׃
וּבְסִכְלוּתָם   עַד יוֹם מוֹתָם
גַּם צֵידָה לֹא   עָשׂוּ לָהֶם ׃

Habitatores orbis, ſectatores vanitatis,
Fruſtra laborant totâ vitâ ſuâ:
Et ſtultitiâ ſuâ usq; ad diem mortis ſuæ,
Etiam viaticum non comparant ſibi.

Quarta, quando rhythmi interſecantur, ut primo verſui tertius, ſecundo quartus reſpondeat, & ita deinceps: ut,

לאל

Tribuam laudem atq; gloriam,
Deo, qui *direxit ſublimia palmo.*

Hujus tamen pauca illuſtria exempla in integro Carmine extant.

Secunda, quando omnium omninò verſuum finis idem eſt, & vocatur שִׁיר חֲרוּזִי *Carmen rhythmicum*: ut,

אָשִׁירָה נָא שִׁיר נִכְבָּדוֹת
בָּאֵר הֵטֵב וּבְלִי חִידוֹת ׃
וַאֲבָאֵר עֶ שֵׁר הַנִּקּוּדוֹת
אֵיךְ נֶחֱלָקוּ לִשְׁתֵּי יָדוֹת ׃
חָמֵשׁ מֵהֶן אַנְשֵׁי מִדּוֹת
חָמֵשׁ מֵהֶן כַּגַּמָּדוֹת ׃

Cantabo nunc canticum rerum honorabilium,
Explicando benè & absq; ænigmate,
Explicabo autem decem puncta,
Quomodo diviſa ſunt in duas partes.
Quinq; ex eis ſunt viri magnæ menſuræ,
Quinque ipſorum ſunt ſicut ipſi Pigmæi.

Sic totum eſt Eliæ Canticum ſecundum, elegans & artificioſum.

Tertia, quando ſecundum Hemiſtichium quodque, eodem ſemper rhythmo clauditur, in primo autem nulla planè rhythmi ratio habetur. Hoc vocatur שִׁיר קָשׁוּר *Carmen colligatum*, nempe ſecundo quoq; verſu: ut,

אֶהְיֶה קַל כַּנֶּשֶׁר וּצְבִי
גַּם עַז כַּנָּמֵר אוֹ לָבִיא ׃
אָשִׂים פָּנַי כַּחַלָּמִישׁ
לַעֲשׂוֹת כִּרְצוֹן אֵלִי אָבִי ׃

Ero le-

Carmen laudabile, etſi ob paucitatem talium vocum non ita frequens ſit, aut ſi uſurpatur, brevius eſt. Denique vitioſum habetur, literas ſimilis pronunciationis in rhythmo uſurpare: ut, סְכָה & צוּקָה, aut מַצָּה & מַסָּה & quæ ſunt ſimilia. In vocalibus ſimilibus id non tantoperè curatur: ut, תְּמוּת , תִּכְרוּת, quod tolerari poſſit, etſi meliùs ſit abſtinere à talibus.

Hæc de Rhythmo: nunc de metri generibus.

Ex pedum & rhythmorum varia diſpoſitione, varia metri oriuntur genera. Innumeris enim penè modis illud fieri poteſt pro cujusque arbitrio & libidine, modò ſemel inſtituta menſura in eodem ſemper continuetur.

Genera ejus ſumma duo ſunt: פָּשׁוּט *Simplex*, וּמְרֻכָּב & *Compoſitum*. Utrumque verò vel קָשׁוּר *Ligatum*, vel מְחֻלָּק *Inciſum*.

Simplex, quod ex meris ſyllabis longis, ſpondæis vel ſemiſpondeis conſtat. Quatuor ſpondei hîc frequentiſſimi ſunt, & vocatur שִׁיר פָּשׁוּט וּמְרֻבָּע *Carmen ſimplex & quadratum*. Simplex, quia tantùm ſyllabas longas habet: Quadratum, à quaterna dimenſione, quaſi *Tetrametrum* dicas. Binæ enim ſyllabæ ſemper conjunguntur, quas, ut dictum, שְׁתֵּי תְנוּעוֹת *duas motiones* ſive ſyllabas vocant, neque unico vocabulo, ut Latini per Spondæum, eas hactenus nominare inſtituerunt. Hujus poſſunt plures eſſe ſpecies, quarum quasdam, quæ magis frequentes ſunt, ponemus.

Prima ſpecies eſt, quando bini quique verſus eodem rhythmo clauduntur: ut,

אֶתֵּן שֶׁבַח גַּם תִּפְאֶרֶת
לְאֵל תְּכֵּן רוּם בְּזֶרֶת׃

Tribuam

Sic ſunt Pedes, & eorum menſura.

Rhythmus eſt numerus poëticus, certum ſyllabarum numerum certis clauſulis terminatum continens, qui Hebræis dicitur חֲרֻז vel חִירוּז, & inde שִׁיר חֲרוּזִי *Carmen rhythmicum.* Hunc numerum ut in omnium gentium & nationum ſermone ipſa natura generavit, & quidem vel ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων (ut Ariſtoteles in Poëtica loquitur) ex ipſis extemporariis & ſponte ſe profundentibus loquendi modis: ita & in gente Hebræa antiquiſſimus habetur. Unde R. Moſche Schemthobh, ex celebri familia Chabhibh, quæ in Hiſpania aliquando floruit, oriundus, ſcribit in libello מַרְפֵּא לָשׁוֹן *Marpe laſchon*, ſe in longinquis peregrinationibus ſuis vidiſſe in magno monte aliquo lapidem ſepulchralem Amaſiæ regis Judæorum, in quo hæc tantùm inſculpta legere potuerit, reliquis vetuſtate obliteratis:

שְׂאוּ קִינָה· בְּקוֹל מָרָה· לְשַׂר גָּדוֹל· לָקַח יָהּ
לַאֲמַצְיָה

Ex iſtorum ſimili fine colligit, rhythmicum numerum in Verſibus fuiſſe etiam tùm uſitatum, cùm Iſraelitæ adhuc in terra ſua degerent.

Rhythmus, ut ſcribit R. David Jechai, fit tribus modis: *primò* quando fines unâ literâ conveniunt: ut, נֶחְמָד, גִּלְעָד, בָּדָד, אָבָד: Hujusmodi carmen vocatur שִׁיר עֹבֵר *Carmen tranſiens*, tolerabile, quod tranſire & ferri poteſt, etſi parum elegantiæ habeat, & authores raros. *Secundò*, quando duabus literis: ut, לִשְׁמֹר, לִגְמֹר, לֵאמֹר, Hoc vocatur שִׁיר רָאוּי *Carmen conveniens*, aptum, dignum, eſtque omnium uſitatiſſimum. *Tertiò*, quando tribus: ut, סְפָרִים, גְּבָרִים, דְּבָרִים: hoc dicitur שִׁיר מְשֻׁבָּח *Carmen*

Esto auris tua attenta ad os sapientum,
Et oculus tuus colligat ab ipsis topazios.

En Scheva post Tzere quiescens.

בְּכִיסְךָ אַל תְּקַנֵּא בַ־חֲבֵרְךָ

In crumena tua ne invideas sodali tuo.

Hîc Scheva post Chirek longum fit quiescens. Elias Cantico 8. eodem carminis genere scribit:

חֲזַק וֶאֱמַץ בְּנִי וּלְמֹד זְמִיר זֶה
מְפָרֵשׁ דִּין מְשָׁרֵת לְ־מְלָכִים

Confortare & roborare, fili mi, & disce Canticum hoc,
Exponens judicium ministri regum.

En Chatephsægol pro Scheva quiescente usurpatum in וֶאֱמַץ: Schurek cum Scheva quiescente syllabam longam constituit in וּלְמֹד: Scheva quiescens, mobile factum in לְמְלָכִים & sic in probatissimis quibusq; Carminibus invenitur.

Tertiò, gemini in media voce Scheva posterius semper syllabam brevem constituet, ut in יְחֶזְקֵאל. Vitiosum nimis est, si posterius pronunciatione etiam absorbeatur, ut à quibusdam Cantoribus factum legitur. Posterius enim syllabam semper inchoat, ac proinde eodem modo se illic habet, ut in principio dictionis.

Quartò, Scheva sub litera dagessata, syllabam brevem efficiet: ut, in וַתְּהִי , הַדְּבָרִים, in quo similiter quandoque poëtæ peccasse deprehenduntur. Attamen cùm Dagesch in prosa oratione ex litera Schevata sæpè excidat, eodem jure Elias in metro quoque utitur, & Dagesch ejecto Scheva facit quiescens, ut Cantico 12. וְהַטְעָמִים , לְהַמְלָכִים, quibus pro Jambo & Spondæo utitur.

poteſt, aut ſaltem pro eo ſumi, ſi neceſſe ſit, ut videre eſt in ſequentibus:

- - -v - - - v - - - -v - - - v

אֲדוֹן עוֹלָם אֲשֶׁר מָלַךְ   בְּטֶרֶם כָּל יְצִיר נִבְרָא׃
לְעֵת נַעֲשָׂה בְחֶפְצוֹ כֹּל   אֲזַי מֶלֶךְ שְׁמוֹ נִקְרָא׃
וְאַחֲרֵי כִּכְלוֹת הַכֹּל   לְבַדּוֹ יִמְלוֹךְ נוֹרָא׃

Dominus mundi, qui regnavit antequam ulla creatura eſſet,
Quo tempore factum eſt per voluntatem ejus omne, tunc Rex nomen ejus vocatum eſt,
Et poſtquam abſolvit omnia, ipſe ſolus regnat reverendus.

Hîc in ſecundo hexametro נַעֲשָׂה ſpondeum facit, ut in primo עוֹלָם. In tertio וְאַחֲ Jambum conſtituit, ut in ſecundo לְעֵת. In eodem, in vocibus כִּכְלוֹת & יִמְלוֹךְ Scheva, quod aliâs quieſceret in proſa, trahitur ad conſtitutionem jambi. Sic R. Chai in celebri iſto carmine morali, quod vocat מוסר השכל במליצה: ut,

- - v - - - v - - - v

מְלַאכְתְּךָ תְּהְיֶה   בֶּאֱמֶת נְכוֹנָה
וּמֹאזְנֶךָ   בְּצֶדֶק וֶאֱמוּנִים׃

Opus tuum eſto in veritate rectum,
Et ſtatera tua ſit in juſtitia & fidelitate.

Hîc Scheva in תְּהְיֶה fit mobile, & in מֹאזְנֶךָ quieſcens: Chateph ſægol autem in בֶּאֱמֶת quieſcens, ac ſi eſſet ſcriptum בֶּאְמֶת. Item in eodem Carmine:

- - v - - -v - - - v

תְּהִי נָא אָזְנְךָ אֶל פִּי חֲכָמִים
וְעֵינֶךָ תְּאֶסוֹף מֵהֶם לְשָׁמִים

Eſto

Scheva, breve est: ut, וּמָה , וּבִי, Jambus: וּפִיךָ Bachius. Schurek enim hîc est loco Scheva, & ita eandem quantitatem retinet, ut in hoc carmine.

– – v　　– – – v　　– – – v

וּמֵרְשׁוּת　וְהוֹד מֶלֶךְ　בְּרָחָה

דְּרוֹשׁ צֶדֶק　וּבַקֵּשׁ לְךָ　נְכוֹחָה :

A potestate & majestate regis fuge,
Sectare justitiam, & require tibi rectum.

Hîc וּמֵ Jambus est, æquè ut in altero, דְּרוֹ: item וּבַקְ idem est cum וְהוֹ. At si hoc ו post se habeat Scheva, tunc loco Chirek ponitur (ut libro 2. cap. 21. tradidimus) ac proinde constituit syllabam longam, sicut ipsum Chirek, ut in Eliæ Cantico 6.

– – v　– –　　– – –

אֶחָד מְשָׁרֵת　אֶל־כֻּלָּם

וּשְׁמוֹ שְׁוָא　וְלָכֵן נִבְרָא :

Unus est *minister omnium illorum.*
Cujus nomen Scheva, ideo creatus.

Observandum præterea de vocalibus brevissimis: *Primò*, ab initio dictionis semper adhibentur ad constitutionem Jambi, neque Scheva unquam absorbere illic licet.

Secundò, in media dictione usus ipsarum planè liber est: Volo dicere, Scheva post vocalem longam per se mobile, hîc potest esse quiescens, si syllabâ brevi opus non habeas: Scheva post vocalem brevem per se quiescens, hîc mobile fieri potest, si syllaba brevis tibi necessaria sit. Deinde Scheva compositum, quod per se semper mobile est, hîc in simplex & quiescens resolvi

Metri altera ſpecies eſt, quæ *pedum* aptè diſpoſitorum certâ dimenſione conſtat, qualis populari uſu magis exculta fuit.

Pes eſt dimenſio certis ſyllabarum temporibus definita: eſtque *monoſyllabus* aut *biſyllabus.*

Monoſyllabus dicitur תְּנוּעָה, id eſt, *Motio*, ſyllaba ſcilicet juſto tempore mota & prolata, hoc eſt, longa, quam *ſemiſpondeum* appellare poſſumus. Hunc pariter efficiunt quinque longæ & quinque breves vocales: ut, אָב, אַךְ. Si continuò repetatur, Latinis dicitur *Spondæus*, Hebræis שְׁתֵּי תְנוּעוֹת *duæ motiones:* ut, סֵפֶר. Quod ſi Tenuah vel Syllaba longa adhuc acceſſerit, fit *Moloſſus:* ut, כַּפַּיִם.

Biſyllabus dicitur יָתֵד, id eſt, *Clavus,* quaſi obtuſam & acutam habens, hoc eſt, primam, brevem, & alteram longam, qualem Latini *Jambum* vocant. Hunc conſtituunt vocales breviſſimæ quatuor, Scheva ſimplex mobile, Chatephpathach, Chateph ſægol, Chateph kametz: ut, פְּרִי, חֲצִי, עֳלִי, עֲנִי, שְׁמַע, בְּכֹל. Si addatur ipſi ſemiſpondeus à fine, fit qui Latinis dicitur *Bachius*, ex prima brevi, & duabus longis: ut, חֲמֹרִים אֱמוּנִים עֲבָדִים מְלָכִים. Quòd ſi ab initio adjungatur ſyllaba longa, fit *Amphimacer* ſive *Creticus*, ex prima longa, mediâ brevi, ultimâ longâ: ut, עָבְדְךָ, ſed hic rariſſimè uſurpatur, ut inter carminum genera apparebit. Plures pedes Hebraica poëſis non habet, unde Trochæo uti caveas. Nam Scheva poſt vocales longas pro muto habetur, ſi eo ad jambum opus non habeas, ut mox declarabitur.

Porrò in brevis ſyllabæ conſtitutione, negotium omnium maximum eſt, unde ulteriùs explicanda. Ergo Schurek in litera ו initio dictionis non ſequente Scheva,

לִרְאוֹת בְּטוֹבַת בְּחִירֶיךָ
לִשְׂמֹחַ בְּשִׂמְחַת גּוֹיֶךָ
לְהִתְהַלֵּל עִם נַחֲלָתֶךָ׃

Ut fruar bono electorum tuorum, Ut læter lætitiâ gentis tuæ, ut glorier cum possessione tuâ, Ps. 106. 5.

אַל־תִּתְחַר בַּמְּרֵעִים אַל־תְּקַנֵּא בָּרְשָׁעִים

Ne effervescas propter maleficos: ne invideto improbis, Prov. 24. ℣. 19. & similia.

Si quæ alia dimensionis ratio in hac poësi fuit, quam fortassè occulta accentuum dispositio indicârit, ea inde à prisca illa vetustate cum sapientibus Hebræis in oblivione sepulta jacet. Fuerit ergo hæc quasi infantia quædam poëseos istius sacræ, solo syllabarum numero circumscripta, quam popularis usus suavitate Rhythmi & accuratiore dimensione expolivit. Sic sanè & in aliis quibuslibet gentibus animadversum est, primitivam poësin sine ulla longarum vel brevium dimensione, solo rhythmo definitam fuisse. Unde Quintilianus lib. 9. c. 4. scribit, *rhythmum aurium mensurâ, & similiter decurrentium spatiorum observatione esse generatum, mox in eo repertos esse pedes. Antè enim carmen ortum est, quàm observatio carminis:* indeque illud,

------ *Fauni vatesq; canebant.*

Quare יַעֲמוֹל לָרוּחַ *in ventum laborabit*, (ut loquitur Koheleth 5. ℣. 15.) qui in his penitùs perscrutandis, operam ulteriùs impendet, consequeturque id, quod Rabbi Akibha cuidam anxiè laboranti, sed parum proficienti, respondit, ut legitur in Bava Kama, fol. 95. צָלַלְתָּ בְּמַיִם אַדִּירִים וְהֶעֱלִיתָ חֶרֶס בְּיָדְךָ *Demisisti te in profundum aquarum validarum, & eduxisti testam manu tuâ,*

עֹשֶׂה מִשְׁפָּט לַעֲשׁוּקִים
נֹתֵן לֶחֶם לָרְעֵבִים
יְהוָה מַתִּיר אֲסוּרִים׃

Qui exercet judicium erga oppressos, Dat cibum famelicis, DOMINUS solvit vinctos, Psalm. 146. ℣.6. & & sic plurima.

Excedentis numeri, quando scilicet alterum hemistichium plures syllabas habet, alterum pauciores, exempla infinita sunt, & sic ferè Cantica omnia sacra descripta extant, in quibus aut excedens numerus gratâ modulationis celeritate absorbetur, aut deficiens suavi vocis variatione minuritionéve quadam completur & perficitur.

Rhythmus curatus non aliter fuit, quàm qui suâ sponte prodiret, & fortuitò incideret, non autem studio elaborato videretur accersitus, quod non raro etiam, Davidi imprimis, accidisse animadvertimus, quo nomine Hieronymum antea dicentem audivimus, rhythmum quandoque tinnulum audiri, ut;

הֶאָנֹכִי לְאָדָם שִׂיחִי   וְאִם מַדּוּעַ לֹא־תִקְצַר רוּחִי׃

Nunquid ego ad hominem sermonem meum? quod si, quare non angustiis afficietur spiritus meus? Job. 21. 4.

שָׁלַח מֶלֶךְ וַיַּתִּירֵהוּ   מֹשֵׁל עַמִּים וַיְפַתְּחֵהוּ׃
שָׂמוֹ אָדוֹן לְבֵיתוֹ   וּמֹשֵׁל בְּכָל־קִנְיָנוֹ׃

Misit rex & expedivit eum: dominator populorum, & solvit eum: Præposuit eum dominum domui suæ: & dominatorem in totam possessionem suam, Psalm. 105. ℣. 20. 21.

בחיריך

פָּסוּק pauciora quàm decem complectens בָּתִּים metra ſive diſticha, & שִׁירָה quod decem ac plura continet.

Metrum certo ac ſolo ſyllabarum numero conſtans, juxta R. Moſche Schem tobh, aliosq; Hebræos poëma ſacrum eſt, Jobi, Pſalmorum, ac Proverbiorum libris maximè, tum etiam aliquot Sanctorum Canticis, deſcriptum. Hîc verò pro ratione ſententiæ, vel unico verſu metrum abſolvitur, aut duobus hemiſtichiis, aut etiam tertio, quartóve additis, ita ut vel triſtichon aut tetraſtichon unus פָּסוּק ſive verſus comprehendat.

Utrumque hemiſtichium vel pari ſyllabarum numero conſtat, vel alterutrum numero excedit.

Pari numero conveniunt:

כִּי לֹא סָגַר דַּלְתֵי בִטְנִי   וַיַּסְתֵּר עָמָל מֵעֵינָי׃

Quoniam non clauſit fores uteri mei; nec abſcondit moleſtiam ab oculis meis, Job. 3. ℣. 10.

הִנֵּה זֹאת חֲקַרְנוּהָ כֶּן־הִיא   שְׁמָעֶנָּה וְאַתָּה דַע־לָךְ׃

Ecce hoc inveſtigavimus, & ſic eſt: audi illud, & tu ſcito tibi, Job. 5. 27.

שְׁמַע בְּנִי מוּסַר אָבִיךָ   וְאַל־תִּטֹּשׁ תּוֹרַת אִמֶּךָ׃

Audi fili mi diſciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ, Proverb. 1. ℣. 8.

אֹגֵר בַּקַּיִץ בֵּן מַשְׂכִּיל   נִרְדָּם בַּקָּצִיר בֵּן מֵבִישׁ׃

Congerit in æſtate filius intelligens: ſomno ſopitus eſt in meſſe filius pudefaciens, Prov. 10. 5.

קְרָאתִיךָ הוֹשִׁיעֵנִי   וְאֶשְׁמְרָה עֵדֹתֶיךָ׃

Invoco te, ſervá me: & obſervabo teſtimonia tua; Pſalm. 119. ℣. 146.

dulationem & numerum poëticum singulari artificio olim regerent, qua in re sanctam Hebræorum antiquitatem, optimè exercitatam fuisse credendum. Sed cùm metri sacri modus numerusque artificiosus, post Prophetarum tempora paulatim negligi cœperit; ac tandem, decrescente magis magisque priscâ Hebræorum sapientiâ, heu pudenda nimis apud eos oblivione sit deletus, nos pauca tantùm de eo in genere dicemus, ac metricæ orationis popularis rationem solidiùs & perfectiùs explicabimus.

Oratio metrica est, quæ perpetuis certi *numeri poëtici* legibus astringitur. Hebraicè dicitur שִׁיר vel שִׁירָה *Canticum*, & sic Verbum שׁוֹרֵר *Cecinit*, *Versus dixit*, ut & apud Latinos Poëtæ dicuntur *Canere*, quando carmine res describunt, ut in illo: *Arma virumq; cano.* מְשׁוֹרֵר *Cantor*, versus dicens, Carminis author. A Davide etiam Carmen vocatur מָשָׁל *Parabola*, חִידָה *Aenigma*, Psal. 49. 5. & sic ab Asapho, Psal. 78. ℣. 2. à genere dictionis parabolico & allegorico. Posteriores Rabbini dixerunt פִּיוּט *Poëma*, פַּיְּטָן *Poëta*, Græcorum vocem ποιητὴς in suam flectentes.

Numerus poëticus est vel *Metrum* vel *Rhythmus*.

Metrum est, quod vel certum syllabarum *numerum* tantùm, vel certæ mensuræ *pedes* certis locis collocatos simul continet.

Partes ejus duæ sunt, quæ Latinis Græcorum voce *Hemistichia* dicuntur, conjunctim autem *Distichon* efficiunt. Prius Hemistichium Hebræis dicitur דֶּלֶת vel דֶּלֶת *Ostium*, introitus, ingressus metri: posterius סֹגֵר *Clausura*, conclusio metri. Hæ conjunctæ, sive totum Distichon, vocatur בַּיִת *Domus*, quasi perfecta metri structura ædificiumque absolutum. Hinc porrò vocant

tioni jam constitutæ, natura ipsa mox proprium adinvenit metrum, sed usus ejus præclaro exercitio confirmatus, & Dei laudibus consecratus. Esse autem quædam scripta Biblica poëtica, præter omnes Hebræos, etiam in Latina Ecclésia Hieronymus, Christianorum omnium sui temporis Hebraicè doctissimus, in Prologo in Jobum testatur, dum scribit: *A principio voluminis, usq; ad Verba Jobi, quæ tertio capite incipiunt, apud Hebræos prosa oratio est, Inde usq; ad versum septimum capitis ultimi hexametri Versus sunt, dactylo spondeoq; currentes, & propter linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoq; rhythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis, quod metrici magis, quàm simplex lector, intelligunt. A supradicto autem versu usq; ad finem libri, parvum comma quod remanet, prosâ oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græciq; Pindari, & Alcæi, & Sappho, vel Psalterium vel Lamentationes Jeremiæ, vel omnia fermè Scripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Josephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio, me verum dicere comprobabit.* Hæc ille. Josephus in fine libri secundi Antiq. Jud. de Cantico Mosis & Israelitarum scribit: *Moses carmen, laudes Dei, & ob præsentem favorem gratiarum actiones continens, hexametro versu composuit.* Præter hæc idem non obscurè demonstrant, ipsum genus orationis ab omnibus aliis libris diversum, concisum scilicet & brevibus membris conclusum, sublime, allegoricum, hyperbolicum, & quibuslibet figurarum luminibus illustre, quale ferè poëticum in omnibus linguis esse solet. Denique accentuum specialis in libris istis & Canticis usus id evidenter evincit. Sunt enim ad metron & cantum ita accommodati, ut mo-

TRACTATUS BREVIS
de
PROSODIA METRICA.

COPIOSE & ſufficienter, pro inſtituti noſtri ratione, ſolutæ orationis modos duobus libris præcedentibus explicavimus. Nunc li-
æ quoque certoque metro ac ſyllabarum numero
ıcluſæ orationis formam, hîc breviter ſubnecte-
s, ne quid ad plenam hujus Linguæ tractatio-
ı Grammaticam ſtudioſi requirant. Non tantùm
n proſaicè, ut loquuntur, ſed & metricè aliquot
eris Teſtamenti libri, ut Jobi, Pſalmorum, Pro-
verbiorum & alii quidam, ſcripti leguntur, item
ꝫtorum quædam Cantica, ut Iſraelitarum, Exo. 15.
ſis, Deuter. 32. Deboræ & Barak, Jud. 5. Hannæ,
m. 2. Habacuci, Hab. 3. & alia. Quippe placuit
, quandoque ſolutâ ſimplicique oratione, ſuam
ıntatem hominibus per homines ſanctos & pro-
:as aperire, quandoque numeroſâ & conciſâ, quæ
itate ſuâ ingens præſtaret memoriæ ſubſidium, &
nodulatione (quæ ad eam ferè accedebat) ad ani-
ardenti pietatis ſtudio afficiendos, adminiculum
ıeditaret efficaciſſimum. Unde de poëſeos anti-
ate non eſt quòd quisquam quærat, quum nihil
Verbo Dei ſcriptis comprehenſo, cum quo poëſis
publicata, nihil nobis ſit antiquius. Neq; tamen
primùm fuit nata, quippe cum ipſo ſermone po-
:i orta, &, ut Ariſtoteles loquitur in Poëtica, *elocu-*

tioni

cesserit: ut, וַיִּתֵּן אֹתָם *Et posuit illa, Gen.* 1. *v.* 17. Aliquando in eadem voce ipsi conjungitur, extruso scilicet Euphonico Metheg, ut jam antè in aliis quibusdam notatum est: ut, יִשְׂתָּרְגוּ *Implicabuntur, Thren.* 1. 14. גַּם מֵעוֹף הַשָּׁמַיִם *Etiam ex volucribus cæli, Gen.* 7. 3. וְאִישׁ רֹאשׁ בֵּית־אֲבוֹתָם *Quodq; caput domus paternæ ipsorum, Jos.* 22. 14. Tertius semper Telischa est, quem si alius antecesserit, erit Munach: כָּל־הַבָּא אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־נָפַל שָׁם עֲשָׂה־אֵל *Quisq; veniebat ad locum illum ubi cadebat Hasael, 2. Sam.* 2. *v.* 23. Semper post se habet Tiphcha cum suo ministro Merca, aut immediatè, si Merca excludatur: ut, כַּאֲשֶׁר צִוָּה אֱלֹהִים *Sicut præcepit Deus, Gen.* 7. 9. וּשְׁלֹשֶׁת נְשֵׁי־בָנָיו אִתָּם *Et tres uxores filiorum ejus cum ipsis, Gen.* 7. *v.* 13.

JETHIBH ministro caret. Undecim locis ipsemet quasi minister est regis Paschta: ut, אוֹ בְנִבְלַת *Aut cadaver, Levit.* 5. *v.* 2. ubi reliqua loca à Masorethis annotantur: appellatur autem ab illis טַעַם לְאָחוֹר: Quandoq; etiam regis Sakeph katon minister est: ut, אֵלֶּה בְּנֵי זִלְפָּה *Hi sunt filii Silpæ, Gen.* 46. 19. *sic v.* 23. 26.

Hîc ministrorum & regum, communis & usitatus est, per libros Biblicos prosaicos, processus atque comitatus, nunc augustior & celebrior, nunc minoris pompæ & contractior, nullâ perpetuâ lege circumscriptus, sed pro vocum numero, & membrorum commoditate, totiusque sententiæ ratione, mirâ varietate temperatus.

TRACTA-

loca ſunt, *Joſ.* 19. *v.* 51. 2. *Sam.* 4. *v.* 2. 2. *Reg.* 10. 5. 1. *Paral.* 28. 1. 2. *Par.* 24. 5. & 35. 7. *Eſr.* 6. *v.* 9. *Neh.* 1. 6. & 5. 13. & 13. 5. & *verſ.* 15. *ibid. Eſth.* 7. *v.* 9. *Jer.* 13. 13. & 38. 25. *Ezech.* 48. 21.

TIPHCHA miniſtrum Merca habet, quo ſolo contentus eſt, etſi longè lateque dominetur: nullus enim Verſus in univerſis Bibliis absque eo reperitur, & in plerisque bis reſidet: ut, אֵ֥ת הַשָּׁמַ֖יִם *Cælum*, *Gen.* 1. *v.* 1. Octo locis ſibi Merca in eadem dictione adjunctum habet, ob cauſam quæ jam antè in aliis expoſita eſt: ut, מ֥וֹשְׁבֹתֵיכֶ֖ם *Habitationibus veſtris*, *Levit.* 23. 21. reliqua loca à Maſorethis hîc annotantur. Quatuordecim locis ante ſe habet Merca kephula ſive duplex, ut in Merca dictum. Tiphcha regios accentus Silluk & Athnach ſemper præcedit, ut in illorum explicatione dictum: ergo in quocunq; Verſu Athnach eſt, in eo duo Tiphcha ſunt, excepto quando Athnach vel primam vel penultimam verſus dictionem occupat.

TEBHIR famulitio cum Paſchta certat. Totidem enim miniſtros habet, & quidem proximum Merca vel Darga, inde Munach vel Kadma, deniq; Teliſcha ketanna. Poſt Darga requiruntur ſemper duæ ſyllabæ, unde vel penultimam vocis præcedentis occupat, aut Tebhir requirit vocem polyſyllabam: ut, וַיִּקְרָ֤א הָאָדָ֛ם *vocavit Adam*, *Gen.* 3. *v.* 21. לְאָדָ֛ם וּלְאִשְׁתּ֖וֹ *Adamo & uxori ejus*, *ibid. v.* 22. וַיְבָ֧רֶךְ אֹתָ֛ם *Et benedixit illis*, *Gen.* 1. *v.* 22. At Peſik interceſſerit, tunc una ſyllaba ſufficit: ut, הִמּ֣וֹל ׀ יִמּ֛וֹל *Circumcidendo circumcidetur*, *Gen.* 17. *v.* 13. Invenias tamen & ſine Peſik: ut, הָי֧וֹ יִהְיֶ֛ה *Eſſendo erit*, *Gen.* 18. *v.* 18. Elias notat ex Maſora, quindecim talia eſſe, ſed Maſora id ad hunc locum non vult. Merca primam ſyllabam occupat, quidquid tandem interceſſerit:

per habeat pausulam Pesik, suspirii scilicet vel exiguæ respirationis notam, ob vocem in cantu sinuoso flexu (juxta figuram ejus) elevatam. Inde & à Masorethis vocatur מַרְעִים *Tonans*, à strepero & fragoso sono. Sed Genes. 19. vers. 16. nota Masoretharum est, Pesik post Schalscheleth locum non habere, ideoque errare eos, qui id ibi ponant. Error autem iste venit ex usu ejus in libris tribus metricis, in quibus nunc minister est, nunc rex, & regi quidem, Pesik apponi illic solet distinctionis causâ, unde putant, in libris prosaicis eodem modo usurpari debere, in quo errant. Nam Schalscheleth illic semper rex est, & regi Pesik in illis libris subjici non solet. Septies tantùm in libris prosaicis reperitur: ut, וַיִּתְמַהְמָהּ *Et cunctabatur*, *Gen.* 16. 16. reliqua loca sunt, *Gen.* 24. 12. & 39. 8. *Levit.* 8. 23. *Esr.* 5. *v.* 15. *Jesa.* 13. 8. *Amos* 1. *v.* 2.

Telischa gedola unicum Ministrum Munach habet à bis ad sexies iteratum: ut, עַל־הַנַּחַל יַעֲלֶה עַל־שְׂפָתוֹ מִזֶּה ׀ וּמִזֶּה ׀ כָּל־עֵץ־מַאֲכָל *Ad flumen autem assurgunt in ripa ejus hinc & inde omnes arbores esculenti fructus*, *Ezech.* 47. *v.* 12. Quidam notant se consequi in hoc loco; בָּא הֵנָּה וְאֶשְׁלְחָה *Veni huc & mittam te*, 2. *Sam.* 14. *v.* 32. sed illic hodiè libri variant.

Karne-parah ministros duos habet, proximum Jærach-ben-jomo, alterum Munach, quinquies usque repetitum. Tonùm Musicum habet ut Paser, unde à Masorethis quandoque vocatur *Paser gadol.* Sedecim locis tantùm reperitur, (unde mendosè in Elia legitur 17.) in libris prosaicis: ut, אֶת־פְּאַת־קֵדְמָה אַלְפַּיִם בָּאַמָּה *Ad plagam orientalem bis mille cubitos*, *Num.* 35. *v.* 5. Reliqua loca

Paschta præ omnib. regibus famulitio dives est, quinq; ipsi ministris servientibus, Munach, Mahpach, Merca, Kadma, Telischa ketanna. Elias sex facit; sextus autem esset Darga, at exemplum non vidi. Familiarissimi omnium ipsi sunt Mahpach & Merca. In voce naturâ penacutâ, geminatur, ut dictum libro primo, capite quinto. Nunc singuli, nunc conjuncti ipsi servitium præstant: ut, וְהָאָ֗רֶץ הָיְתָ֥ה תֹ֨הוּ֙ *Terra autem erat es inanis, Gen. 1. v. 2.* וַיִּקְרָ֨א אֱלֹהִ֤ים ׀ לָאוֹר֙ *Et vocavit Deus ucem, ibid. vers. 5.* הִנְנִ֨י מֵבִ֜יא אֶת־הַמַּבּ֨וּל מַ֙יִם֙ *Ecce ego adduo diluvium aquarum, Gen. 6. v. 17.* וַיִּשְׁלַ֨ח חִזְקִיָּ֣ה מֶלֶךְ־יְהוּדָ֣ה אֶל־מֶלֶךְ־אַשּׁ֣וּר ׀ לָכִ֣ישָׁה ׀ לֵאמֹ֣ר ׀ חָטָ֗אתִי *Et misit Hiskija rex Iehudæ ad regem Assyriæ in Lachis, dicendo, Peccavi, 2. Reg. 18.* .14. Ordo ministrorum, Munach unum, vel plures, Telischa, Kadma, Mahpach vel Merca, Paschta. Cæterùm post Paschta semper est Sakeph katon vel immediatè vel mediante ministro Munach: ut, אִם־אִ֣ישׁ הָאֱלֹהִים֙ אָ֔נִי תֵּ֥רֶד אֵשׁ֙ מִן־הַשָּׁמַ֔יִם *Si vir Dei ego sum, descendat nis de cœlo, 2. Reg. 1. v. 12.* Raro aliter est, sequente Rebia, ut 2. *Reg.* 11. 13. *Esth.* 7. 8. Sæpè se consequitur: ut, בֵּ֤ין הַמַּ֙יִם֙ אֲשֶׁר֙ מִתַּ֣חַת לָרָקִ֔יעַ *Inter aquas, quæ sunt sub expanillo, Gen. 1. v. 7.*

Paser unicum tantùm ministrum Mnnach habet: , וַתֵּ֣רֶא הָֽאִשָּׁ֡ה *Viditq; mulier illa, Gen. 3. v. 7.* Sæpiùs se nsequitur, bis, ter, septies usque: ut, זְכַרְיָ֡הוּ בֵּ֡ן וְיַעֲזִיאֵ֡ל וּשְׁמִֽירָמ֡וֹת וִֽיחִיאֵ֣ל ׀ וְעֻנִּ֡י אֱלִיאָ֡ב וּבְנָיָ֡הוּ וּמַֽעֲשֵׂ֡יָהוּ *quæ omnia nina propria sunt, 1. Paral. 15. v. 18.* vide & 1. Par. 16. 5.

Schalscheleth initium Versus semper occupat, oq; ministro caret. Elias scribit, quòd post se semper ha-

ibi super illam rupem in Choreb, *Exod.* 17. *v.* 6. Undecies, juxta Masorethas, etiam Merca ipsi ministrat: ut, וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים ׀ אֶל־הַנָּחָשׁ *Et dixit Dominus Deus ad serpentem*, *Genes.* 3. *vers.* 14. Tribus locis, juxta Masoram, Kadma & Merca in eadem voce conjunguntur: ut, אִם־יֵצְאוּ בְנוֹת־שִׁילוֹ *Si egressæ fuerint filiæ Schilo*, *Jud.* 21. 21. Kadma, qui à præcedente voce monosyllaba rejectus, extrusit in sequenti euphonicum Metheg: & locum illius subiit, ut diximus quoq; libro 1. capite 5. Alterum est Nehem. 12. ℣. 44. Tertium Levit. 10. ℣. 12. ubi Biblia magna, juxta hanc masoram mendosa sunt. Rectè habet editio Anni 1518. in quarto. Quandoq; duo Munach ante Sarka sunt, ut Levit. 4. ℣. 35. Quandoq; Sarka se consequitur, *ut Jud.* 18. 14. 2. *Reg.* 7. 13. *& alibi.*

GERESCH tres habet ministros, Kadma, (qui plerunque proximus est) Telischa & Munach: ut, יִקָּווּ הַמַּיִם *Congregentur aquæ*, *Genes.* 1. *v.* 9. וְיִרְדּוּ בִדְגַת הַיָּם *Et dominentur piscibus maris*, *Genes.* 1. *v.* 26. וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־חַיַּת הָאָרֶץ *Et fecit Deus bestias terræ*, *ibid. v.* 25. Si Munach ei proximus sit, debet esse sub prima vocis suæ litera: ut, אֶת כְּדָר־לָעֹמֶר *Kedorlaomerum*, *Gen.* 14. *v.* 9. *sic Jesa.* 60. *v.* 17. Porrò quando Kadma in voce præcedente esse non potest, occupat eandem dictionem cum Geresch, extruso illic euphonico Mætheg, ut & lib. 1. capite quinto dictum est: ut, וַיֵּלְכוּ *Et iverunt*, *Num.* 33. 8.

GERASCHAJIM ministro caret, præterquam in voce monosyllaba aut penacuta præcedente, in qua ministrat ipsi Munach: ut, עֵץ פְּרִי *Arbor fructus*, *Gen.* 1. 11. שָׁמָּה קָבְרוּ *Illic sepeliverunt*, *Gen.* 49. 31.

PASCHTA

tris Sakeph katon gratiam in numerum regum aſci-
s eſt. Caret enim miniſtro, quòd vel initium verſus
cupet: ut, וַיֹּאמֶר *Et dixit, Gen.* 3. 10. vel regem, com-
muniter Sakeph katon & Athnach, continuò ſequa-
. De Sakeph katon & Athnach paſſim obvium.
andoque poſt alium, veluti Sægolta, *Joſuæ* 1. *v.* 14.
am. 5. *v.* 20. vel ſeipſum conſequitur, ut *Joſ.* 1. *v.* 14.
d. 39. 32. 1. *Reg.* 19. 4.

SÆGOLTA miniſtrum Munach habet, ſemper an-
edente rege Sarka: ut, וּמִפְּרִי הָעֵץ אֲשֶׁר בְּתוֹךְ־הַגָּן *At
fructu arboris, quæ eſt in medio horti, Geneſ.* 3. 3. Iteratur
Munach: ut, וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים ׀ אֶל־הַנָּחָשׁ כִּי עָשִׂיתָ
*Dixitq; Dominus Deus ad ſerpentem, Quia feciſti hoc,
eſ.* 3. *v.* 14. Sæpiſſimè tamen miniſtro privatus, re-
Sarka veſtigia proximè ſequitur: ut, וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים
אֶת־הָ *Et fecit Deus expanſum, Geneſ.* 1. *v.* 7. Elias uni-
locum excipit, ubi poſt Sarka nullum Sægolta ſe-
ur, nempe Jeſa. 45. ℣. 1. Ego alterum obſervavi,
. 20. ℣. 23. in Bibliis magnis: ſed meliores libri ha-
: Sægolta.

ARKA cum tribus miniſtris præcipuè incedit, pro-
us ipſi ſemper eſt Munach, alter Kadma, tertius
ſcha ketanna, qui nunc ſinguli nunc conjuncti
m antecedunt: ut, וּמִפְּרִי הָעֵץ *Et de fructu arboris, Ge-
. v. 3.* וַיֵּט מֹשֶׁה אֶת־מַטֵּהוּ *Et extendit Moſes baculum
, Exod.* 9. 23. וַיֵּצְאוּ בְנֵי בִנְיָמִן ׀ לִקְרָאתָם מִן־הַגִּבְעָה *Et egreſ-
Binjamin in occurſum ipſorum ex Gibha, Jud.* 20. *v.* 25.
ngiore membro ante Teliſcha rurſus eſt Munach:
הִנְנִי עֹמֵד לְפָנֶיךָ שָּׁם ׀ עַל־הַצּוּר בְּחֹ *Ecce ego ſto coram te
ibi ſu-*

Gen. 35. 5. hîc à quibusdam vocatur סַחְפָּא: nunc penultimam à fine: וּשְׁלֹשִׁים שָׁנָה וַיָּמֹת *Et triginta annos & mortuus est, Gen.* 5. 5. nunc quamlibet in medio occupat. Nunquam duo Athnach in uno Versu sunt: absque Athnach plurimi, ut *Gen.* 1. 13. *Deut.* 32. 47. ubi notatur, tres esse versus longiusculos sine Athnach.

REBHIAH duos ministros habet, Munach & Darga: ut, וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים *Et dixit Deus, Gen.* 1. 11. Quando concurrunt, Munach semper regi proximus est: ut, וֵאלֹהִים פָּקֹד יִפְקֹד אֶתְכֶם *Et Deus visitando visitabit vos, Gen.* 50. 24. sic & antea in Darga. Sæpè ante Munach sunt Kadma & Asla: ut, בִּדְגַת הַיָּם וּבְעוֹף הַשָּׁמַיִם *In pisces maris & volucres cœli, Gen.* 1. *v.* 26. Hic Munach etiam excluditur: ut, וַיֹּאמֶר לָהֶם אֱלֹהִים *ibid. v.* 28. Quinquies juxta Masorethas, in eandem dictionem ipsi conjungitur: ut, אַל־תֵּעָצְבוּ *Ne cruciemini, Genes.* 45. *v.* 5. reliqua loca sunt, Exod. 32. 31. Eccl. 4. 10. Dan. 1. 7. Zach. 7. 14.

SAKEPH Katon ministrum unicum Munach habet, antecedente ipsum Paschtâ si locus sit: ut, אֲשֶׁר מִתַּחַת לָרָקִיעַ *Quæ sunt sub expanso illo, Gen.* 1. 7. Hîc Munach sæpè excluditur: ut, תֹהוּ וָבֹהוּ *Gen.* 1. *v.* 2. Sæpè eandem dictionem occupant, & tum Munach extrudit euphonicum Metheg ejusq; locum subit, ut lib. 1. cap. 5. dictum: ut, וְהָאָדָם *Et Adamus, Gen.* 4. 1. Si Munach sit in prima vocis syllaba, tunc vocatur à Masorethis *Mecarbel*, aliâs *Hillui*, habet etiam quandoque ante se Kadma in eadem voce, de quo vide lib. 1. cap. 5.

SAKEPH gadol per se regis honore indignus, ob

Rex regem continuò ſequens, aut initium Verſus ccupans, miniſtris ſuis privatur. Conſequuntur ſe arii, & certam legem nullam habent: initio Verſus ocantur omnes, præter Sægolta & Silluk.

Sex reges, *Paſer, Paſta, Sarka, Teliſcha gedola, Teliſcha etanna, Tebhir,* ſeipſos ſæpè conſequuntur, moderatio-is cantus & lectionis causâ. Elias adjicit ſeptimum, *egarme,* quatenus inter Reges à quibusdá numeratur.

SILLUK uno miniſtro Mercâ contentus eſt, quem ntecedit Tiphcha rex: ut, אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ *Cælum & terram, Gen.* 1. *v.* 1. Cùm miniſter excluditur, tùm immediatè Tiphcha ante ſe habet: ut, בֵּין מַיִם לָמָיִם *Inter aquas & aquas, Gen.* 1. *v.* 6. Hoc Tiphcha quinque locis n eadem diſtinctione cum Silluk, Maſorethæ vocant *Meaÿela*, quaſi Tiphcha durum ſive robuſtâ voce canendum: ut, לְהֵחַלּוֹ *Ad profanandum ſe, Levit.* 21. 4. Reliqua loca ſunt, *Num.* 15. 21. 1. *Paral.* 2. 53. *Jeſa.* 8. 17. *Hoſ.* 11. *v.* 6. etſi quædam exemplaria Mætheg habeant.

ATHNACH unicum miniſtrum Munach habet, quem ſemper antecedit rex Tiphcha: ut, וְחֹשֶׁךְ עַל פְּנֵי תְהוֹם *Et tenebræ erant in ſuperficie abyſſi, Gen.* 1. *v.* 2. & ſic quoque verſu primo debet eſſe, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים *In principio creavit Deus; ubi mendoſè quædam exemplaria ſub* Bereſchit *ponunt Merca.* Iteratur quandoque Munach: וְאַל־תִּכָּלְמִי כִּי לֹא תַחְפִּירִי *Ne confuſa eſto, quia non pudebit te, Jeſa.* 54. 4. Quando Munach excluditur, tum Tiphcha immediatè præcedit: ut, וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי אוֹר *Dixitq; Deus, Eſto lux, Gen.* 2. 3. Hoc Tiphcha Maſorethæ undecim locis vocant *Meaÿela*, ut *Gen.* 8. *v.* 18. *Num.* 28. *v.* 26. ubi reliqua loca enumerantur. Porrò Athnach liberam ſedem in Verſu quærit: nunc primam vocem tenet: ut, וַיֹּאמַר *Et dixit, Gen.* 24. 34. וַיִּסָּעוּ *Et profecti ſunt,* Gen. 35.

MERCA Kephula ſive duplex ſimiliter regi Tiphcha ſervit, & quatuordecim tantùm vicibus occurrit, ſemper præcedente miniſtro Darga: ut, לָמָּה תַעֲשֶׂה כֹה לַעֲבָדֶיךָ *Quare facies ſic ſervis tuis, Exod. 5. 14.* Vide loca omnia in Maſora, Num. 32. 42.

DARGA duobus Regibus, Tebhir & Rebhiah, ſervit: ut, וַיַּרְא אֱלֹהִים *Et vidit Deus, Gen. 1. 4.* Minus frequenter regi Rebhia, & quidem mediante Munach: ut, לֹא בַסֵּתֶר דִּבַּרְתִּי *Non in abſcondito locutus ſum, Jeſa. 45. v. 19.* שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אַמָּה *Trecentorum cubitorum, Geneſ. 6. 15.* Quatuordecim locis poſt ſe habet Merca duplex, cum quo conjunctim regi Tiphcha ſervit, ut antè dictum. Nullos patitur ante ſe miniſtros alios, niſi Munach & Kadma: ut, וּבֵין זַרְעֲךָ אַחֲרֶיךָ *Et inter ſemen tuum poſt te, Geneſ. 17. 7.* כִּי שַׂמְנוּ כָזָב מַחְסֵנוּ *Quia poſuimus mendacium ſpem noſtram, Jeſa. 28. 15.*

JÆRACH ben-jomo ſervit nonniſi regi Karne-parah, & id quidem duntaxat ſedecim locis: ſæpiùs enim iſte rex in publicum non prodit, ut illic dicetur: ut, אַלְפַּיִם בָּאַמָּה *Bis mille cubitos, Numer. 35. v. 5.*

KADMA tribus regibus, Sarka, Gereſch, Tebhir, ſuo ſervitio præſtò eſt: hinc & alios miniſtros, regibus ſingulis familiares, poſt ſe patitur, ut Munach, Mahpach, Darga & Merca. Exempla in Regum iſtorum declaratione erunt.

TELISCHA Ketanna ſemper præit conſervo Kadma, & ita conjunctâ operâ ejus regibus ſervit.

De Regibus.

Nullus rex absq; uno alteróve antecedente miniſtro eſt, præter tres, *Sakeph gadol, Jethibh & Schalſchelet*, qui miniſtris carent, unde omnium minimi cenſentur,

Nunc singuli, nunc plures conjuncti, Regem certo
line antecedunt, pro numero vocum, ac sententiæ
:vioris aut longioris constitutione.
Alii commune obeunt ministerium, diversis Regi-
; ministrando: alii proprium habent, certo Domi-
astricti.
Duo ministri, *Merca & Munach*, seipsos interdum
ıtinuò consequuntur, celerioris cantûs, vel lectio-
continuandæ causâ.
MUNACH usum præ omnibus ministris habet fre-
:ntissimum, unde 1. Paralip. 28. undecies in primo
su reperitur. Servit omnibus Regibus, qui famu-
ɔ stipati incedunt, præter Tiphcha & Sylluk. Sæ-
; seipsum consequitur, bis, ter, septies usque: ut,
וּמָה חַשְׁחָן וּבְנֵי תוֹרִין וְדִכְרִין וְאִמְּרִין ' לַעֲלָוָן ' לֶאֱלָהּ שְׁ
:l est, *Etiam quæ opus sunt, ut juvenci & arietes & agni ad*
austa, pro Deo cæli, Esræ 6. v. 9. Interdum regiam na-
m induere, paulò antè dictum est.
MAHPACH Regi Paschta tantùm servit: ut, וְהָיוּ
לְא *Eruntq; in signa, Gen. 1. v. 14.* Aliquando Merca
n intervenit, & quidem cum Mahpach in eadem
one, de cujus causa vide libro 1. cap. 5.
MERCA duorum Regum, Tiphcha & Silluk, præ-
ë minister est: ut, בֵּין הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ *Inter lucem &*
tenebras, Gen. 1. v. 4. Undecim locis ministrat regi
a, quod propterea peculiari notâ à Masorethis ob-
tum est: ut, אֱמֹר לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל *Dicito filiis Israel, Exod.*
. reliqua loca hîc à Masorethis annotantur. Unde
losè legitur in Elia, in explicatione Merca, quòd
cim locis ipsi serviat, & in Sarka rursus mendosè,
novies. Quandoq; & Paschtæ servit: vide illic:
Tebhir, vide illic. MERCA

MERCA Kephula ſive duplex ſimiliter regi Tiphcha ſervit, & quatuordecim tantùm vicibus occurrit, ſemper præcedente miniſtro Darga: ut, לָמָּה תַעֲשֶׂה כֹה לַעֲבָדֶיךָ *Quare facies ſic ſervis tuis, Exod.* 5. 14. Vide loca omnia in Maſora, Num. 32. 42.

DARGA duobus Regibus, Tebhir & Rebhiah, ſervit: ut, וַיַּרְא אֱלֹהִים *Et vidit Deus, Gen.* 1. 4. Minus frequenter regi Rebhia, & quidem mediante Munach: ut, לֹא בַסֵּתֶר דִּבַּרְתִּי *Non in abſcondito locutus ſum, Jeſa.* 45. *v.* 19. שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אַמָּה *Trecentorum cubitorum, Geneſ.* 6. 15. Quatuordecim locis poſt ſe habet Merca duplex, cum quo conjunctim regi Tiphcha ſervit, ut antè dictum. Nullos patitur ante ſe miniſtros alios, niſi Munach & Kadma: ut, וּבֵין זַרְעֲךָ אַחֲרֶיךָ *Et inter ſemen tuum poſt te, Geneſ.* 17. 7. כִּי שַׂמְנוּ כָזָב מַחְסֵנוּ *Quia poſuimus mendacium ſpem noſtram, Jeſa.* 28. 15.

JÆRACH ben-jomo ſervit nonniſi regi Karne-parah, & id quidem duntaxat ſedecim locis: ſæpiùs enim iſte rex in publicum non prodit, ut illic dicetur: ut, אַלְפַּיִם בָּאַמָּה *Bis mille cubitos, Numer.* 35. *v.* 5.

KADMA tribus regibus, Sarka, Gereſch, Tebhir, ſuo ſervitio præſtò eſt: hinc & alios miniſtros, regibus ſingulis familiares, poſt ſe patitur, ut Munach, Mahpach, Darga & Merca. Exempla in Regum iſtorum declaratione erunt.

TELISCHA Ketanna ſemper præit conſervo Kadma, & ita conjunctâ operâ ejus regibus ſervit.

De Regibus.

Nullus rex abſq; uno alteróve antecedente miniſtro eſt, præter tres, *Sakeph gadol, Jetbibh & Schalſchelet*, qui miniſtris carent, unde omnium minimi cenſentur,

Nunc singuli, nunc plures conjuncti, Regem certo rdine antecedunt, pro numero vocum, ac sententiæ revioris aut longioris constitutione.

Alii commune obeunt ministerium, diversis Regius ministrando: alii proprium habent, certo Domio astricti.

Duo ministri, *Merca & Munach*, seipsos interdum ontinuò consequuntur, celerioris cantûs, vel lectiois continuandæ causâ.

MUNACH usum præ omnibus ministris habet frequentissimum, unde 1. Paralip. 28. undecies in primo ersu reperitur. Servit omnibus Regibus, qui famuitio stipati incedunt, præter Tiphcha & Sylluk. Sæiùs seipsum consequitur, bis, ter, septies usque: ut,

וּמָה חַשְׁחָן וּבְנֵי תוֹרִין וְדִכְרִין וְאִמְּרִין ׀ לַעֲלָוָן ׀ לֶאֱלָהּ שְׁמַיָּא

Id est, *Etiam quæ opus sunt, ut juvenci & arietes & agni ad olocausta, pro Deo cæli, Esræ 6. v. 9.* Interdum regiam naturam induere, paulò antè dictum est.

MAHPACH Regi Paschta tantùm servit: ut, וְהָיוּ לְאֹתֹת *Eruntq; in signa, Gen. 1. v. 14.* Aliquando Merca etiam intervenit, & quidem cum Mahpach in eadem dictione, de cujus causa vide libro 1. cap. 5.

MERCA duorum Regum, Tiphcha & Silluk, præcipuè minister est: ut, בֵּין הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ *Inter lucem & inter tenebras, Gen. 1. v. 4.* Undecim locis ministrat regi Sarka, quod propterea peculiari notâ à Masorethis observatum est: ut, אֱמֹר לִבְנֵי־יִשְׂרָאֵל *Dicito filiis Israel, Exod. 6. v. 5.* reliqua loca hîc à Masorethis annotantur. Unde mendosè legitur in Elia, in explicatione Merca, quòd tredecim locis ipsi serviat, & in Sarka rursus mendosè, quòd novies. Quandoq; & Paschtæ servit: vide illic: item Tebhir, vide illic.

MERCA

minatione יְכֹל. In tertia fœminina; פָּקְדָה pro פָּקְדָה ex פָּקַד. In Imperativo, שִׁמְעוּ *Audite*, pro שִׁמְעוּ ex terminatione שְׁמַע: Sic; עִמְדוּ *State*, ex terminatione עֲמֹד: Fœmininum, שִׂמְחִי pro שִׂמְחִי *Lætare*, ex Pathach שְׂמַח. In Futuro; יִדְרֹשׁוּ *Inquirent*, ex יִדְרֹשׁ, *Jes.* 11. 10. Sic deinceps per omnes conjugationes. Sakeph katon hîc quoq; frequens: ut, קָדָרוּ Obſcurati ſunt, Joel. 2. ℣. 10. אַל־תִּלְמָדוּ *Ne diſcatis*, *Jer.* 10. 2. Rariùs Rebhiah: ut, וַחֲכָמוּ *Et ſapientes eſtote*, *Proverb.* 8. 34. At ex rarioribus eſt, תִּפְרָעוּ *Diſcooperiatis*, *Levit.* 10. 6. ubi Virgula Legarme accentui Munach miniſtro, regiam vim addit, quod quandoq; fieri, Elias teſtis eſt in libro de Accentibus. Quandoque Scheva manet: ut, נוֹעֲדוּ *Convenerunt*, *Pſal.* 48. 5. יְדַכְּאוּ *Conterunt*, *Pſal.* 94. 5. Nam

In libris metricis, Jobo, Pſalmis & Proverbiis, cùm ſententiæ ſint breviores, alia eſt & accentuum & diſtinctionis ratio. *Rebhia & Sakeph katon* raro Inciſum faciunt: *Athnach* ſæpiùs minori diſtinctioni inſervit: ſæpè deſideratur, & tum *Tiphcha*, ſi neceſſe ſit, diſtinguit. *Merca* ſæpiſſimè inciſum facit, Sarkâ & Rebhiâ proximè præeunte, vel uno accentu illis interjecto. Exempla paſſim obvia. Hinc etiam Merca vocales producit inſtar regis majoris: ut, אִישָׁן *Dormiam*, *Pſalm.* 4. 10. יְדַבֵּרוּ *Loquuntur*, *Pſalm.* 35. 20.

Hæc generaliter de uſu Accentuum in diſtinguenda oratione & cognoviſſe & monuiſſe ſufficiant: יִשְׁמַע חָכָם וְיוֹסֶף לֶקַח ait Sapiens, Prov. 1. 5.

Complementi loco de ſingulorum ſpeciali uſu in libris proſaicis, ſpecialia quædam hîc attexemus.

De Miniſtris.

Nullus miniſter abſque conſequente Rege eſt.

& illi, Numer. 16. 16. וָלֹא *Et non*, 2. *Sam.* 13. 26. aliâs וְלֹא, וְהֵם, וְהוּא.

Tertiò, Pauſa ſæpiſſimè ad penultimam rejicitur euphoniæ causâ, ubi Scheva ante Affixum ךְ convertitur in Sægol, quod in Athnach & Silluk commune eſt: ut, דְּבָרֶךָ *Verbum tuum*, יַצִּילֶךָ *Liberabit te.* Semel tantùm, ut Maſora notat, Scheva manet; *Bonum feciſti cum* עַבְדְּךָ *ſervo tuo*, *Pſalm.* 119. 65. Item cum Rebhiah & Sakeph katon ſæpè: ut, לַחְמֶךָ *Panem tuum*, *Eccl.* 9. 7. וְלַחְמֶךָ *Jerem.* 5. 17. Sic & interdum cum regibus minoribus: ut, יָדֶךָ *Manum tuam*, *Deut.* 21. *v.* 10. מִשְׁמַעְתֶּךָ *Obedientiam tuam*, 1. *Sam.* 22. 14. עַבְדֶּךָ *Servus tuus*, 1. *Reg.* 1. 26. בְּשָׂדֶךָ *In agro tuo*, *Deut.* 24. 19. In hoc officio & miniſter Munach ſibi interdum reguli munus arrogat: ut, אָנִי *Ego*, *Mal.* 1. *v.* 6. vide & mox infrà.

Scheva in nominibus formæ פְּרִי ſimiliter tranſit in Sægol: ut, עַל הַלֶּחִי *Super maxillam*, 1. *Reg.* 22. 24. Sic; וַיֶּהִי *Et fuit*, Pſal. 33. 9. וַיֶּחִי *Et vixit, revixit.*

Chateph kametz in hac forma mutatur in Cholem. Hinc חֹלִי *morbus*, עֹנִי *afflictio*, יֹפִי *pulchritudo*, pro יְפִי, חֳלִי, עֳנִי & ſimilia.

Chateph pathach in Kametz: ut, אָנִי *Ego*, quod alibi eſt אֲנִי Zach. 8. 11.

In Pronomine ſecundæ perſonæ fit vocalium transpoſitio: ut, לָךְ pro לְךָ: ſic אוֹתָךְ, מִמֵּךְ.

In Verbis pluralibus in ו, item in fœmininis ſingularibus in ה vel י finitis, pro Scheva redit ea vocalis, quam vox ſingularis aut maſculina in unoquoque Tempore habuit, quæ ſi fuerit Pathach, tum producitur illud in Kametz: ut in Præterito Kal פָּקָדוּ pro פָּקְדוּ ex פָּקַד. Sic גָּבֵרוּ ex terminatione גָּבֵר; Item יָכֹלוּ ex terminatione

Excipiuntur utrinque perplurima, quæ omnia à Masorethis ferè notata & observata sunt. Ex Pathach; וַתֹּאכַל , וַיֹּאכַל *Et comedit, Gen.3.7.* וַיִּצְחָק *Et risit, Gen.17.17.* ubi Masorethæ observarunt, esse unum ex duodecim in Genesi, quæ cum Athnach habent Pathach: וַיֹּאמַר nonagies semel servat Pathach juxta Athnach. Sic עַד propter Pausam non mutatur. Ex Sægol; הַנֹּפֶלֶת *Quod decidit, Amos 9.11.* אֶרֶץ observatum est quater cum Athnach retinere Sægol. Nomen מֶלֶךְ nunquam ob pausam mutatur: מִלֶּדֶת *A pariendo, Gen. 29. v. 35.* cum Silluk retinet Sægol immutatum.

Sakephkaton quandoque hoc juris sibi sumit: ut, אָחַז *Corripiet, Exod. 15. 14.* pro אָחַז. Sic; אָכָל *Comedit, Ezech. 18. 6.* אָרֶץ *Terra, Deut. 32. 13.* At omninò alii minores hoc præter morem & insolenter faciunt: ut, שְׁכָב *Cuba, 1. Sam. 3. 9.* דָגַר *Colligit, Jer. 17. 11.* אָרֶץ *Terra, Jerem. 3. v. 8.* Sic & prorsus irregulariter cum Ministro Darga est; סְעָד *Fulci, Jud. 19. 5.* שַׂמְנוּ *Posuimus, Jesa. 28. 15.*

Præterea Reges, copulæ ו ante verba monosyllaba aut penacuta, subjiciunt Kametz: ut, וָמֵת *Et morietur, Gen. 44. 22.* יוֹצֵא וָבָא *Egrediebatur & ingrediebatur, 1. Sam. 18. v. 16.* וָקָם *Et resurgit, Proverb. 24. 16.* וָבָאוּ *Et venerunt, Eccles. 8. 10.* וָמַתִּי *Et moriar, Gen. 19. v. 19.* וָמֵתוּ כָּל־הַצֹּאן *Et morientur omnes pecudes, Gen. 33. 13.* וָמַתָּה *Et morieris, Ezech. 28. v. 8.* At cum accentu ministro; וָחַם *Et incaluit, Exod. 16. v. 21.* וָגָר *Et habitavit, Jesa. 11. v. 6.* וָחָרָה *Et aduratur, Ezech. 24. 11.* Attamen in Quiescentibus secundâ videas quandoq; hîc speciales quasdam esse anomalias, quæ pro loci ratione notandæ sunt. Sic & ante Pronomina: ut, אֲנִי וָהוּא *Ego & ipse, Gen. 41. v. 11.* אַתָּה וָהֵם *Tu*

scibus maris, Gen. 1. *v.* 26. וַיְהִי כְּהוֹצִיאָם אֹתָם *Fuitq; cùm educerent ipsi eos, Gen.* 19. *v.* 17. Hæc causa est vel præcipua, cur Reges accentum Telischa ex suo numero excluserint, & ad servorum ordinem ablegarint. Post Munach autem si *Legarme* sit, (virgula scilicet recta, quæ etiam *Pesik* vocatur) tum Dagesch lene locum habet: pausula enim ista Ministri præcedentis naturam sistit, ita ut sequens litera בגד כפרת Dagesch lene recipiat: ut, וְעַתָּה ׀ פֶּן־יִשְׁלַח יָדוֹ *Nunc ergo ne extendat manum suam, Genes.* 3. 22. עָשׂוּ ׀ כָּלָה *Fecerunt consummationem, Gen.* 18. *v.* 21. Observandum etiam quòd Tiphcha posterius, & Athnach in Psalmis, Jobo & Proverbiis, sæpè instar ministrorum sunt, & literas בגד כפת tunc post se aspiratas ponunt.

Secundò, Pausæ majores Athnach & Silluk, communiter producunt Pathach & Sægol in Kametz.

Pathach in qualibet voce: In Nominibus; שָׁמָיִם *Cœlum, Gen.* 1. *v.* 8. וּבֵין הַלָּיְלָה *Et inter noctem, v.* 14. pro לַיְלָה, שָׁמַיִם. In Pronomine; אָתְּ *Tu, Gen.* 12. 11. 13. In Verbis; אָמָר *Dixit, Gen.* 21. 1. & sic cum Silluk, *Exod.* 18. 24. pro אָמַר. Sic porrò fit, in quibuscunque vocibus aut Temporibus ubi in Pathach incidunt: ut, אָהָבְתִּי *Dilexi, Psalm.* 119. *v.* 159. cum Silluk ibidem vers. 47. דָּמוּ *Silent, Psalm.* 35. 15. pro דַּמּוּ. Imperativus; שְׁכָב *Cuba*, 1. *Sam.* 3. *v.* 5. Futurum; אֶשְׁכָּב *Cubabo, Job.* 7. *v.* 21. In Particulis; עָתָּה *Nunc, Jos.* 14. *v.* 11. יָחַד *Pariter, Psal.* 2. *v.* 2. & cum Sylluk, 1. Sam. 11. 11.

Sægol penultimum in vocibus ex duplici Sægol constantibus: ut, חָסֶד *Benignitas, Psal.* 62. 13. pro חֶסֶד: Sic; שֵׁם תִּפְאָרֶת *Nomen gloriæ, Jesa.* 63. 14. זֹרֵעַ זָרַע *Sementans semen, Gen.* 1. 29. כְּאֵשׁ אוֹכָלֶת *Sicut ignis consumens, Jesa.* 30. 27. לָכֶת *Ingredi, Proverb.* 15. 21. pro לֶכֶת.

Exci-

non semper accentus communiter distinguentes, sensum distinguunt. Reliqui qui subdistinctionibus serviunt, sæpè Incisum efficiunt, sæpiùs nihil ad distinctionem conferunt. Hoc comprobant Caput, quod à בְּרֵאשִׁית incipit, & quod Vetus Testamentum voce חֵרֶם claudit, omniaque & singula ipsis interjecta Capita alia, ut curiosâ inquisitione non sit opus. דוק וְתִמְצָא *Considera & invenies*, ajunt Hebræi.

Parenthesis sive Interpositio alicujus membri, amplioris sensus causâ, etiam quædam orationis est incisio. Hujus notâ Hebræus sermo caret, at non re ipsâ, quæ prudenter in oratione ipsa animadvertenda. Sic Jobi 31. ℣. 14. & 15. parentheseos more orationi inserti sunt, ut & ℣.18. & 30. Item ℣.9. Psal. 49. & Psal.50.3. hæc verba: *Veniat Deus noster & ne surdum agat.*

Sic fuit Regum in distinctione sententiarum potestas, unde porrò *triplex* eorum effectum considerandū.

Primò, Literæ בגד כפת post vocem vocali longâ aut literâ quiescente finitam, ac quolibet accentu regio instructam, Dagesch lene accipiunt: ut, בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ *Ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram, Genes. 1. v. 26.* וּלְאִשְׁתּוֹ כָּתְנוֹת *Et uxori ejus tunicas, Gen. 3. 21.* אֵלֶּה תּוֹלְדֹת נֹחַ *Istæ sunt generationes Noach, Gen. 6. 9.* & sic post omnes, nec ullibi Reges juris sui rigore magis utuntur, quàm in hujus legis authoritate strictè tuenda. Hic accentus Grammaticis dicitur מַפְסִיק *Maphsik, Pausans*, pausam & interspirationem constituens, unde fit, ut sequentes Bgad Kphat, Dages lene recipiant, non secus ac si initium versus occuparent. At post ministros, aspiratæ semper manent, & sic quoque post Telischa ketanna: ut, וְיִרְדּוּ בִדְגַת הַיָּם *Et dominentur pi-*

& coram uncto ejus, 1. Sam. 12. ℣. 3. hîc primum Munach Incisum facit, aut subdistinguit saltem:

וַיֹּאמֶר שָׁאוּל אֶל־הַקֵּינִי לְכוּ סֹרוּ רְדוּ מִתּוֹךְ עֲמָלֵקִי׃

Id est, *Et dixit Saul ad Kinæum, abite, recedite, descendito è medio Amalekitarum*, 1. Sam. 15. ℣. 6. hîc Telischa ketanna & Kadma subdistinguunt, è contrario Gereſch rex nihil distinguit.

וַיִּשְׁלַח חִזְקִיָּה מֶלֶךְ־יְהוּדָה אֶל־מֶלֶךְ־אַשּׁוּר ׀ לָכִישָׁה ׀ לֵאמֹר ׀ חָטָאתִי׃

Id est, *Et misit Hiskia rex Jehudæ ad regem Assur in Lachis, dicendo, Peccavi, &c.* 2. Reg. 18. 14. hîc Mahpach Incisum facit, nisi quis hanc vim virgulæ sequenti rectæ, quæ Pesik dicitur, tribuat. At eadem bis illic præcedit, neq; quicquam ibi distinguit. Præterea, si Pesik rex est, tum ipsius Minister hîc Mahpach est, qui tamen infrà dicetur tantùm regi Paschta servire.

וַיַּחְמֹל שָׁאוּל וְהָעָם עַל־אֲגָג וְעַל־מֵיטַב הַצֹּאן וְהַבָּקָר וְהַמִּשְׁנִים וְעַל־הַכָּרִים׃

Id est, *Itaq; clementiâ usus Saul & populus ipse erga Agagum, & erga optimos gregum & armentorum, etiam secundarios & ovium duces*, 1. Sam. 15. ℣. 6. hîc similiter Kadma & Mahpach subdistinguunt. Summa: Reges distinguendi sententias jus universale obtinent, etsi non semper illud exerceant. Præter Athnach ergo & Silluk, distinguunt & non distinguunt. Rebhiah, Sakeph katon & Sægolta, qui commatis jus habent, aliâs subdistinguunt, aliâs nihil distinguunt, similes ministrorum. Inde R. David Kimchi scribit Hos. 12. ℣. 11. אֵין כָּל טַעֲמֵי פֵּרוּשִׁים הוֹלְכִים אַחַר טַעֲמֵי הַנִּקּוּד *Non omnes sensus vel rationes expositionum, eunt post sensus punctationis*, id est, non sem-

הַמְשָׁרְתִים אֶת־הַמֶּלֶךְ וְשָׂרֵי הָאֲלָפִים וְשָׂרֵי הַמֵּאוֹת וְשָׂרֵי כָל־רְכוּשׁ־וּמִקְנֶה לַמֶּלֶךְ וּלְבָנָיו עִם־הַסָּרִיסִים וְהַגִּבּוֹרִים וּלְכָל־גִּבּוֹר חָיִל אֶל־יְרוּשָׁלָם׃

Id est, *Congregavit itaq; David omnes Principes Israelis*, (Paser incisum) *principes tribuum & principes distributionum ministrantes*, (Jærach-ben-jomo Minister) *regi*, (Karne-parah Rex, incisum faciens) *& principes millium, & principes centenorum, & principes omnium facultatum & pecuariæ* (Telischa minister) *regis & filiorum ejus, cum eunuchis* (Darga minister) *& robustis omnibusq; valentibus robore, in Jerusalem.* Versus notabilis, in quo primò observandum illustre ministerium Ministri Munach, qui undecies hîc præstò est, deinde quòd in tam longo Versu nullum Athnach est. En itaque omnes reges duobus his Versibus comprehensos, solo Schalscheleth excepto, qui septies tantùm in prosaicis libris occurrit, omnesque ministros præter Merca duplex, qui 14. locis duntaxat servit. Schalscheleth: ut,

וַיֹּאמַר יְהוָה אֱלֹהֵי אֲדֹנִי אַבְרָהָם׃

Id est, *Et dixit* (Schalscheleth rex Incisum vel Semi-incisum faciens) *DOMINE Deus Domini mei Abrahami*, Gen. 24. ℣. 12.

De Merca duplici, exemplum:

וַיִּקְרָא לָהּ נֹבַח *Et vocavit eam Nobach*, Num. 32. ℣. 42. ubi Masora omnia loca, quibus invenitur, recenset.

Porrò observandum, Ministros quandoque subdistinctionibus servire: ut,

הִנְנִי עֲנוּ בִי נֶגֶד יְהוָה וְנֶגֶד מְשִׁיחוֹ׃

Id est, *Ecce me, testificamini contra me coram DOMINO, & coram*

recta, inter hanc & ſequentem vocem poſita, quæ poſt Munach aut inter duo Munach vocatur *Legarme*, ut libro primo, capite 5. dictum, aliàs Peſik: & ſi rex aut regulus ſit, ecquid regiæ poteſtatis hîc nobis exercerer? Muſicam Judæi curent.) *Aſcendit obviam nobis*, (Rebhiah ſecundus rex, Inciſum faciens) *& edixit nobis* (Sarka tertius rex, Inciſum) *abite*, (Munach miniſter hîc ſubdiſtinctionem facit) *revertimini* (Sarka nihil diſtinguens) *ad regem qui miſit vos*, (Sægolta quartus rex, Inciſum vel potiùs ſemiinciſum) *& loquemini ad eum*, (Rebhia inciſum) *ſic* (Jethibh quintus rex nihil diſtinguens) *ait Dominus*, (Sakeph katon ſextus rex, Inciſum) *an propterea quòd* (Mahpach tertius miniſter) *non eſt Deus*, (Paſchta, ſeptimus rex nihil diſtinguens) *in Iſraele*, (Sakeph katon, inciſum) *tu mittis* (Sakeph katon, nihil diſtinguens) *conſultum* (Sakeph gadol, octavus rex, nihil diſtinguens) *Bahal* (Merca quartus miniſter) *Sebhubh* (Tiphcha nonus rex ſubdiſtinguens) *Deum Hekronis?* (Athnach decimus rex, colon efficiens, quod ſenſus ratione hîc in interrogationis notam convertitur, quâ propriâ Hebræi carent) *idcirco* (Teliſcha gedola, undecimus rex nihil diſtinguens) *ex lecto* (Geraſchajim duodecimus rex ſubdiſtinguens) *quem conſcendiſti illic* (Tebhir decimus tertius rex, ſubdiſtinguens) *non deſcendes ex eo*, (Tiphcha, Inciſum: falsò in quibusdam exemplaribus hîc alterum Athnach poſitum eſt: nam duo in uno Verſu nunquam occurrunt) *nam moriendo morieris*: Silluk decimus quartus rex verſum abſolvens. Porrò ex ſeptem iſtis, qui hoc Verſu deſiderantur, reperiuntur quinque in ſequenti loco:

1. *Paralip.* 28. *verſ.* 1.

וַיַּקְהֵל דָּוִיד אֶת־כָּל־שָׂרֵי יִשְׂרָאֵל שָׂרֵי הַשְּׁבָטִים וְשָׂרֵי הַמַּחְלְקוֹת
המשרתים

(Paſchta ſubdiſtinguens vel potius nihil) *boni* (Munach continuans) *& mali* (Sakeph katon inciſum faciens) *non* (Merca continuans) *comedes* (Tiphcha nihil diſtinguens) *ex ea:* (Athnach colon conſtituens) *nam* (Rebhiah ſubdiſtinguens) *in die* (Tebhir nihil diſtinguens) *comedere te* (Merca continuans) *ex ea,* (Tiphcha ſubdiſtinguens) *morte* (Merca) *morieris,* Silluk hîc demum periodum integram abſolvit. Vides hîc multos reges, ratione diſtinctionis, ſervilem induiſſe naturam: apud Judæos autem ſuam regiam poteſtatem obtinent in Muſica.

At ſingulos in ſingulis verſibus examinare, nimis foret prolixum. Propiùs ergo eos adeamus, & uno quaſi contuitu plerunque ipſorum exercitum, in uno loco quaſi comitia celebrantem, luſtremus. Sunt enim in eo quatuordecim reges (aut quindecim juxta eos, quibus & Legarme rex ſalutatur) congregati, abſentibus ex univerſo accentuum numero ſeptem, nempe *Schalſcheleth & Karne-parah* (qui aliâs rari ſunt) *Pazer & Teliſcha ketanna:* item *Darga, Jærach-ben-jomo & Merca kephula.*

2. Reg. 1. verſ. 6.

וַיֹּאמְרוּ אֵלָיו אִישׁ ׀ עָלָה ׀ לִקְרָאתֵנוּ וַיֹּאמֶר אֵלֵינוּ לְכוּ שׁוּבוּ
אֶל־הַמֶּלֶךְ אֲשֶׁר־שָׁלַח אֶתְכֶם וְדִבַּרְתֶּם אֵלָיו כֹּה אָמַר יְהוָה
הֲמִבְּלִי אֵין־אֱלֹהִים בְּיִשְׂרָאֵל אַתָּה שֹׁלֵחַ לִדְרֹשׁ בְּבַעַל זְבוּב
אֱלֹהֵי עֶקְרוֹן לָכֵן הַמִּטָּה אֲשֶׁר־עָלִיתָ שָּׁם לֹא תֵרֵד מִמֶּנָּה
כִּי־מוֹת תָּמוּת׃

Id eſt, *Et dixerunt* (Kadma primus miniſter) *ad eum,* (Gereſch primus rex Inciſum faciens) *quidam-vir,* (Munach ſecundus miniſter, quem ſequitur virgula recta,

ſtinguitur ſententia perfecta quidem in ſuo membro, ſed alteri adhuc conjuncta, notaturque per *Athnach*. Videas tamen & hunc ſæpè minori diſtinctioni ſervire, ac proprio officio non fungi, ut vel primus Bibliorum Verſus demonſtrat.

Περίοδος eſt diſtinctio, quâ ſpiritus omnino deponitur, & ſententia Verſus abſolvitur, notaturque per *Silluk*. Tullio in Oratore dicitur *Ambitus verborum*, *Circumſcriptio*, *Comprehenſio*, *Continuatio*, *Circuitus*; Hebræis autem פָּסוּק *Verſus finitus*. Verſus enim ibi finitur, non ipſa ſemper ſententia, quæ duobus aut tribus Verſibus ſæpè continuatur. Imò ita interdum pendentem ſententiam relinquit, ut ne comma quidem conſtituat: vide Geneſ. 23. ℣. 8. Hi duo majoris diſtinctionis accentus, à noſtris Grammaticis communiter vocantur *Pauſa*, & ſic ab Hebræis הֶפְסֵק, quod idem. Nunc omnium diſtinctionum exempla producamus, & propoſitam doctrinam ex uſu confirmemus.

Geneſ. 2. verſ. 16. 17.

וַיְצַו יְהוָה אֱלֹהִים עַל־הָאָדָם לֵאמֹר מִכֹּל עֵץ הַגָּן אָכֹל תֹּאכֵל׃
וּמֵעֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע לֹא תֹאכַל מִמֶּנּוּ כִּי בְּיוֹם אֲכָלְךָ מִמֶּנּוּ מוֹת
תָּמוּת׃

Id eſt, *Et præcepit* (Paſchta nihil diſtinguit) *DOMINUS* (Miniſter Munach continuans) *Deus* (Sakeph katon nihil diſtinguens) *homini* (Tipcha ſubdiſtinguens) *dicendo:* (Athnach colon faciens) *ex omni* (Merca continuans) *arbore horti hujus* (Tiphcha ſubdiſtinguens) *comedendo* (Merca continuans) *comedes*, (Silluk verſum finiens, ſed non periodum ſive integrum ſententiæ ambitum, in quo propriè colon efficit) *Sed de arbore* (Rebhiah nihil diſtinguens) *ſcientiæ*

Paſchta

in regem coronari non debuit, qui & ipſe in medio cujusq; verſus, & quidem ſemel tantùm, venire cogitur. Reſpondetur, libertate eum duplici donatum eſſe: *primò*, quòd certam dictionem non habeat, ſed liberum ſolium quærat, nunc proximè à principio verſus, nunc in medio, nunc propè finem: *ſecundò*, quòd omnibus verſibus alligatus non ſit: plurimi enim ipſius præſentiâ carent, ut oſtendetur infrà. At nunc hujus diſtributionis uſum accuratiùs conſiderabimus.

Reges ſunt vel *Minores* vel *Majores*.

Minores, qui imperfectæ ſententiæ præſunt & conſtituunt vel ὑποςίγμη vel κόμμα.

Ὑποςίγμη Subdiſtinctio vel ſemiinciſum eſt, cùm ſpiritus ſine reſpiratione ſuſtinetur & ſuſpenditur, ut leviculè voces ſubdiſtinguantur, notaturque per *Gereſch utrunq;*, *Jethibh*, *Karne-parah*, *Paſer*, *Paſchta*, *Sakeph-gadol*, *Sarka*, *Schalſcheleth*, *Tebhir*, *Teliſcha*, & *Tiphcha*. Frequentiſſimè tamen etiam in ſermone continuato adhibiti, ab ipſis miniſtris vix quidquam differunt.

Κόμμα, (Ciceroni *Inciſum* dictum) eſt diſtinctio, quâ cum exigua reſpiratione, aliqua ſententiæ pars, à ſequentis perfectione inciditur: notaturque per *Rebhia* aut *Sakeph katon*, & in longioribus verſibus per *Segolta*, rariùs per quoſdam ſubdiſtinguentium. Attamen & hi ſæpiſſimè nihil diſtinguunt, ſed vel muſicæ, aut ordinis & conſecutionis causâ tantùm adhibiti ſunt.

Majores reges ſunt, qui perfectiùs ſermonem diſtinguunt, & conſtituunt vel κῶλον vel περίοδον.

Κῶλον ſive Membrum, (ut à Tullio in Orat. vocatur) eſt, quo ſpiritus pleniori morâ deponitur, & diſtingui-

alios, ut fiant novendecim, nempe *Pesik & Legarme*, de quibus vide lib. 1. cap. 5.

Paser quidam vocant *Paser gadol*, hoc est, magnum, alii *Paser katon*, id est, parvum. Elias & auctor Tractatus accentuum in fine Bibliorum magnorum, item Masorethæ, ut Numer. 35. ℣. 5. faciunt *Paser gadol* synonymon accentus *Karne parah*, & Paser commune vocant *Paser katon*.

Idem Elias quinque accentus naturales facit, qui neque reges neq; ministri sint, nempe *Pesik*, *Schalschéleth*, *Karne parah*, *Sægolta*, *Silluk*. Ministri non sunt, inquit, quia jus commune regum sibi quoq; vendicant, imponendo literis בגד כפת Dagesch lene ab initio vocis, si præcedentem dictionem aliquâ literâ quiescente finitam occupent, ut in sequentibus videbitur. Hanc potestatem cum regibus communem habentes, servili ministrorum conditione excedunt. Reges quoque non sunt, & quidem *Schalschéleth* & *Karne parah* ob rarum suum usum: ille enim duntaxat septem, hic sedecim vicibus in omnibus libris prosaicis reperitur. (Attamen Jesa. 13. 8. facit comma, & vocalem suam producit, instar Regis pausantis.) *Sægolta* quasi servus est regis *Sarka*, post quem semper incedere cogitur, & quidem communiter absque ministro, interdum cum Ministro Munach. *Pesik* ex regum omnium consortio & comitatu exclusus, inter voces ipsas stationarium agit, & ceu remoræ cujusdam nota circumraptatur, unde & hic in regem ungi non meruit. *Silluk* deniq; in regem electus non est, ob nimis angustos sui regni fines. In angulum enim extremum detrusus, sedem in sola ultima cujusq; versus dictione figere tenetur, quod parum augustum est. At, *inquies*, sic & Athnach in re-

Accentus, moderandæ orationis reſpectu, ſunt vel *Miniſtri* vel *Reges*.

Miniſtri ſunt, qui reges antecedendo, ſpiritum & ſermonem ad ipſos usque promovent & continuant: ſuntque octo: *Munach* א֣, *Mahpach* א֤, *Merca ſimplex* א֥, *Merca kephula ſive duplex* א֦, *Darga* א֧, *Jærach-ben-jomo* א֪, *Kadma* א֨, *Teliſcha ketanna* א֩. Elias Levita & alii, tres præterea his annumerant, nempe, *Hillui*, *Mecarbel*, & *Meajela*, de quibus quid ſit ſtatuendum, dictum eſt lib. 1. cap. 5. *Teliſcha ketanna* quidam inter reges numerant, cùm tamen nihil regiæ dignitatis, vel poteſtatis quicquam obtineat. Dignitatis, quia non habet ſibi ſervos adjunctos, ut alii reges, ſed ſæpiùs ſolus incedit, miniſtrum quidem Munach interdum antecedentem habens, ſed non ſibi, verùm ſecum proximè ſequenti regi miniſtrantem: deinde quia quaſi mancipium eſt conſervi ſui Kadma, quem perpetuò poſt ſe habet, atq; ita ne eâ quidem reliquorum miniſtrorum dignitate fruitur, ut proximè regem antecedat, ſed ſemper uno vel pluribus miniſtris intercedentibus. Poteſtate etiam regiâ excluſus eſt, tum quoad jus in diſtinguendis ſententiis, tum quoad authoritatem in literas בגד כפת, ut patebit ex doctrina ſeqenti.

Reges ſunt, qui ſpiritum vel leviuſculè ſuſpendunt, vel pleniùs ſiſtunt, & ſermonem aliquo membro incîdunt & diſtinguunt: ſuntque ſeptendecim: *Silluk* אֽ, *Athnach* א֑, *Rebhiah* א֗, *Sakeph katon* א֔, *Sakeph gadol* א֕, *Sægolta* א֒, *Sarka* א֮, *Gereſch* א֜, *Geraſchajim* א֞, *Paſchta* א֙, *Paſer* א֡, *Schalſcheleth* א֓, *Teliſcha gedola* א֠, *Karne parah* א֟, *Tipcha* א֖, *Tebhir* א֛, *Jethibh* א֚. Alii adjiciunt duos

וּפְנֵיהֶם, *non scivissem exponere eam: accentus enim iste docuit me, secernendam istam vocem à sequente, &c.*

Et cùm (teste Cicerone in Orat.) integer verborum ambitus & plena comprehensio, è quatuor ferè partibus sive membris, quasi quatuor hexametris versibus constet (etsi etiam sæpè pauciora, sæpè plura sint, cùm alius naturæ modus sit, alius artis) totidem quoq; notæ in lingua Hebræa, istis membris indicandis sufficere poterant. At quòd Accentus præterea etiam essent notæ musicæ, & moderandi cantus indices, non tantùm in expressis Canticis Psalmis & Carminibus, quæ מִזְמוֹרִים & שִׁירִים dicuntur, sed & totâ Scripturâ Hebræâ Veteris Testamenti, numerus ipsorum multigenis figuris variatus est. Sic enim id Hebræi à Mose, primo suo in Lege divina præceptore, institutum esse, scriptis testantur, unde & in hodiernum diem usq;, cùm sacra diebus sabbathinis atque aliis festis agunt, *Paraschas & Haphtharas*, id est, Sectiones sive Lectiones Mosaicas & Propheticas, juxta accentuum rationem semper modulantur & cantillant, nunquam moderatè legunt. Quantò verò scientiùs prisca Hebræorum sedulitas, in vero tam variorum accentuum usu exercendo, versata fuit, tanto negligentius posterior Rabbinorum ætas, ab eo remisit, quæ universum accentuum usum, penè insuavis cantillationis arte conclusit. Hanc ipsis relinquentes, interspirationis & distinctionis usum, nostro scopo in Bibliis legendis & intelligendis, necessarium, paulò considerabimus pressiùs, & id quidem in libris prosaicis; nam metricorum alia ratio est. Hoc antequam fiat, proponenda erit vulgata distributio accentuum, quæ ab Hebræis profecta, à nostris summo consensu excepta & servata est, etsi accuratior optanda.

Accen-

tur, ne insistat interiùs, ne excurrat longiùs: ut membris distinguatur, ut conversiones (περιόδους) *habeat absolutas.* Hæc ille. Sic verò non tantùm viribus & animæ in pronunciando utiliter consultum fuit, sed & perspicuitati sensuique commodiùs percipiendo, optimum & necessarium subministratum est adminiculum. Hoc cùm à profanis oratoribus studiosè semper quæsitum sit & observatum, quantò magis in sermone divino ejus accuratissima ratio haberi debuit? Huic verò rei in lingua Hebræa Veteris Testamenti, per Accentuum varias figuras, varium multiplexq; allatum est remedium. Unde celebris est illa Sapientis Aben Esræ sententia, quam habet in libro Stateræ linguæ sanctæ: כָּל פֵּירוּשׁ שֶׁאֵינוֹ עַל דֶּרֶךְ הַטְּעָמִים לֹא תֹאבֶה לוֹ וְלֹא תִשְׁמַע אֵלָיו Id est, *Quæcunq; expositio non fuerit juxta rationem accentuum, ne acquiescito ei neq; audias eam:* Et alibi: עִקָּר גָּדוֹל הוּא לִשְׁמוֹר דֶּרֶךְ הַטְּעָמִים *Momentum magnum est observare rationem accentuum, in Commentar. Jesa. 1. 9.* Idem Exod. 20. 1. דַּע כִּי הַמִּלּוֹת הֵם כְּגוּפוֹת וְהַטְּעָמִים הֵם כִּנְשָׁמוֹת וְהַגּוּף לִנְשָׁמָה כְּמוֹ כֶּלִי *Id est, Scito dictiones esse quasi corpora, & accentus quasi animas: corpus autem est animæ quasi vestimentum, &c.* Vide ampliùs. Idem Deut. 5. 5. אַל תָּשִׁיב לֵב עַל הַמִּלּוֹת כִּי הֵם כְּגוּפוֹת וְהַטְּעָמִים כְּרוּחוֹת *Ne apponas animum ad dictiones: illæ enim sunt instar corporum, & accentus sicut spiritus sive anima: & qui scindit duobus cultris uno ductu, in opere id opus unũ est.* Sic Rabbi Salomon Jarchi in Commentariis suis Biblicis, plurimis locis scribit, טַעַם הַמִּקְרָא מוֹכִיחַ *Accentus Scripturæ evincit hoc;* cùm scilicet accentum distinctione pressus, coactus fuit hoc vel illo modo exponere. Sic Ezech. 1. ad versum undecimum scribit: אִלְמָלֵא רָאִיתִי טַעַם זָקֵף גָּדוֹל נָקוּד עַל וּפְנֵיהֶם לֹא הָיִיתִי יוֹדֵעַ לְפָרְשׁוֹ Id est, *Nisi vidissem accentum Sakephgadol punctatum super vocem*

יַעַן אָמְרֵךְ הֶאָח אֶל־מִקְדָּשִׁי *Eò quòd dicis, Euge, de ſanctuario meo, Ezech. 25. v. 3.* Ex hoc uſu illud enatum eſt, ut ob efficaciam ſignificatus, certos ſibi interdum caſus quæſierint: ut,

חָלִלָה לְּךָ מֵעֲשׂוֹת כַּדָּבָר הַזֶּה *Abſit tibi, ut facias ſecundum rem hanc, Gen. 18. 25. ſic cap. 44. v. 7.*

אוֹי לְךָ מוֹאָב *Væ tibi Moab, Num. 21. v. 29.*

אוֹיָה לִי *Hei mihi, Pſalm. 120. 5.*

אִי־לָךְ אֶרֶץ *Hei tibi regio, Eccl. 10. 16.*

הֵילִילוּ הָהּ לַיּוֹם *Ejulate, dicentes: Ah, Væ diei iſti, Ezech. 30. 2.*

אֲהָהּ לַיּוֹם *Ahah, Eheu diei iſti, Joel. 1. v. 15.*

אֲהָהּ אֲדֹנָי יֱהוִֹה *Ahah Domine Deus, Jud. 6. 22.*

בִּי אֲדֹנִי *Quæſumus Domine mi, Gen. 43. 20.* בִּי אֲדֹנָי *Obſecro DOMINE, Exod. 4. v. 10.*

CAPUT XXIII.

De diſtinctionibus ſententiarum.

VT literæ, ſyllabæ ac vocis certa eſt proſodia & orthographia, ita quoque orationis. Nam Proſodia orationis, eſt commoda ſpiritus in pronunciando moderatio; orthographia, ejus in certa membra diſtinctio & interpunctio. Illâ ob anguſtiam ſpiritus opus eſt, hâc, ob orationis ſenſum evidentiùs percipiendum. Utrumque in textu Hebræo ſacræ Scripturæ præſtant ACCENTUS. *Hinc de utriusq; uſu & neceſſitate ſcribit Tullius lib. 3. de Oratore, inquiens: Clauſulas enim & interpuncta verborum, animæ interclusio, atq; anguſtiæ ſpiritus attulerunt. Id inventum eſt ita ſuave, ut, ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus.* Et paulò poſt: *Efficiendum eſt illud modò vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne*

מִפְּנֵי אֲשֶׁר יָרַד *Propterea quòd descendebat, Exod. 19. v. 18.* & similia.

CAPUT XXII.

De Syntaxi Interjectionum.

VT Præpositionum cum Adverbiis, sic quoque Interjectionum cum eis, magna est affinitas. Nam sicut illæ amisso casu fiunt Adverbia, sic Adverbia nudè sine Nomine aut Verbo in oratione posita, fiunt Interjectiones. Sic enim hæ apud Latinos dictæ olim fuêre, quòd orationi vel antè, vel in medio, vel in fine sic interjicerentur, ut ab aliarum structura liberæ, solæ affectum animi singularem audienti suo judicio exhiberent. Hoc modo & distinctæ fuêre ab Adverbiis, quæ Nominis aut Verbi societate & adjumento in structura sermonis gaudent. Usum ergo in loquendo hîc communem sequuntur: ut,

הוֹי הוֹי וְנֻסוּ מֵאֶרֶץ צָפוֹן *Heus, heus, profugite ex terra septentrionali, Zach. 2. v. 6.*

לוּ שְׁמָעֵנִי *Quæso, audi me, Gen. 23. v. 13.*

הָבָה נִלְבְּנָה לְבֵנִים *Agedum, formemus lateres, Gen. 11. v. 13.*
הָבָה Verbum est per se, sed hîc Interjectionis vim plenè obtinet.

אוֹי מִי יִחְיֶה מִשֻּׂמוֹ אֵל *Eheu, quis vivet, quum disposuerit istud, Deus? Num. 24. 23.*

אָנָּא שָׂא נָא פֶּשַׁע אַחֶיךָ *Obsecrò, condona nunc defectionem fratrum tuorum, Gen. 50. v. 17.*

אָמְרוּ הֶאָח הֶאָח רָאֲתָה עֵינֵנוּ *Dixerunt: Euge, Euge, vidit oculus noster, Psalm. 35. v. 21.*

וּבְכָל־חוּצוֹת יֹאמְרוּ הוֹ הוֹ *Et in omnibus plateis dicent, Heu, Heu, Amos 5. 16.*

Conjunctiones quædam sequente aliâ voce indeclinabili.

אִם־כֵּן לָמָּה זֶּה אָנֹכִי *Si sic, ad quid ego? Gen. 25. 22.*

אִם־כֵּן אֵפוֹא זֹאת עֲשׂוּ *Si sic nunc, istud facite, Gen. 43. v. 11.*

אִם־אַיִן אַתָּה שְׁמַע־לִי *Sin minùs, tu ausculta mihi, Job. 33. 33.*

אַךְ אִם אַתָּה לוּ שְׁמָעֵנִי Sed si tu *is es*, quæso audi me, *Genes. 23. 13.*

אַף כִּי לוּא אָכֹל־אָכַל *Etiam quia si comedendo comedisset, 1. Samuel.* 14. 30. hoc est, *quantò magis si.*

הֵן צַדִּיק בָּאָרֶץ יְשֻׁלָּם אַף כִּי־רָשָׁע *En justo in hac terra rependitur, quanto magis improbo, Proverb.* 11. *v.* 31. Hoc modo conjunctæ, comparativè sumatur, pro *Quanto magis*, vel *Quanto minus*, prout sententia postulat: sic,

אַף כִּי אָנֹכִי אֶעֱנֶנּוּ *Etiam quia ego responsarem ei, Job.* 9. 14. *hoc est*, quanto minus. Sic 1. Reg. 8. 27. Hoc sensu Ellipsis est Particulæ כִּי, Job. 4. ÿ. 19.

גַּם כִּי־אֵלֵךְ *Etiamsi ambulavero, Psalm.* 23. 4.

יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ *Propterea quòd fecisti, Gen.* 22. 16.

יַעַן כִּי־מְאַסְתֶּם *Eò quòd sprevistis, Num.* 11. 20. *Sic Jesa.* 8. 6.

כִּי גַם־חַרְבִּי וְגַם־כֵּלַי לֹא־לָקַחְתִּי *Nam & gladium meum, & etiam instrumenta mea non accepi, 1. Sam.* 21. 8.

כִּי אִם־יֶשְׁנוֹ *Quòd si fuerit illud, 1. Sam.* 14. 39. Hinc in varios sensus hæ duæ particulæ trahuntur, de quibus consulenda Lexica.

כִּי לוּלֵא הִתְמַהְמָהְנוּ *Etenim nisi cunctati fuissemus, Gen.* 43. 10.

כִּי־עַל־כֵּן בָּאוּ *Nam idcirco venerunt, Gen.* 19. 8.

כִּי עַתָּה רֵיקָם שִׁלַּחְתָּנִי *Quòd nunc vacuè dimisisses me, Genes.* 31. 42.

לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה *Propterea quòd præcepturus est, Gen.* 18. 19. Aliâs valet *Ut*, & tum אֲשֶׁר pleonasticè adjungitur ut & aliis Causalibus.

עֵקֶב אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ *Eò quòd auscultasti, Gen.* 22. 18.

עֵקֶב כִּי־זֹאת אֶעֱשֶׂה־לָּךְ *Propterea quòd hoc facturus sum tibi, Amos* 4. 12.

11. v. 15. καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, *Sed signum non dabitur ei, Matth.* 12. 39. καὶ μοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε, *Sed mihi Deus ostendit, Act.* 10. v. 28.

Quandoque habet vim comparativam: ut;

אִישׁ תַּהְפֻּכוֹת יְשַׁלַּח מָדוֹן וְנִרְגָּן מַפְרִיד אַלּוּף *Vir perversitatum immittit litem: & susurro separat principes*, h. e. Ut susurro, Prov. 16. 28.

רַבִּים יְחַלּוּ פְנֵי נָדִיב וְכָל הָרֵעַ לְאִישׁ מַתָּן *Multi deprecantur faciem principis, ut quivis amicus est viri liberalis, dona tribuentis, Prov.* 19. 6.

Pro אַף עַל־פִּי־כֵן *Tamen; ut,*

הַנְּמָלִים עַם לֹא עָז וַיָּכִינוּ בַקַּיִץ לַחְמָם *Formicæ sunt populus non fortis, & præparant in æstate cibum suum*, pro, Et tamen præparant, Prov. 30. 25. Sic

מֶלֶךְ אֵין לָאַרְבֶּה וַיֵּצֵא חֹצֵץ כֻּלּוֹ *Rex non est locustæ, & egreditur* &c. pro, Et tamen, ibid. ℣. 27.

Pro עִם *Cum:* ut,

כִּי הָיָה אֲרוֹן הָאֱלֹהִים בַּיּוֹם הַהוּא וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל *Quia fuit arca in die illo*, & filii Israel, h. e. *cum filiis Israel, 1. Sam.* 14. 18.

Conditionalis אִם *Si*, pro Causali אֲשֶׁר *Quòd*, cum Adverbio עַד *Usq;*: ut, עַד אִם *Usquequo, quoad, donec, Usquedum, Gen.* 24. 32. *Jesa.* 30. 27. אַחַר אִם *Postquam, Posteaquam, Ezech.* 20. 39. quæ aliâs dicuntur עַד־אֲשֶׁר *Numer.* 20. v. 17. אַחַר אֲשֶׁר apud Rabbinos. Item pro *An, Num*, sumi tritissimum est, quomodo *Si* etiam apud Latinos sumitur: ut apud Terentium: *Visam si domi est*, id est, an sit domi. *Est ne ea intus? si sit rogas?* id est, an sit. Et apud Cic. ad Att. *Delatus est ad me fasciculus: solvi, si quid ad me literarum: nihil erat.*

אִם לֹא *Si non*, id est, *sed, Genes.* 24. v. 38. Sic apud Græcos εἰ μὴ, Matth. 12. 4. & alibi: item ἐὰν μὴ, ad Galat. 2. ℣. 16.

junguntur, יַעַן כִּי ، יַעַן אֲשֶׁר *Quòd, quandoquidem, Eo quòd, Propterea quòd.* לְמַעַן אֲשֶׁר *Propterea ut*, quorum exempla passim occurrunt, ut Gen. 22. ℣. 16. Deuter. 27. 3. בַּעֲבוּר אֲשֶׁר. Nam & אֲשֶׁר solum sufficit, ut 1.Reg.15.13. 1.Sam. 15. 15. Genes. 27. 10. vel solum לְמַעַן aut בַּעֲבוּר, ut exemplis suprà adductis patet.

Enallage Copulativæ ו varia admodum est, ut & variè (Et) apud Latinos usurpatur, sicut à Valla & aliis Latinæ linguæ scriptoribus observatum est.

Pro disjunctivâ: ut,

רֵאשׁ וָעֹשֶׁר אַל־תִּתֶּן־לִי *Paupertatem & divitias ne dederis mihi*, id est, aut, *Prov.* 30. 8.

וּמַכֵּה אָבִיו וְאִמּוֹ *Item qui percutit patrem suam & matrem suam, Exod.* 21. *v.* 15. *pro* אוֹ אִמּוֹ Aut matrem suam.

אַהֲרֹן וּבָנָיו *Aharon, & filii ejus*, i. e. Aut, *Exod.* 27. 21.

וּמְקַלֵּל אָבִיו וְאִמּוֹ *Et maledicens patri suo, & matri suæ, ibid. v.* 17. quod ab Evangelista Matthæo redditur: ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, *Maledicens patri aut matri.*

Pro Discretiva, *At, Sed*; ut;

לֹא אֲדוֹנִי וַעֲבָדֶיךָ בָּאוּ *Non, Domine mi, & servi tui venerunt*, &c. pro, *Sed*, Gen. 42. 10.

בֵּן חָכָם יְשַׂמַּח אָב וּבֵן כְּסִיל תּוּגַת אִמּוֹ *Filius sapiens exhilarat patrem, & filius stultus mœrori est matri suæ*, pro, *Sed*, Prov. 10. 1.

Pro Causali; ut;

לֹא יַרְבֶּה לּוֹ נָשִׁים וְלֹא יָסוּר לְבָבוֹ *Non multiplicabit sibi uxores*, & non *declinabit cor ejus*, pro, *Ut non, Deut.* 17. 17.

Interdum pro rationali *Idcirco*, ut apud accuratiores Bibliorum interpretes observare licet. Sic καὶ apud Græcos, pro ἀλλά; *ut*, καὶ ἐδικαιώθη σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, *Sed justificata est sapientia à filiis suis, Matth.* 11. *v.* 19.

Esræ, Esther, Ezechielis, Jonæ. Usitatissimum est historicas narrationes incipere à וַיְהִי: plurima capita sunt, quorum singuli versus ab hac litera initium ducunt. Notat idem Kimchi, in lingua Arabica similem usum inchoandi sermonem, habere פ raphatum sive aspiratum. L. Valla inter Latinos scribit lib. 2. cap. 58. *ET quoq; initiis sententiarum competit.* Idem de *Ac* & *Atq;* notat, adductis ex Quintil. & Cic. exemplis. Donatus ad illud Terentii Phorm. 1. 3. *Et tibi res sit cum eo lenone, quo cum mihi est, tum senties*, scribit: *ET modò non connexiva, sed & inceptiva Conjunctio est.*

Est & Pleonasmus Conditionalis אִם cum aliis Particulis: ut,

עַד אֲשֶׁר אִם־עָשִׂיתִי *Usquequò si perfecero, Genes. 28. v. 15. sic Jesa. 6. 11. pro* עַד אֲשֶׁר, *vel* עַד אִם, quæ conjunctim pro Adverbio Temporis *Usquedum, Donec, quin,* usurpari solent, unde & suprà in Pleonasmo Adverbiorum hæc locutio notata fuit.

וְאַחַר אִם־אֵינְכֶם שֹׁמְעִים אֵלַי *Posteaquam vos non auscultatis mihi, Ezech. 20. 39.* ubi ו juxta Kimchium redundat & אִם est pro אֲשֶׁר *Quòd.*

בִּלְתִּי אִם־גְּוִיָּתֵנוּ *Præterquam corpus nostrum, Genes. 47. 18. Sic Jud. 7. 14.* Aliâs sufficit solum בִּלְתִּי.

Copulativarum conjunctarum: ut,

וְאַף־גַּם־זֹאת *Et etiam quoq; hoc, Levit. 26. v. 44.* Sic apud Cic. *Authoritate tuâ nobis opus est, & consilio, & etiam gratiâ.* Apud Lucret. *Et superantur item.* Apud Terent. Hecyr. 5. 1. *Ego quoq; etiam credidi.* Item: *Ego pol quoq; etiam timida sum.*

Causalis duplicis: ut,

יַעַן וּבְיַעַן בְּמִשְׁפָּטַי מָאָסוּ *Quia & quia judicia mea spreverunt, Levit. 26. v. 43. Sic Ezech. 13. v. 10.* Sic præterea con-

וּמִמָּחֳרָת וְהַנּוֹתָר מִמֶּנּוּ יֵאָכֵל *Et crastino die & quod superfuerit ex eo, comedetur*, Levit. 7. 16. pro הַנּוֹתָר Vide etiam Gen. 22. 4. Job. 23. 12.

Si sæpiùs iteretur, tum *Polysyndeton* vocant: ut,

וַיִּסַּע וַיֵּלֶךְ וַיָּשָׁב *Et profectus est, & abiit & reversus est, Jesa.* 37. 37.

וְנָקוּמָה וְנֵלֵכָה וְנִחְיֶה וְלֹא נָמוּת גַּם־אֲנַחְנוּ גַם־אַתָּה גַּם־טַפֵּנוּ *Et surgemus & abibimus & vivemus & non moriemur, & nos & tu & parvuli nostri, Gen.* 43. 8.

נִרְדָּם וְרֶכֶב וָסוּס *Consopitus est, currusq; equusq; Psal.* 76. 7.

וַיֹּאכַל וַיֵּשְׁתְּ וַיָּקָם וַיֵּלַךְ וַיִּבֶז *Et comédit, & bibit, & surrexit, & abivit, & sprevit primogenituram*, Gen. 25. 34. ubi quinquies iteratur.

וַיַּלְבִּשׁוּם וַיַּנְעִלוּם וַיַּאֲכִלוּם וַיַּשְׁקוּם וַיְסֻכוּם וַיְנַהֲלוּם *Et vestierunt eos, & calceaverunt eos, & cibarunt eos, & potaverunt eos, & unxerunt eos, & deduxerunt eos*, 2. Chron. 28. 15. hîc sexies iteratur.

Videtur pleonasmus hujus literæ esse in initiis librorum, capitum, atque quarumlibet omnino sententiarum, ubi non copulat, sed inchoat sermonem ex usu & proprietate linguæ. Hoc Kimchi in libro Radicum in explicatione literæ servilis Vau, appellat וָיו תְּחִלַּת הַדְּבָרִים *Vau principium Verborum* sive sermonis. Et in principio libri Josuæ scribit, Ex *consuetudine lingua esse, quòd Vau initio sermonis adhibeatur, non ut sententiam unam alteri conjungat, sed inchoet tantùm. Quòd si quis velit dicere, unum librum alteri conjungi: id si quandoq; verum esse possit, tamen locum non habebit in omnibus.* Sic principium libri secundi Mosis videtur respicere ad cap. 46. 8. libri primi: sed tale de aliis dici non potest. Incipiunt autem ab hac litera liber Exodi, Levitici, Josuæ, Judicum, Ruth, uterq; Samuelis & Regum, secundus Chronicorum, Esræ,

jurando se diris devoveant. An verò etiam tales dirarum formæ in Sacram Scripturam, quæ eas non frustrà reticuit, fuerunt introducendæ? Nam in hominum juramentis ellipsis expressa in quorundam Versionibus legitur per, *Dispeream*, *Puniat me Deus*, *Dira mihi imprecans*, *&c.* In Dei juramentis per, *Ne vivam*, *Non ero Deus*, *Mentiar.* Rex caro & sanguis, dicere potest, *Non ero Rex si*, *&c.* nam per mortem tolli citò potest, aut se ipsum tollere & regno abdicare: homo quilibet & mentiri potest & citò non vivere: At Deus, Deus & rex æternus, vita & veritas æterna est, neque mori, neq; mentiri unquam potest, sic enim non esset Deus. Quorsum ergo ista imprecationis forma Deo adscribitur, quæ ne in homine quidem sancto & pio laudanda & ferenda est? Hoc alii interpretes vitare studentes, vel simpliciter locutionem Hebraicam retinuerunt, idq; optimè: vel per simplicem affirmationem aut negationem juramenti formam expresserunt. Non malè id quidem, sed in quo non ea vis orationis inest, neq; iste affectus loquentis percipitur, quam in ellipsi ista Hebraica insignem admodum & illustrem nobis Spiritus Sanctus non frustrà dictavit. Quòd si ergo figura ista Rhetorica, quam ἀποσιώπησιν vel *Reticentiam* vocant, inter ornamenta orationis profanæ recensetur, quare ea è lingua sancta tollenda? Interpres doctissimus ad locum suprà ex Marco citatum scribit: *Quum plenam sententiam juramenti concipiunt Hebræi, imprecatio ipsa disertè ponitur:* Hæc faciat mihi DOMINUS, *pro quo dicunt profani homines*, Emoriar *vel* Dispeream: *quod fidelibus, nedum Christo ipsi, parùm convenit.* Hæc in transitu.

Pleonasmus Copulativæ: ut,

וְאַיָּה וַעֲנָה: *Et Ajah & Hanah*, *Gen.* 36. 24. *hîc prius Vau redundat, unde* 1. *Par.* 1. 41. *omittitur.*

יאכל

me de inimicis meis benè meritum esse, peto ut me ab hoste nunc clementer liberes. Sic Psal. 139. Sacerdotes & Levitæ cum reliquo populo in exilium Babylonicum traducti, videntur devotionem sui expressisse. Babyloniis enim cantica ab ipsis petentibus, responderunt: *Quomodo cantabimus canticum DOMINI in terra alienigenarum? Si oblitus tui fuero, ô Jerusalem, obliviscatur sui dextera mea: adhæreat lingua palato meo, si non meminero tui, &c.* Respondetur, hanc imprecationem Israelitas non expressè protulisse eodem momento temporis, quo Babylonii per ludibrium cantica ab ipsis postulabant, sed postea in memoriam istius ludificationis hunc Psalmum à piis conscriptum fuisse, ac si dicere voluissent: *Petebant quidem Babylonii cantica lætitiæ à nobis, tum in luctu & squalore ad vada fluminis considentibus, sed neq; volumus neq; potuimus ipsis gratificari. Maluissemus potiùs dexteram nobis exarescere, aut linguam palato affigi, quàm ut legitimi cultus Dei in urbe sancta Jerusalem sanctis cantionibus præstiti, immemores, illis vel ad pulsandum aut canendum abuteremur in contumeliam Dei ac libidinem hostium, Deo nobisq; impiè insultantium.* Sic deniq; Job: *Si à via deflexi, &c. comedant quod seminavero, alii: Si mentem habui ad mulieres proclivem, &c. molat vicissim alteri uxor mea: Si vires ejus,* (terræ) *sine pecunia comedi, &c. pro tritico crescat mihi spina,* Job. 1. Inde de aliis similibus locis potest esse judicium, in quibus pii zelo vindicandæ gloriæ Dei, quævis incommoda, ac mortem ipsam subire malunt, ac expetunt etiam potiùs, quàm ut gloriam Dei in ignominiam convertant. Hæc piorum & sanctorum hominum antiquitùs in jurando pia fuit modestia, quam etiamnum inter homines vigere magnopere optandum esset. Notum enim est, quàm leviter & quàm de re qualibet nihili, homines profani jurando

Fuit & alia elliptica jurandi forma: ut,

חַי־יְהוָה אִם־יִפֹּל מִשַּׂעֲרַת רֹאשׁוֹ *Vivit DOMINUS, si ceciderit de capillis capitis ejus in terram,* 1. *Sam.* 14. 45. Sensus, *Ut vivit, Quàm verè vivit Deus, &c.* Sic 1. Reg. 17. 1.

Sic capiendum, quando Deus ipse jurat, vel homines per suam vitam: ut,

חַי־אָנִי נְאֻם אֲדֹנָי יֱהוִה אִם־לֹא *Vivo ego, dixit Dominus Deus, si non, &c. Ezech.* 5. 11. *hoc est*, Ut vivo, sic te, &c. Sic Ezech. 33. 11. & alibi.

חַי־יְהוָה וְחֵי־נַפְשְׁךָ אִם־אֶעֶזְבֶךָּ *Vivit DOMINUS, & vivit anima tua, si derelinquam te*, 2. *Reg.* 2. *v.* 2. *hoc est*, Quàm verè DOMINUS vivit, & ut tu vivis, nunquam derelinquam te. Ubi obiter notandum, de Deo vero dici חַי, at de Diis falsis, (ut Amos 8. 14.) & de hominib. formâ constructâ חֵי, vide 1. Sam. 20. ℣ 3. & 25. 26. 2. Sam. 25. 26. 2. Sam. 15. 21. Kimchi putat in his חי esse pro בְּחַיֵּי *Per vitam.* Rabbini in juramentis dicunt: חַיֶּיךָ *Per vitam tuam, Ut vivis:* vel conjunctim, חַיֶּיךָ וְחֵי נַפְשֶׁךָ *Per vitam tuam & vitam animæ tuæ.*

Porrò videntur quandoque pii in gravioribus asseverationibus pro innocentia sua vel gloria Dei defendenda, imprecationem mali expressisse, ut quando David dixit: *DOMINE Deus mi, si feci istud, si est iniquitas ista in manibus meis: si intuli malum pacem-colenti mecum, aut* si non potiùs *liberavi hostem meum immeritò: Persequatur inimicus animam meam, &c. Psalm.* 7. *vers.* 4. At David non jurat, malum sibi imprecans, si ista vel ista fecerit aut non fecerit, sed asserit innocentiam suam coram Deo, liberationem à persecutione hostis petens, quasi dicat: *O Deus si talia fecissem, qualia mihi falsò hostes mei imponunt, justam haberent causam, me persequendi: nunc verò cùm nullius talis culpæ mihi conscius sim, quin potius asserere possim, me de*

ma. Unde per euphemiam ellipticâ jurandi formâ Hebræi usi fuerunt, in qua Conditionalis אִם simpliciter posita, negat: additâ negatione לֹא affirmat: ut,

אִם־מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ נַעַל וְאִם־אֶקַּח מִכָּל־אֲשֶׁר לָךְ *Si à filo usq; ad corrigiam calceamenti, immò si accepero de omni quod tuum est, Gen. 14. 23.* Præcessit, *Elevo manus meas ad DOMINUM Deum, &c.* hoc est, *juro si à filo, &c.* q. d. *juro, me nunquam id fecisse aut facturum, &c.*

אִם־תִּשְׁקֹר לִי *Si mentitus fueris mihi, Gen. 21. 23.*

נִשְׁבַּעְתִּי לְבֵית עֵלִי אִם־תִּתְכַּפֵּר עֲוֹן בֵּית־עֵלִי *Juravi domui Heli, si expiabitur domus Heli, 1. Sam. 3. 14.*

אַחַת נִשְׁבַּעְתִּי בְקָדְשִׁי אִם־לְדָוִד אֲכַזֵּב *Semel juravi per sanctitatem meam, si Davidi mentiar, Psal. 89. 36. vide præterea, Psal. 95. 11. & 132. v. 2. 3.*

נִשְׁבַּע יְהוָה צְבָאוֹת לֵאמֹר אִם־לֹא כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי כֵּן הָיָתָה *Juravit DOMINUS exercituum, dicendo: Si non ut cogitavi, sic fiet, Jesa. 14. v. 24. hoc est,* Juravit omninò sic futurum, ut sibi proposuit: vide Jer. 22. ℣. 6. Sic, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον *Amen dico vobis, si dabitur genti isti signum,* Marc. 8. 12.

Quòd si verò in juramento humano membrum imprecationis pœnæ exprimatur, tum fit mali honesta circumscriptio, hoc modo:

כֹּה יַעֲשֶׂה לְךָ אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף אִם־תְּכַחֵד *Sic faciat tibi Deus, & sic addat, si absconderis à me verbum, 1. Sam. 3. v. 17.*

כֹּה יַעֲשֶׂה־לִּי אֱלֹהִים וְכֹה יֹסִיף אִם־לֹא *Sic faciat mihi Deus & sic addat, si non, &c. 2. Sam. 19. v. 13. & 20. v. 10. vide etiam 2. Reg. 6. 31. & 20. v. 10.*

כֹּה יַעֲשֶׂה־לִּי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף כִּי בְנַפְשׁוֹ דִּבֶּר *Sic faciat mihi Deus & sic addat, quòd contra animam suam locutus est Adonia verbum hoc, 1. Reg. 2. 23. vide 1. Reg. 19. v. 3. Ruth. 1. 17. Jer. 22. v. 5.*

Fuit

Disjunctivæ: ut,

כְּסוּס עָגוּר *Sicut grus* aut *hirundo*, *Jesa.* 38.14.

אַרְבָּעָה חֲמִשָּׁה בִּסְעִפֶיהָ *Quatuor* aut *quinq; in ramis ipsius*, *Jesa.* 17.6.

שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה סָרִיסִים *Duo* vel *tres aulici*, 2. *Reg.* 9.32.

כָּעֵת מָחָר הַשְּׁלִישִׁית *Juxta tempus crastinum* aut *postridiè*, 1. *Sam.* 20.12.

Causalis כִּי, שֶׁ vel אֲשֶׁר: ut,

בְּנֵי אִמִּי נִחֲרוּ־בִי *Filii matris meæ accensi irâ contra me*, *Cant.* 1. *v.* 6. *pro* שֶׁבְּנֵי Quòd filii: bis enim in præcedentibus hæc Conjunctio usurpatur.

לֹא יָדַעְתִּי אֲכַנֶּה *Non novi*, ut *cognomine utar*, *Job.* 32.22. *pro* שֶׁאֲכַנֶּה.

כִּי עַל־כֵּן לֹא־נְתַתִּיהָ *Nam idcirco* quòd *non dedi eam*, *Genes.* 38. *v.* 26.

עַל לֹא חָמָס עָשָׂה *Eo* quòd *non fecit iniquitatem*, *Jesa.* 53. *v.* 9. *pro* עַל אֲשֶׁר.

יֵדְעוּ גוֹיִם אֱנוֹשׁ הֵמָּה *Cognoscant gentes*, quòd *homo sint*, id est, *se homines esse*, *Psal.* 9.21. de qua locutione vide suprà cap. 16. Reg. 2.

Conditionalis אִם in juramentis aut gravioribus asseverationibus, ellipticum dicendi genus efficit, quod hîc quoque notari & observari possit. Tunc enim membrum illud orationis conditionalis, quod mali imprecationem, si jurans fallat, continet, reticeri solet, quam Figuram Rhetores *Aposiopesin* vocant. A natura abhorret, sibi ipsi malum imprecari, à charitate mutua, alteri. Profanæ ethnicorum voces fuerunt, *Peream*, *Dispeream*, & aliæ similes. Pejores & plures nostræ ætatis profanæ fauces, ex nimis vulgata consuetudine effundunt. Hoc sanctè evitavit lingua Hebræa, hîc ut & aliâs, honestatis ac sanctitatis in loquendo studiosissima. Un-

יַעַן אֶת־מִקְדָּשִׁי טִמֵּאת *Eo quòd sanctuarium meum violasti, Ezech.* 5. 11.

יַעַן מָשַׁח יְהוָה אֹתִי *Propterea quòd unxit Dominus me, Jesa.* 61. *v.* 1. Sæpiùs ad hanc Particulam assumitur alia causalis אֲשֶׁר *vel* כִּי, ut mox in Pleonasmo sequitur. Superioribus etiam frequentissimè Infinitivus additur, qui tamen per Subjunctivum explicatur: sed tum propriè Præpositiones sunt, ut in illarum syntaxi videre est.

Verbi substantivi hîc, ut & aliâs, ellipsis crebra est; ut,

בַּאֲשֶׁר אַתְּ־אִשְׁתּוֹ *Eo quòd sis uxor ejus, Gen.* 39. 9.

בַּאֲשֶׁר יְהוָה אִתּוֹ *Eo quòd* DOMINUS *esset cum ipso, v.* 23.

Conditionales cum Futuro & Præsenti & Præterito: ut,

אִם תִּהְיוּ כָמֹנוּ *Si fueritis ut nos, Gen.* 34. 15.

אִם יֶשׁ־עָוֶל בְּכַפָּי *Si est iniquitas in manibus meis, Psal.* 7. *v.* 4.

אִם־גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רָע *Si retribui pacem-colenti-mecum, malum, vers.* 6.

מַה־תִּתֶּן־לִי כִּי תָבוֹא אֵלָי *Quid dabis mihi, si ingrediaris ad me, Gen.* 38. 16.

וְאִלּוּ לַעֲבָדִים נִמְכַּרְנוּ *Et si in servos venditi fuissemus, Esth.* 7. 4.

לוּלֵא הִתְמַהְמָהְנוּ *Nisi tardavissemus, Gen.* 43. 10.

Anomaliæ in Nominibus & verbis: Ellipsis copulativæ, quam *Asyndeton* vocant: ut, סָפוּ תַּמּוּ *Defecerunt, consumpti sunt,* Psal. 73. 19.

שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ עָמַד *Sol, luna stetit, Hab.* 3. 11.

בֵּין רַגְלֶיהָ כָּרַע נָפַל שָׁכָב *Inter pedes ejus incurvavit se, cecidit, jacuit, Jud.* 5. 27. *Simile Exod.* 15. 9.

קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *Arcus, fortes, fracti sunt,* 1. Sam. 2. 4. pro, *Et fortes.*

נִשְׁמַת רוּחַ חַיִּים *Anhelitus spiritus, vita,* pro וְחַיִּים *Et vita, Gen.* 7. 22.

Disjunct

שַׁלָּמָה אֶהְיֶה *Quia ad quid ero? Cant. 1. v. 7. hoc est,* Ut *quid, Cur enim.*

בְּשַׁגַּם *Eò quòd etiam, Genes. 6. v. 3.* שַׁדּוּן *Quòd judicium, &c. Job. 19. v. 29.* Hinc semel est cum Kametz, שָׁאַתָּה *Quòd tu, Jud. 6. v. 17.*

Syntaxis Conjunctionum separatarum.

Copulativæ גַּם, אַף cum quibuslibet vocibus conjunguntur, magis augendæ & intendendæ sententiæ causâ, quàm simpliciter copulandæ (ut apud Latinos *Etiam, Quoq;, Tum*) & nunc præcedunt, nunc sequuntur: ut,

הַאַף תִּסְפֶּה *Nunquid etiam disperdes, Gen. 18. v. 23.*

וְיִסַּרְתִּי אֶתְכֶם אַף אָנִי *Et castigabo vos etiam ego, Levit. 26. 28.*

וְאַף בַּעֲוֹנֹת *Etiamq; propter iniquitates, v. 39.*

גַּם מֵעוֹף הַשָּׁמַיִם *Etiam ex volucribus cæli, Genes. 7. v. 3.*

וַיֹּאכַל גַּם־אָכוֹל *Et comedit etiam comedendo, Gen. 31. v. 15. sic Genes. 50. v. 18.*

גַּם־רֶכֶב גַּם־פָּרָשִׁים *Tum currus, tum equites, Genes. 50. v. 9. simile Exod. 12. v. 31.*

Causales finales cum Futuro construuntur: rei gestæ vel præteritæ, cum Præterito: ut,

לְמַעַן יַאֲרִכוּן יָמֶיךָ *Ut prolongent dies tuos, Exod. 20. 12. vide & Exod. 4. 5. Psal. 119. 71. & 130. 4. Deut. 4. 40.*

בַּעֲבוּר תֵּשְׁבוּ *Ut habitetis, Gen. 46. v. 34.* Rabbini solent etiam Causalem שֶׁ Verbo præponere: vide & Genes. 26. ℣. 4. 10.

לְבִלְתִּי תֶחֱטָאוּ *Ut non peccetis, Exod. 20. v. 20.* אֲשֶׁר יִיטַב לְךָ *Quò, vel, Ut benè tibi sit, Deut. 4. v. 40.* Durior hic & minùs frequens particulæ אֲשֶׁר usus est. Usitatius per Pleonasmum dicitur; לְמַעַן אֲשֶׁר *vel* בַּעֲבוּר אֲשֶׁר, ut mox declarabitur.

כִּי רָאֲתָה כִּי־גָדַל שֵׁלָה *Videbat enim quòd adolevisset Schela, Gen. 38. 15.*

וַתָּקָם *Et surrexit*, *Genes.* 24. 61. Si tertia radicalis in his fuerit gutturalis aut ר, tunc in fine est Pathach: ut, וַתָּנַח *Et requievit*, *Numer.* 11. 26. וַיָּסַר *Et divertit*, 2, *Reg.* 11. Tzere in Kal occurrit in Verbis ab א inchoatis, unde sunt; וַתֹּאמֶר *Et dixit*, *Gen.* 39. 14. ex forma תֹּאמֵר quæ extat Prov. 1. 21. וַתֹּאחֵז *Et tenuit*, *Ruth.* 3. v. 15. וַיֹּסֶף *Et congregavit*, 2. *Sam.* 6. 1. Ex Niphal; וַיֵּאָסֶף *Et aggregatus est*, *Genes.* 25. v. 8. Ex Hithpahel; וַתִּתְפָּעֶם *Et consternatus fuit*, *Dan.* 2. 1. Ex Defectivis secundâ in Hiphil; וַתָּחֵל *Et cœpit*, *Jud.* 13. 15. Ex Quiescentibus primâ ' in Kal; וַיֵּשֶׁב *Et consedit*; *Genes.* 4. 16. Ex Niphal; וַיִּיָּחֶל *Et exspectavit*, *Gen.* 8. 12. Ex Hiphil, וַתּוֹשֵׁב *Et transtulisti*, 2. *Reg.* 17. 26.

Denique notatur ante Verba sæpè cum Kametz, accentus ratione, ut docetur infrà cap. 23. vide illic.

שֶׁ adjungitur quibuslibet vocibus ab initio, sequente Dages, & apud Rabbinos quidem ejus usus frequentissimus est, in Bibliis rarior: ut,

שֶׁהֵם הִרְהִיבֻנִי *Quia ipsi elatum reddunt me*, *Cant.* 6. 4.

שֶׁמִּקְרֶה אֶחָד *Quòd eventus unus*, *Eccles.* 2. 14.

שֶׁיֵּשׁ יִתְרוֹן *Quòd est emolumentum*, *ibid.* v. 13.

שֶׁחוֹלַת אַהֲבָה אָנִי *Quòd ægra amore ego sum*, *Cant.* 5. v. 8.

שֶׁכָּכָה הִשְׁבַּעְתָּנוּ *Quòd sic adjurasti nos*, *ibid.* v. 9.

שֶׁגַּם זֶה הוּא *Quòd etiam illud esset*, *Eccl.* 1. 17.

Unum cum Scheva: ut,

שְׁהֶם בְּהֵמָה הֵמָּה לָהֶם *Quòd ipsi bestia sint illis*. *Eccl.* 3. 18. ubi notanda elegans locutio, in diverso ejusdem Pronominis usu. R. Salomon accipit לָהֶם reciprocè pro לְעַצְמָם *Sibi ipsis*. Simile cum Scheva fuit supra in principio cap. 5.

Quandoque cum Pathach est: ut,

עַד־שַׁקַּמְתִּי *Usque quòd surrexi*, *Jud.* 5. 7. hoc est, Usque dum, donec.

אהיה

hîc Verba Quiescentia tertiâ radicali א in Kal, in quibus accentus suo loco manet: ut, וְקָרָאתָ *Et clamabis, Deuter.* 20. 19. וְנָשָׂאתִי *Et parcam, Gen.* 18. 26. Sic & in Quiescentibus tertiâ ה in Kal, accentus sæpè manet: ut, וְעָשִׂיתָ *Et facies, Exod.* 25. וְגָלִיתָ *Et emigrabis, Ezech.* 12. v. 3. וְגִלִּיתִי *Et revelabo,* 1. *Sam.* 20. v. 22. in quibus oportet habere sensus rationem. Ex Quiescentibus secundâ est, וְנַסְתָּה *Et fugies,* 2. *Reg.* 9. 3. quod præter morem accentum in penultima retinet. Sed & in tertia fœminina & plurali, Præteriti Kal Verborum quiescentium secundâ, quæ per se penacutæ sunt, accentum sæpè ad ultimam rejicit: ut, וְנָחָה *Et quiescet, Jesa.* 11. 2. וְשָׂמוּ *Et ponent, Num.* 6. v. 27. Rariùs in defectivis secundâ: ut, וְרַבָּה *Et multiplicetur, Exod.* 23. 29. וְרַבּוּ *Et multiplicabuntur, Jesa.* 66. 16. In Hiphil; וְהִבְדִּילָה *Et distinctionem faciet, Exod.* 26. v. 33. וְהֵבִיאָה *Et adducet, Levit.* 15. 29.

Ante Futurum notatur cum Pathach sequente Dagesch, quod ex א primæ singularis exclusum, producit Pathach in Kametz: ut, וַיִּקֹּד הָעָם וַיִּשְׁתַּחֲווּ *Et inclinavit se populus & procubuit, Exod.* 12. 27. וָאֶבְנֶה *Et ædificavi,* 1. *Reg.* 8. 20. Excipiuntur à quibusdam וַאֲמֹתְתֵהוּ *Et occidi eum,* 2. Sam. 1. 10. & וַאֲכַסֵּךְ *Et operui te,* Ezech. 16. v. 10. Sæpissimè hîc accentum ad penultimam retrahit, unde Cholem ultimæ syllabæ corripitur in Kametzchatuph, & Tzere in segol, idque in omnibus conjugationibus & Verborum generibus. Cholem in Kal præcipuè sic mutatur in Verbis Defectivis & Quiescentibus secundâ: Ex defectivis: ut, וַיִּחַם *Et incaluit,* 2. *Reg.* 4. 34. ex forma יָחֹם quæ extat Jesa. 44. 16. Sic, וַיִּחַן *Et misertus est,* 2. *Reg.* 13. v. 23. Ex Quiescentibus; וַיָּשָׁב *Et rediit, Gen.* 42. v. 24. quod accentu in ultima manente effertur per Cholem, וַיָּשֹׁב 2. *Sam.* 3. 16. Sic,

פַּחַד וָפַחַת וָפַח עָלֶיךָ *Pavor & fövea & laqueus tibi, Jes.* 24.17.

רוּחַ וָתֹהוּ נִסְכֵּיהֶם *Ventus & inanitas sunt idola fusilia ipsorum, Jesa.* 41.29.

בְּהֵמוֹת וָעוֹף *Animalia & volucres, Jer.* 12.4.

יַחַד כְּסִיל וָבַעַר יֹאבֵדוּ *Pariter stultus & brutus peribunt, Psal.* 49. *vers.* 11.

Excipe; זְנוּת וְיַיִן *Scortatio & vinum, Hos.* 4.11.

תֹהוּ וָבֹהוּ *Res informis & inanis, Genes.* 1. *v.* 2. & similia.

Vide prætereca capite ultimo.

Cæterùm præter hunc copulandi usum, in Verbis etiam significationes commutat, Præteriti in significationem Futuri, & contrà. A priori usu appellatur ab Hebræis וָו חִבּוּר *Vau Chibbur*, Vau copulationis sive copulativum, ab altero וָו הִפּוּךְ *Vau hippuch*, Vau conversionis sive conversivum, cujus orthographia in specie hîc observanda est.

Ante Præteritum retinet Scheva, aut mutat illud juxta antecedentem & communem doctrinam: ut, וְעָבַר יְהוָה *Et transibit DOMINUS, Exod.* 12.23. וּפָחַד *Et expavescet, Jesa.* 19. *v.* 16. וּשְׁמַרְתֶּם *Et observabitis, Exod.* 12. *v.* 24. וַעֲבַדְתֶּם *Et servietis, &c.*

Quomodo ergo cognoscetur, quando simpliciter copulativum, vel simul etiam conversivum est? Respondet Elias in libro *Habbachur* Orat. 1. sect. 5. Si præcesserit aliud Præteritum (vel Futurum loco Præteriti positum) tum copulativum est: sin minus, conversivum judicabitur: ut, מִי פָעַל וְעָשָׂה *Quis fecit & operatus est? Jesa.* 41.4. Videndum ergo, ubi sententiam inchoet, aut vocem voci, vel sententiam sententiæ copulet. In prima etiam & secunda singulari, accentus ex penultima transfertur ad ultimam: ut, וְאָמַרְתָּ *Et dices, Gen.* 32.18. וְאָמַרְתִּי *Et dixero, Gen.* 24.43. Excipiuntur hîc Ver-

Scheva compositum resolvatur in suas simplices, ut, וִחְיֵה *Et vivito. Gen.* 20. 7. וֶהְיֵה *Et esto, Gen.* 17. 1. *quod est ex* הֱיֵה, *Exod.* 18. 19. De hoc etiam dictum lib. 1. cap. 4. Retinet enim eam vocalem, quam Scheva compositum ante se postulat. At ante ChatephKametz habet Kametz longum cum Mætheg notatum: nam euphoniæ causâ literam ו cum vocali O ab initio vocis nunquam efferunt: ut, וָאֳנִי עָשָׂה *Et navem fecit*, 1. *Reg.* 9. 26. וָחֳלִי רַע הוּא *Et infirmitas mala est*, *Eccl.* 6. 2. וָחֳלָיִם *Et infirmitates, Deut.* 28. 59. Excipe; וּצְעָקִי *Et clama*, *Jer.* 22. 20. ubi Schurek mansit quasi ante simplex Scheva. Nam Chatephkametz pro Scheva est.

Ante literas בומף effertur cum Schurek, & præterea pronunciationem suam, quâ consona est, amittit, ita ut quasi in vocalem degeneret. Unde est ו U pro וו *Vu*, quomodo Hebræi nunquam ab initio vocis loquuntur, ut neque וְ *Vy* aut Vo, ut dictum: ut, וּבִנְיָמִין *Et Binjamin*, וּמֹשֶׁה *Et Moses*, וּפֶרֶץ *Et Pharez*. Sic & ante literam Schevatam recipit Schurek loco Chirek, in quod prius Scheva semper aliâs in principio dictionis converti solet, ut libro primo, capite quarto explicatum: ut, וּשְׁמֵי הַשָּׁמַיִם *Et cœli cœlorum:* וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל *Et filii Israel, &c.* Excipe ה & ח cum Scheva, in Verbis הָיָה & חָיָה, ante quas habet Chirek, ut, וִהְיִיתֶם *Et eritis*, וִהְיוּ *Et estote*, וִחְיִיתֶם *Et vivetis*, וִחְיוּ *Et vivite*. Quare dicatur וֶחְיֵה paulò antè dictum est. Quomodo ante י schevatum se habeat, ibidem explicatum. Cum voce à ו incipiente in Bibliis non reperitur: apud Rabbinos legitur סָפֵק וְוַדַּאי *Dubium & certum*, וְוָלָד *Et filius*, & similia.

Si duo Nomina copulet, quorum posterius est monosyllabum aut bisyllabum penacutum, tunc notatur cum Kametz, etiam ante בומף: ut,

CAPUT XXI.

De Syntaxi Conjunctionum.

REGULA.

Conjunctio ſimiles caſus in Nominibus, ac ſimilia Tempora in Verbis conjungit, aut ſententiam novam ſuperiori attexit.

Quandoque Tempora diverſa conjungit: ut, גָּנוֹן וְהִצִּיל *Protegendo & liberavit,* פָּסוֹחַ וְהִמְלִיט *Tranſiliendo & liberavit: Eſa.* 31. 5. pro *liberando.*

הָלוֹךְ וְקָשָׁה *Et progreſſa eſt manus filiorum Iſraelis, progrediendo & aggravata eſt,* pro, *Et aggravando,* pro, *continuò crevit & invaluit, Judic.* 4. 24.

שַׁבְתִּי וְרָאֹה *Reverſus ſum, & videre,* pro, *Vidi, Eccl.* 9. 11.

אֶת כָּל זֶה רָאִיתִי וְנָתוֹן *Omne hoc vidi, & dare ad cor meum,* pro *Et dedi, Ibid.* 8. 8.

כִּי תִרְבּוּ וּפְרִיתֶם *Cùm multiplicabimini, & creviſtis,* h.e. *creſcetis,* Jer. 3. 16.

Syntaxis Conjunctionum primò eſt *Inſeparabilium,* Copulativæ ו & cauſalis שֶׁ.

Copulativa ו quibuslibet vocibus, à quacunque litera inchoatis, præponitur, propriè & regulariter cum Scheva: ut,

הָעֲנִיִּים וְהָאֶבְיוֹנִים *Egeni & pauperes, Jeſa,* 41. 17.

מִי־פָעַל וְעָשָׂה *Quis operatus eſt & fecit, ibid. v.* 4.

יֵבֹשׁוּ וְיִכָּלְמוּ *Pudore afficientur & erubeſcent, ibidem v.* 11.

Ante gutturalem cum Scheva compoſito notatam, & Jod ſchevatum, ſequitur generalem doctrinam lib. 1. cap. 4. propoſitam: ut, וַעֲבָדִים *Et ſervi,* וֶאֱמֶת *Et veritas:* וִימִינָם *Et dextera eorum,* וִיהוּדָה *Et Jehuda.* Sic ſi

Scheva

Sic ſequente Adverbio:

לֹא אֶל־חִנָּם דִּבַּרְתִּי *Non fruſtra locutus ſum, Ezech. 6.10.*

מִן cum אֵצֶל: ut,

מֵאֵצֶל אוּלָם הַשַּׁעַר *Juxta veſtibulum portæ, Ezech. 40.7.*

ENALLAGE אֶל vel ל pro עַל frequentiſſima eſt: ut,

יָשַׁבְתָּ לְכִסֵּא *Sediſti ſuper ſolio, Pſal. 9.5. pro* עַל כִּסֵּא quomodo aliás conſtruitur, ut Pſalm. 47.9.

וַיַּמְלִכֵהוּ אֶל־הַגִּלְעָד *Et conſtituit eum regem ſuper Gilhadem, 2. Sam. 2.9.*

נוֹפֵל לְפָנָיו *Cadebat ſuper faciem ſuam*, pro עַל פָּנָיו *1. Sam. 5.*

Item pro אֵת: ut, אֲסַפְּרָה אֶל חֹק *Enarrabo decretum, Pſal. 2.7.* Vide etiam Jeſa. 38.19. Jerem. 4.23. & 10.2.

ב pro מִן: ut,

בְּמַרְאוֹת הַצֹּבְאוֹת *E ſpeculis turmatim-convenientium, Exod. 38. verſ. 29.*

אֵת pro מִן: ut,

בְּצֵאתִי אֶת־הָעִיר *Cum egreſſus fuero ex urbe, Exod. 9.9.* h. e. מִן הָעִיר.

חָלָה אֶת רַגְלָיו *Doluit pedes ſuos*, מִן רַגְלָיו *ex pedibus ſuis, 1. Reg. 15.24.*

Item pro אֶל ſive ל: ut,

אֶת־מִי הִגַּדְתָּ מִלִּין *Cui indicaſti ſermones, Job. 26. v. 4.*

עַל pro עַד: ut,

עַל מֵעַל הַפֶּתַח וְעַד־הַבַּיִת הַפְּנִימִי *Ad ſurſum*, (id eſt, ſuperiorem partem) *oſtii, & usq; ad domum intimam, Ezech. 41. v. 17. Sic Ezech. 40.15. Joſ. 2.7. &c.* Varia omnino Præpoſitionum enallage eſt, ut ex Theſauro Santis Pagnini videre licet.

אֵצֶל cum eadem: ut,

וַיֵּלֶךְ מֵאֶצְלוֹ *Et discessit ab eo*, 1. *Reg.* 20. 35.

עַל cum eadem: ut,

לֹא־סָר מֵעַל חַטֹּאות יָרָבְעָם *Non recessit à peccatis Jarobeami*, 2. *Reg.* 15. 18.

אוּלַי יָקֵל אֶת־יָדוֹ מֵעֲלֵיכֶם וּמֵעַל אֱלֹהֵיכֶם וּמֵעַל אַרְצְכֶם *Fortassis allevabit manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra*, 1. *Sam.* 6. 5.

אֶל insignes quoque Pleonasmos facit, aliâ Præpositione sequente: ut,

יָצְאוּ אֶל־אַחֲרֵיהֶם *Egrediuntur post eos*, *Zach.* 6. 6. sic אֲשֶׁר עַל־אַחֲרֶיהָ Quod *erat* post illud, Ezech. 41. 15. ubi est עַל pro אֶל.

אֶל־הַחוּץ *Ad foris*, Ezech. 41. 9. *id est*, extrinsecus.

אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה *Extra castra*, *Lev.* 4. 12. *q. d.* ad exteriorem partem castrorum. Sic Lev. 14. 40.

אֶל־מוּל פְּנֵי הָאֹהֶל *E regione faciei tentorii*, *Exod.* 26. *v.* 9. sic אֶל מוּל הָהָר *E regione montis*, *Exod.* 34. 3.

אֶל־נֹכַח פְּנֵי אֹהֶל *E regione faciei tentorii*, *Num.* 19. *v.* 4. Ad ante, *id est*, versus anteriorem partem.

Terminatio Pathach mutatur in Kametz: ut, שְׁמָעֵנִי *Audi me*, *Genes.* 23. *v.* 11. שְׁמָעֶנָּה *Audi illud*, *Job.* 5. 27. אֱהָבֶהָ *Dilige eam*, Prov. 4. 6. pro אֱהָבְנָה Pihel; שַׂמְּחֵנוּ *Lætifica nos*, *Psalm.* 90. *v.* 15. Hiphil; הַשְׁמִיעֵנִי *Audire fac me*, *Psal.* 143. *v.* 8. הַשְׁלִיכֵהוּ *Projice eam*, *Exod.* 4. *v.* 23.

Ex De-

timæ editionis habet Chatephpathach, ſed in Comment. nihil de eo monet. A` נָשָׂא hic eſt שְׂאֵתוֹ *Ferre illud, Deut.* 14. 24. A` יָצָא eſt בְּצֵאתוֹ *Quum egredietur ipſe, Exo.* 28. *v.* 35. בְּצֵאתְכֶם *Egredientibus vobis, Deut.* 23. 4. ex contractis ipſorum Infinitivis. A` יָרֵא ex Pihel, לְיָרְאֵנִי *Ad timorem incutiendum mihi*, Nehem. 6. 19. Cum בּוֹא varia ſunt Affixa; כְּבֹאֲכֶם *Quum ingreſſi fueritis*, 1. *Sam.* 9. *v.* 13. בְּבֹאָן *Quando veniebant, Gen.* 30. 38. & inde cum ה paragogico, כְּבֹאָנָה *Quum veniſſent ipſæ, Ruth.* 1. *v.* 19. *&c.* Hiphil; בַּהֲבִיאִי *Quum introduxero ego, Ezech.* 20. 42. לַהֲבִיאֲךָ *Ad introducendum te, Exod.* 23. 20. Speciale eſt; לְהוֹצִיאָנוּ *Ad educendum nos, Exod.* 14. 11. cum Kametz loco Tzere, ut rectè obſervavit Aben Eſra. Simile fuit ſuprà in Participio.

Quieſcentia tertiâ ה ad terminationem וֹת propriè Affixa accipiunt: בִּבְנוֹתְכֶם *In exſtruendo vos, Joſ.* 22. *v.* 16. & cum epenthetico Jod, ut in Nominibus fœmininis pluralibus fieri ſolet; בִּבְנוֹתַיִךְ *In ædificando te, Ezech.* 16. *v.* 31. כִּרְאוֹתוֹ *Juxta videre ipſum, cùm vidiſſet ipſe, Jud.* 11. 35. At, עֲשׂהוּ *Facere eum, Exod.* 18. *v.* 18. & לַעֲשׂוֹתוֹ *Exod.* 12. 48. רְאוֹתְךָ *Videre te, Exod.* 10. *v.* 28. Ex Pihel; לְרַמּוֹתַנִי *Ad decipiendum me*, 1. *Paral.* 12. *v.* 17. cum Pathach loco Tzere. Ex Hiphil; לַנְחוֹתָם *Ad deducendum eos, Exod.* 13. 21. כַּנְּלוֹתְךָ *Secundum abſolvere te, Jeſa.* 33. *v.* 1. pro כְּהַנְ per contractionem, quæ literæ characteriſticæ ה ſæpiuſculè accidit, ut ampliùs declarabitur in Syntaxi Præpoſitionum: כ etiam præter morem habet Dageſch euphonicum.

Infinitum paſſivum Niphal; בְּהִנָּבְאוֹ *In prophetando ipſum, Zachar.* 13. *v.* 3. & בְּהִנָּבְאוֹתוֹ Zach. 13. 4. quod tamen alii volunt eſſe ex Hithpahel, per ſyncopam ת. מִיּוֹם הִבָּרְאֲךָ *A die creari te, Ezech.* 28. *v.* 15. בְּיוֹם הֵעָשׂוֹתוֹ *In die fieri illud, Ezech.* 43. *v.* 18. ה cum Sægol loco Tzere;

ciente Mappik; הָשַּׁמָּה *Desolari eam, 2.Par.36.21.* בְּהָשַּׁמָּה, *Levit. 26. v. 43.*

Quiescentia primâ י, sequuntur formam Nominum cum duplici Sægol: בְּלִדְתָּהּ *In pariendo ipsam, Gen.35.v.16.* עֵת לִדְתָּנָה *Tempus pariendi ipsas, Job. 39. 2.* cum ה paragogico post נ, cui & aliud simile mox infrà. Et cum Sægol, לֶכְתּוֹ *Ambulare ipsum, 1. Reg. 16. 31.* & sic semper hoc Verbum. Propter gutturalem cum Pathach; לְדַעְתּוֹ *Ut sciat ipse, Jesa. 7. 15.* Niphal; הִוָּסְדָהּ *Fundari eam, Exod. 9. v. 18.* cum defectu Mappik.

Quiescentia secundâ, in Kal nihil mutant, & sæpè euphoniæ causâ convertunt Schurek in Kibbutz: ut, בְּנֻסָם *In fugiendo ipsos, Jos. 10. 11.* בְּקֻמָהּ *In surgendo ipsam, Genes. 19. 33.* בְּשׂוּרִי *In discedendo me, Hos. 9. 12.* בְּשׂוּמוֹ *In ponere ipsum, Prov. 8. 29.* בְּנֻחֹה *Quiescente ipso, Numer. 10. 36.* In Hiphil semper usurpatur forma cum Chirek in medio, ut & cum præfixis Præpositionibus: ut, בַּהֲכִינוֹ *In aptare ipsum, Proverb. 8. v. 27.* עַד הֲנִיחִי *Donec fecero ego ut quiescat, Ezech. 24. 13.* לְהַפְרְכֶם *Ut irritum faciatis vos, Lev. 26. v. 15.* pro לְהָפִירְכֶם, ad faciliorem & expeditiorem pronunciationem.

Quiescentia tertiâ א: בְּקָרְאִי *In clamando me, Psal. 4. 2.* At, בְּחֶטְאָהּ *In peccare ipsam, Num. 15. 27.* est ex forma חֲטָא Kametz mutato in Scheva, unde prius transit in Sægol. Item, בְּמֹצַאֲכֶם *In invenire vos, Gen. 32. 19.* cum Cholem præter morem, & pathach, propter sequens Chatephpathach. Speciale est, & extra omnem rationem; מַחֲאֲךָ *Plaudere te, Ezech. 25. v. 6.* pro מְחָאֲךָ vel מַחְאֲךָ, ut ibidem sequitur רַקְעֲךָ. Primum Chatephpathach omninò pravum videtur, cùm duplex Scheva mobile se consequi nunquam possit. Santes in Thesauro suo habet Pathach & rectè. Kimchi in libro Radicum ultimæ

In Hiphil semper Affixum adjungitur formæ cum Chirek; בְּיוֹם הַקְרִיבוֹ *In die offerre ipsum, Lev.* 7.16. בְּהַקְרִיבְכֶם *Offerentibus vobis, Num.* 28.26. לְהַעֲצִבָה *Jer.* 44. *v.*19. cum defectu Mappik.

Junguntur quoque Affixa formæ paragogicæ Infinitivi, & tunc mutatur ה in ת, ut in Nominibus fœmininis: ut, בְּקָרְבָתָם *Accedentibus ipsis*, pro בְּקָרְבָם *Exo.*40. *v.*32. Sic, כְּשָׁמְעָתוֹ *Secundum audire ipsum, Jesa.* 30. *v.*19. בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ *In amare ipsum eam, Gen.* 29. *v.* 20. עַד־חֻמְצָתוֹ *Usq; ad fermentari eam, Hoseæ* 7. *v.* 4. מִיִּרְאָתוֹ *Propter timere ipsum,* 2. *Sam.* 3. *v.* 11. Ex Pihel, בְּצַדֶּקְתֵּךְ *In justificando te, Ezech.* 16. *v.* 52.

Defectiva primâ נ, mutantur ut Nomina cum duplici Sægol: ut, עַד־גִּשְׁתּוֹ *Ad accedere ipsum, Genes.* 33. *v.* 3. בְּגִשְׁתָּם *Accedentibus ipsis, Exod.* 28. *v.* 43. Plura in hac forma Infinitivi cum Affixis non extant, sed pleraq; analogiam sequuntur. A תֵּת est תִּתִּי &c. Hiphil, עַד־הַגִּיעֵנוּ *Usq; ad pervenire nos,* 1. *Sam.* 14. *v.* 9.

Defectiva secundâ mutant Cholem in Kibbutz, sequente Dagesch forti; עַד־תֻּמִּי *Usq; ad consumere me, Jerem.* 27. *v.* 8. כְּתֻמָּם *Cùm perfecta fuerint ipsa, Jesa.* 47. *v.*9. בְּחֻמָּם *Incalescentibus ipsis, Jer.* 51. 38. לְבָרָם *Ad declarandum eos, Eccles.* 3. *v.*18. ubi primum Kametz est longum loco ejecti Dages, ut quibusdam placet. Sic eliso Dagesch; בְּחֻקוֹ *In statuendo ipsum, Prov.* 8. *v.* 27. quod mox ℣. 29. dicitur בחוקו, quasi ex Quiescentibus secundâ. In Hiphil mutant Tzere in Chirek, sequente Dagesch forti: ut, וְזֶה הַחִלָּם *Et hoc est incipere eorum, Gen.* 11. 6. כַּהֲתִימְךָ *In absolvendo te, Jesa.* 33. 1. ubi Dagesch è מ excidit, aut forma mutuata ex Quiescentibus secundâ, qualis forma etiam in Futuro erit: בְּהִלּוֹ *Cùm lucere faceret ipse, Job.* 29. *v.* 3. ubi ה characteristicum elisum est, pro בְּהַהִלּוֹ. Defi-

quæ poſtea euphonia in Kametz longum mutavit, cujus causâ Metheg fuit adjectum. Sunt autem hæc exempla ſpecialia, ex quibus nulla regula facienda, quaſi Cholem vel Kametzchatuph etiam mutentur in Kametz longum.

Inter fœminina Affixa Kimchi ponit, פְּקָדֶנָּה פְּקָדֶהָ ſed exemplis nullis probat. Ex Pihel eſt; לְיַחֱמֶנָּה *Ad concipere eam, Geneſ.* 30. *v.* 41. ſcilicet, *pecudem*, quod videtur eſſe ad præcedentem formam. Sed Kimchi vult eſſe factum ex לְיַחְמֵן pro לְיַחְמָן *Ad incaleſcendum eas*, ſcil. *oves* (quomodo pluralia ibidem præcedunt,) Tzere loco Kametz poſito, ut antè fuit רֵדֵם pro רְדָם. Hoc modo erit paragogicum, & Dageſch euphoniæ causâ aſcitum, unde Tzere in Sægol correptum ſit.

Pathach in altera terminatione Infiniti פְּקַד tranſit in Scheva, propter quod antecedens Scheva vertitur in Chirek: ut, עַל־בִּקְעָם *Propter diſſindere ipſos, Amos* 1. *v.* 13. בְּפִתְחִי *Aperiente me, Ezech.* 37. *v.* 13. וְרַקְעֲךָ *Et plaudere te,* Ezech. 25. 6. Cum gutturali pro Chirek eſt Pathach vel Sægol: ut, לְפַעֲמוֹ *Agere eum, Jud.* 13. 25. בְּשַׁחֲטָם *In jugulando ipſos, Ezech.* 23. 39. Cum כֶם forma abſoluta Infinitivi manet; לַחֲנַנְכֶם *Gratiam facere vobis, Jeſa.* 30. 18. ex terminatione חָנַן.

In Pihel mutatur Tzere in Scheva, aut in Pathach vel Sægol, alio Scheva ſequente, ut in Præterito: ut, עַל־צַדְּקוֹ *Propter juſtificare ipſum, Job.* 32. *v.* 2. לְבַקֶּשְׁךָ *Ad quærendum te,* 1. *Reg.* 18. 10. לְרַחֶמְכֶם *Ad miſerendum veſtri, Jeſ.* 30. *v.* 18. לְשַׁחֶתְכֶם *Ad corrumpendum vos, Ezech.* 5. *v.* 16. Aliquando manet Tzere; ut, בְּשַׁלֵּחֲךָ *In dimittendo te, cùm dimiſeris*, Deut. 15. 18. Et cum Chirek; בְּפָרִשְׂכֶם *Expandentibus vobis, Jeſa.* 1. 15. Irregulare eſt, לְחֶנְנָהּ *Ad faciendum gratiam ei, Pſal.* 102. 14. pro לְחַנְנָהּ.

In Hi-

re poſſit א, pro שְׁאֶתְךָ ut dicitur מָאָסְכֶם quod mox ſequitur.

Si ſecunda ſit gutturalis, tum pro Scheva ponitur Chatephkametz: ut, בָּחֳרִי *Eligere me, Ezech.* 20. 5. כְּאָהֳבָם *Secundum amare ipſorum, Hoſ.* 9. 10. לְגָאָלֵךְ *Vendicare te, Ruth.* 3. *v.* 13. מָאָסְכֶם *Spernere vos, Jeſa.* 30. 12. מָאָסָם *Spernere eos, Amos* 2. 4. & alia ſimilia, in quibus Kimchi primum Kametz vult eſſe longum: nos dicimus eſſe Kametzchatuph ex lege gutturalium, ut cap. 4. lib. 1. declaratum. Sic; לְמָשְׁחֲךָ *Ad ungendum te*, 1. *Sam.* 15. 1. eſt ſicut, לְרָדְפְךָ *Ad perſequendum te*, 1. *Sam.* 25. *v.* 29. Pro Kametzchatuph eſt quandoque Kibbutz, ſunt enim vocales permutabiles: ut, בְּקֻצְרְךָ *In metendo te, Levit.* 23. 22. *Numer.* 15. *v.* 27.

Forma פָּקְדְךָ, פָּקְדְכֶם eſt à פָּקוֹד, Cholem in Kametzchatuph correpto. Atque ita differunt Verba à Nominibus formæ כָּבוֹד, quæ Cholem retinent; ut, כְּבוֹדְךָ, כְּבוֹדְכֶם. Sic Kimchi probat, הֲמָנְכֶם *Multiplicare vos, Ezech.* 5. *v.* 7. eſſe Verbum Infinitum, non autem à Nomine הָמוֹן, ut quidam volunt. Excipiuntur tria, quæ habent Kametz longum loco Kametzchatuph, ut adjunctum Metheg indicat; nempe, בְּיוֹם עֲמָדְךָ *In die ſtare te, Obad.* 11. מִיָּרְדִי־בוֹר *A deſcendere me in ſepulchrum; Pſalm.* 30. *v.* 4. רָדְפִי טוֹב *Perſequi me bonum, Pſal.* 38. *v.* 21. Prius citat Kimchi in Michlol fol. 38. absque Metheg, addens, in exemplaribus correctioribus legi cum Kametz lato & accentu. In reliquis duobus euphonia vel metrum produxit Kametz, propter ablatum accentum tonicum. Fieri tamen poteſt, ut olim lecta fuerint analogicè per Kametzchatuph, quod inſertum in ſcriptura ו indicare videtur: ſcribitur enim מיורדי & רודפי per metatheſin, pro רודפי, quod eſt pro רָדְפִי *Rodphi,*

INFINITIVUS.

פְּקֹד פְּקֹד *Visitare.*

eos	פָּקְדָם	eum	פָּקְדוֹ פָּקְדֵהוּ פָּקְדֶנּוּ	3. perſ.
eas	פָּקְדָן	eam	פָּקְדָהּ פָּקְדֶהָ פָּקְדֶנָּה	
vos m.	פָּקְדְכֶם פְּקָדְכֶם	te m.	פָּקְדְךָ פָּקֶדְךָ	2. perſ.
vos f.	פָּקְדְכֶן פְּקָדְכֶן	te f.	פָּקְדֵךְ	
nos c.	פָּקְדֵנוּ	me c.	פָּקְדִי פָּקְדֵנִי	1. perſ.

Terminatio Cholem corripitur in Kametzchatuph, & transfertur ad primam radicalem, & ejus Scheva ad ſecundam: ut, בְּבָרְחוֹ *Cùm fugeret ipſe*, *Pſal.* 3. *v.* 1. בְּקָצְרְךָ *In metendo te*, *Levit.* 23. *v.* 22. לְעָבְרְךָ *Ut tranſeas tu*, *Deut.* 29. *v.* 12. בְּאָמְרִי *Dum dico ego*, *Ezech.* 3. *v.* 18. עָזְבָהּ *Deſeri eam*, 2. *Reg.* 8. *v.* 6. cum defectu Mappik. Duo retinent Cholem facilioris & commodioris pronunciationis causâ; יַעַן בּוֹשַׁסְכֶם *Propter conculcare vos*, *Amos* 5. *v.* 11. pro בָּשְׁסְכֶם vel בְּשָׁסְכֶם: alterum; בְּמֹצַאֲכֶם *In inveniendo vos*, *Geneſ.* 32. *verſ.* 19. Specialis anomaliæ ſunt; כְּקָרָבְכֶם *Secundum accedere vos*, *Deut.* 20. *v.* 2. pro כְּקָרְבְכֶם, ut dicitur, בְּאָמָרְכֶם *In dicere vos*, *Mal.* 1. *v.* 7. vel בְּקָרְבְכֶם, ut dicitur, בְּעָבְרְכֶם *In tranſeundo vos*, *Deut.* 27. *v.* 4. Eſt autem ad formam eorum quæ mediam gutturalem habent, ut mox ſequitur. Sic אֲכָלְכֶם *Comedere vos*, Gen. 3. *ꝟ.* 5. אֲכָלְךָ Gen. 2. 17. quandoq; enim Kametzchatuph manet ſub ſecunda radicali. Item, בְּכָל שָׁאטְךָ *In toto depopulari tuo*, Ezech. 25. *ꝟ.* 6. ubi Kametz eſt, ut quieſcere poſſit

net: duplex Sægol sequitur formam Nominum מֶלֶךְ vel תִּפְאֶרֶת: ut, יוֹלַדְתֶּךָ *Pariens te*, Prov. 23.25. יוֹעֲצָתוֹ *Consulens ipsi*, 2. *Paral.* 22. 3. & sic deinceps. Contractum est; מְבַעִתֶּךָ *Perturbans te*, 1. *Sam.* 16. 15. pro מְבַעַתְתֶּךָ ex integra forma מְבַעֶתֶת. Chirek autem est loco Sægol vel Pathach euphoniæ causâ.

פֹּקְדִים *Visitantes illi.*

eos	פּוֹקְדֵיהֶם	eum	פּוֹקְדָיו
eas	פּוֹקְדֵיהֶן	eam	פּוֹקְדֶיהָ
vos m.	פּוֹקְדֵיכֶם	te m.	פּוֹקְדֶיךָ
vos f.	פּוֹקְדֵיכֶן	te f.	פּוֹקְדַיִךְ
nos c.	פּוֹקְדֵינוּ	me c.	פּוֹקְדַי

Sic; אֹכְלָיו *Comedentes eum*, *Jerem.* 2. v. 3. אוֹכְלֶיהָ *Comedentes illud*, *Eccl.* 5. 10. לֹחֲצֵיהֶם *Opprimentes eorum*, *Jud.* 2. 18.

Quiescentia secundâ; קָמֶיךָ *Adversantes tibi*, *Exod.* 15. 7.

Quiescentia tertiâ א : קֹרְאָיו *Invocantibus eũ*, *Ps.* 145. 18.

Quiescentia tertiâ ה : עֹשֵׂיהֶם *Facientes ea*, *Psal.* 111. 10. צֹפַיִךְ *Speculatorum tuorum*, *Jesa.* 52. v. 8. רֹאַי *Videntes me*, *Psal.* 31. 12. Ex Pihel; מְעַנַּיִךְ *Affligentes te*, *Soph.* 3. 19.

פֹּקְדוֹת *Visitantes illæ.*

Nihil hîc mutatur: ut, קֹרְאֹתַיִךְ *Accidentia tibi*, *Jes.* 51. v. 19. quod tamen est à קָרָה.

PARTICIPIUM PRÆTERITUM,

sive Pahul.

פָּקוּד *Visitatus.*

פְּקוּדוֹ & sic deinceps cum Affixis masculini Præsentis. Sic; גְלוּיו &c. Fœmininum פְּקוּדָה mutat ה in ת, ut Nomina fœminina. Pluralia imitantur præcedentem formam: ut, הֲרוּגָיו *Occisi ejus*, *Jesa.* 27. v. 7. קְרֻאֶיהָ *Invitati ejus*, *Prov.* 9. v. 18.

ſignificatum à Propheta in unius vocis formam contractum eſt לְקַצֵּר הַלָּשׁוֹן וּלְצַחוּתוֹ *ad brevitatem ſermonis & elegantiam ejus:* ה autem Verbi קָלָה mutatum eſt in ו mobile, ut ſæpè aliâs, quod niſi factum fuiſſet, non potuiſſet commodè animadverti ſignificatiõ ejus Verbi, ſcribit Kimchi in Commentariis: & in Michlol fol. 79. Vel ſimpliciùs poſſit reſolvi in קִלְלוּנִי *Maledixerunt mihi*, & מְקַלְלֵנִי *Maledicit mihi quiſq;* ut ſit forma compoſita ex Præterito & Participio ejusdem Verbi, cui ſimile vide cap. 55. ad Participium.

Quieſcentia ſecundâ retinent Kametz, ut in prima voce Præteriti, שָׂמֵחוּ, שָׂמוֹ &c. Ex Hiphil; מְעִירָם *Suſcito eos, Joel. 3. 7.*

Quieſcentia tertiâ א: מֹצְאִי *Inveniens me, Gen. 4. 14.* מֹצְאוֹ *Inveniens eum, Gen. 4. 15.* בּוֹרַאֲךָ *Creans te*, Eſa. 43. 1.

Quieſcentia tertiâ ה abjiciunt illud cum præcedente Sægol; עוֹנְךָ *Reſpondens tibi, Job. 5. v. 1.* הָעֹשׂוֹ *Qui fecit eum, Job. 40. v. 19.* בּוֹזֵהוּ *Spernens eum, Prov. 14. v. 2.* עֹשֵׂנִי *Faciens me, Job. 32. v. 22.* רֹאִי *Videns me, Job. 7. 8.* וְנוֹטֵיהֶם *Et extendens eos, Eſa. 42. 5.* ubi ׳ ante affixum eſt loco tertiæ radicalis ה, non ſignum num. plur. Sic וְרֹעֵיהֶן *Et paſcens eas*, Zach. 11. 5. h. e. נוֹטֶה אוֹתָם רוֹעֶה אוֹתָם. Et aliter; רֹאַנִי *Videns me, Jeſa. 47. v. 10.* cum Pathach loco Tzere, Pathach autem in Kametz productum per accentum; aut eſt ſimpliciter Kametz loco Tzere, ut ſimile infrà in Infinitivo. Eſt & Tzere ante ם pro Kametz; רֹדֵם *Dominans eis, Pſal. 68. v. 28.* quod contractè ſic dicitur, pro רֹדֶה בָם, ut in fine hujus capitis videbitur. הַמַּעֲלֵם *Qui aſcendere fecit eos*, Jeſa. 63. 11.

פֹּקֵדָה פֹּקֶדֶת *Viſitans illa.*

Formæ פֹּקְדָה Affixa nulla adjunguntur. Altera in ת aſſumit eadem, quæ præcedens vox maſculina. Cholem ma-

diximus vobis, *Psal.* 118. 26. cum Tzere ab initio, ut eſt in melioribus exemplaribus, pro quo in plerisq; eſt Scheva, quod pravum videtur.

PARTICIPIUM PRÆSENS.

ſive Benoni.

פֹּקֵד *Viſitans ille.*

eos	פֹּקְדָם	eum	פֹּקְדוֹ / פֹּקְדֵהוּ
eas	פֹּקְדָן	eam	פֹּקְדָהּ
vos m.	פֹּקֶדְכֶם	te m.	פֹּקֶדְךָ
vos f.	פֹּקֶדְכֶן	te f.	פֹּקְדֵךְ
nos c.	פֹּקְדֵנוּ	me c.	פֹּקְדֵנִי

Tzere tranſit in Scheva, & ante ךָ & כֶם in Sægol vel Pathach propter gutturalem. Dicitur autem extra pauſam פּוֹקֶדְךָ & in pauſa פּוֹקְדֶךָ. Interdum cum Chirek in medio; אֹסִפְךָ *Colligo te*, 2. *Reg.* 22. *v.* 20. אֹיִבְךָ *Inimicantis te*, 2. *Sam.* 4. 8. vel Pathach, ſi ſecunda aut tertia ſit gutturalis; אֹהַבְךָ *Diligentis te*, 2. *Paral.* 30. *v.* 7. גֹּאַלְךָ *Redimens te*, *Jeſa.* 48. *v.* 17. בֹּרַאֲךָ *Creans te*, *Jeſa.* 43. *v.* 1. Sic; גֹּאַלְכֶם *Redimens vos*, *Jeſa.* 43. *v.* 14. At, שֹׁלֵחֲךָ *Mittens te*, 1. *Sam.* 21. *v.* 2. retinet Tzere, loco Pathach, præter normam. Eſt &, חוֹרְפִי *Probro afficiens me*, *Pſal.* 119. *v.* 42. pro חוֹרְפֵנִי: ſic, שֹׁלְחִי *Mittenti me*, 2. *Sam.* 24. 13. In Pihel, Tzere mutatur in Scheva: מְקַדְּשׁוֹ *Sanctifico eum*, *Lev.* 21. *v.* 15. Ante כֶן, כֶם, ךָ in Chirek vel Sægol: ut, מְקַדִּשְׁכֶם *Sanctificans vos*, מְאַסִּפְכֶם *Colligens vos*, מְנַחֶמְכֶם *Conſolans vos*, In Hiphil nihil mutatur.

Ex Defectivis ſecundâ anomalum eſt in Pihel; מְקַלְלַוְנִי *Maledicit mihi ignominioſè*, *Jer.* 15. 10. quod compoſitum eſt ex קִלֵּל *Maledixit*, & קָלָה quod in Hiphil ſignificat *Vilipendere*, *Ignominiâ afficere*. Utrumque ergo ſigni-

gra & defecta. In Hiphil corripitur Tzere ſub ה characteriſtico; הֱסַבּוּךָ *Circumdederunt te, &c.*

Quieſcentia ſecundâ retinent Kametz; שָׂמוּךָ *Poſuerunt te, Pſal.* 86. *v.* 14. Hiphil; הֱשִׁיבוּם *Referebant ea,* 1. *Reg.* 14. *v.* 28. Tzere ſub He correpto.

Quieſcentia tertiâ א : קְרָאֻנִי *Evenerunt mihi. Jer.* 13.22. Ex Pihel: יֵרְאוּנִי *Timorem incuſſerunt mihi*, 2. Sam. 14. 15.

Quieſcentia tertiâ ה retinent Kametz; עָשׂוּנִי *Fecerunt me, Pſal.* 119. 73. עָשׂוּהוּ *Fecerunt eum*, *Eccleſ.* 2. *v.* 12. In aliis nulla varietas. Diſcrepat: תְּלָאוּם *Suſpenderunt eos*, 2. Sam. 21. 12. à תָּלָה.

פְּקַדְתֶּם *Viſitaſtis vos viri.*

eos פְּקַדְתּוּם	eum פְּקַדְתּוּהוּ			3. perſ.
eas פְּקַדְתּוּן	eam פְּקַדְתּוּהָ			
nos פְּקַדְתּוּנוּ	me פְּקַדְתּוּנִי			1. perſ.

Terminatio ֶם mutatur in וּ cui ſubjunguntur affixa. Sic in Pihel & Hiphil. Ex Quieſcentibus ſecundâ; צַמְתֻּנִי *Jejunaſtis mihi, Zach.* 7. 5. pro צַמְתֶּם לִי. Ex Quieſcentibus tertiâ ה, גְּלִיתוּהוּ &c. Hiphil; הֶעֱלִיתֻנוּ *Aſcendere feciſtis nos, Num.* 20. 5.

Vocis fœmininæ eadem ratio eſt.

פְּקַדְנוּ *Viſitavimus nos.*

eos	פְּקַדְנוּם	eum	פְּקַדְנוּהוּ	3. perſ.
eas	פְּקַדְנוּן	eam	פְּקַדְנוּהָ	
vos m.	פְּקַדְנוּכֶם	te m.	פְּקַדְנוּךָ	2. perſ.
vos f.	פְּקַדְנוּכֶן	te f.	פְּקַדְנוּךְ	

Hinc; דְּרַשְׁנֻהוּ *Quæſivimus eum*, 1. *Paral.* 13. 3. שְׁכַחֲנוּךָ *Obliti ſumus tui*, *Pſal.* 44. *v.* 8. חֲקַרְנוּהָ *Inveſtigavimus eam, Job.* 5. 27.

In Pihel & Hiphil nihil mutatur; ut, בֵּרַכְנוּכֶם *Benedixinus*

nisi quòd pro Affixo primæ personæ hîc adhibentur Affixa secundæ personæ: ut, שְׁאִלְתִּיו *Petivi eum*, 1.*Sam*.1. *v*.20. שְׁאִלְתִּיהוּ *Interrogavi eum*; *Jud*. 13. *v*. 6. יְלִדְתִּיךָ *Genui te*, *Psal*. 2. *v*. 7. in quibus est Chirek breve loco Pathach; ut paulò antè. *Cholem* corripitur in Kametzchatuph: ut, יְכָלְתִּיו *Prævalui ipsi*, *Psal*. 13. *v*. 5. In Pihel & Hiphil nihil mutatur.

Defectiva secundâ; אָרוֹתִיהָ *Maledixi ei*, *Mal*.2.2. Pihel; אֵרְרָהּ *Maledixit ei*, *Gen*.5.29. חַקּוֹתִיךְ *Descripsi te*, *Jes*. 49.16.

Quiescentia tertiâ ה: רְאִיתִיו *Vidi eum*, *Deuter*. 33. *v*. 9. מְשִׁיתִהוּ *Extraxi eum*, *Exod*. 2. *v*. 10. בְּנִיתִיהָ *Aedificabo eam*; *Amos* 9. *v*. 11. עֲנִיתִיךָ *Respondi tibi*, *Jesa*.49.*v*. 8. עֲשִׂיתִם *Feci eos*, *Genes*. 6. *v*. 7. cum defectu Jod ultimi: Sic cum defectu ' prioris; בְּנִתִים *Aedificabo eos*, *Jerem*.33.*v*.7. Semel legitur cum Affixo primæ personæ, sed quod in Dativum resolvendum est; עֲשִׂיתִנִי *Feci mihi*, *Ezech*.29.3. cum defectu Jod, pro עֲשִׂיתִי לִי Vide in fine hujus capitis.

פְּקָדוּ *Visitarunt illi vel illæ.*

eos	פְּקָדוּם	eum	פְּקָדוּהוּ	3. pers.
eas	פְּקָדוּן	eam	פְּקָדוּהָ	
vos m.	פְּקָדוּכֶם	te m.	פְּקָדוּךָ	2. pers.
vos f.	פְּקָדוּכֶן	te f.	פְּקָדוּךְ	
nos c.	פְּקָדוּנוּ	me c.	פְּקָדוּנִי	1. pers.

Kametz & Scheva ab initio transponuntur, ut in tertia fœminina singulari, aut servatur simpliciter ratio tertiæ masculinæ: ut, פְּקָדוּךָ *Visitaverunt te*, *Jesa*.26.*v*.17. עֲזָבוּנִי *Dereliquerunt me*, *Psal*. 27.10. וּדְקָרֻהוּ *Et configent eum*, *Zach*. 13. *v*. 3. Ex terminatione Tzere; יְרֵאוּהוּ *Reverentur ipsũ*, *Job*.37.24. In Pihel & Hiphil forma integra manet.

Defectiva secundâ; סַבּוּנִי גַם סְבָבוּנִי *Circumdederant me, etiam circumdederant me*, *Psal*. 118. 11. ubi forma integra &

Quieſcentia tertiâ ה: ut, רְצִיתָם *Benè voluiſti eis*, *Pſal.* 44. *v.* 4. עָשִׂיתָה *Feciſti hoc*, *Pſal.* 109. 27.

פָּקַדְתְּ *Viſitaſti tu fœm.*

eos	פְּקַדְתִּים	eum	פְּקַדְתִּיו פְּקַדְתִּיהוּ	3. perſ. Aff.
eas	פְּקַדְתִּין	eam	פְּקַדְתִּיהָ	
nos	פְּקַדְתִּינוּ	me	פְּקַדְתִּינִי	1. perſ.

Scheva mutatur in Chirek, poſt quod aliquando accedit Jod, tanquam altera nota fœminini generis ſecundæ perſonæ, quaſi ex forma Pronominis אַתְּי, unde & quandoque in forma ſeparata expreſſum legitur; נָתַתְּי *Dediſti, Ezech.* 16. *v.* 18. 36. שָׁמַעַתְּי *Audiviſti*, *Jerem.* 4. *v.* 19. Hinc וּנְתַתִּיהוּ *Et dediſti eum*, *Ezech.* 16. *v.* 19. נְשָׂאתִים *Portas ea, Ezech.* 16. 58. מְצָאתִים *Inveniſti eos*, juxta Kimchium, Jer. 2. 34. Quandoque י illud excidit, fortè ut ſic diſcernatur à prima perſona: ut, הִכְרַעְתִּנִי *Depreſsiſti me*, *Jud.* 11. *v.* 35. יְלִדְתִּנִי *Peperiſti me*, *Jer.* 15. *v.* 10. לִבַּבְתִּנִי *Incordaſti me*, *Cant.* 4. *v.* 9. רִמִּיתִנִי *Decepiſti me*, 1. *Sam.* 19. *v.* 17. Huc refert Abarbenel מְשִׁיתִהוּ Exod. 2. 5. & explicat *Extraxiſti eum.* Pro Chirek etiam eſt Tzere: ut, הוֹרַדְתֵּנוּ *Demiſiſti nos, Joſ.* 2. 8. vel Tzere eſt pro Pathach, ex forma maſculina, ut in ſequenti; הִשְׁבַּעְתָּנוּ *Adjuraſti nos, Joſ.* 2. 17. cum Kametz loco Pathach propter pauſam, ex forma maſculina, de fœmina Rachab, quod fortè factum, ad denotandum maſculum animum ejus. Sic Cant. 5. 9. Simile; יְלִדְתָּנוּ *Peperiſti me*, *Jer.* 2. *v.* 27. pro תִּינוּ: Chirek ſub ל loco Pathach, quæ forma & lib. 1. cap. 13. notata eſt ad Præteritum.

פָּקַדְתִּי *Viſitavi* c.

Syntaxis hîc planè eadem quæ in præcedenti voce, niſi

Hiphil; הִפְקִידַתְהוּ *&* ſic deinceps.

Quieſcentia ſecundâ priùs Kametz in Kal retinent: ut, שָׂמַתְהוּ *Poſuit eum, &c.* Ex Pihel; שׁוֹבְבָתֶךְ *Pervertit te, Jeſa.* 47. 10. cum Sægol loco Tzere, propter accentum ad penultimam retractum.

Quieſcentiâ tertiâ א retinent & hîc poſterius Kametz: ut, מְצָאָתְנוּ *Invenit nos, Num.* 20. 14. ubi Kametz poſterius eſt loco Pathach, propter accentum: מְצָאָתַם *Invenit eos, Exod.* 18. 8.

Quieſcentia tertiâ ה ſemper retinent Kametz prius in Kal, ut in forma maſcul. ut; עָשָׂהוּ *Fecit eum, Deut.* 32. *v.* 15. עָשָׂךְ *Fecit te, Deut.* 32. 6. רָאָם *Vidit eos, Gen.* 32. 2. עָשָׂנוּ *Fecit nos, Pſal.* 100. 3. Ex Pihel; צִוָּתָהּ *Præcepit ei, Ruth.* 3. *v.* 6. וְכִלַּתּוּ *Et conſumet eam, Zach.* 5. 4. Ex Hiphil; הִשַּׁתּוּ *Seduxit eum, Prov.* 7. 21. הֶעֱלָתַם *Aſcendere juſsit eos, Joſ.* 2. 6.

פָּקַדְתָּ *Viſitaſti tu vir.*

eos	פְּקַדְתָּם / פְּקַדְתָּמוֹ	eum	פְּקַדְתּוֹ / פְּקַדְתָּהוּ	3. perſ.
eas	פְּקַדְתָּן	eam	פְּקַדְתָּהּ	
nos	פְּקַדְתָּנוּ	me	פְּקַדְתַּנִי	1. perſ.

Deſunt affixa ſecundæ perſonæ, ne reciproca fiat ſignificatio. Ex Kal; וּכְתַבְתָּם *Et inſcribes ea, Deut.* 11. *v.* 20. Ex Pihel; פִּקַּדְתּוֹ & ſic deinceps: חִלַּקְתָּם *Divides eos, Ezech.* 5. 1. Cum ו paragogico, גֵּרַשְׁתָּמוֹ *Expuliſti eos, Exo.* 23. *v.* 31. Hiphil; הִפְקַדְתּוֹ &c.

Defectiva ſecundâ; הֲקִלֹּתַנִי *Vilipendiſti me, 2. Sam.* 19. 13.

Quieſcentia ſecundâ; שַׂמְתּוֹ *Poſuiſti eum, Hab.* 1. *v.* 12. Hiphil; הֲקֵמֹתוֹ *Erexiſti eum, Pſal.* 89. 44.

Quieſcentia tertiâ א, מְצָאתָהּ *Inveniſti eam, Deut.* 22. 3. Ex Pihel; מִלֵּאתָנִי *Repleviſti me, Jer.* 15. 17. cum Kametz loco Pathach propter accentum.

Quie-

Ex Hiphil; וְהִשְׁקָהּ *Et potavit eam*, Num. 5. 27. הֱטָהוּ *Avertit eum*, *Jesa.* 44. *v.* 20. וְהִכָּךְ *Et percusserit te*, 1. *Reg.* 20. *v.* 36. הִכַּנִי *Percussit me*, הִכָּם *Percussit eos*, &c.

Rabbini frequenter ה in א commutant, ut מְנָאָן *Numeravit eos:* עֲשָׂאוֹ *Fecit eum:* עֲשָׂאַנִי *Fecit me*, עֲשָׂאוּהוּ *Fecerunt eum.* Simile ex Bibliis vide infrà ad פְּקָדוּ.

פָּקְדָה *Visitavit illa.*

eos	פְּקָדָתָם / פְּקָדָתַם	eum	פְּקָדַתְהוּ / פְּקָדָתוֹ	Aff. 3. pers.
eas	פְּקָדָתָן / פְּקָדָתַן	eam	פְּקָדָתָהּ / פְּקָדַתָּהּ	
vos m.	פְּקָדַתְכֶם	te m.	פְּקָדַתְךָ	2. pers.
vos f.	פְּקָדַתְכֶן	te f.	פְּקָדָתֵךְ	
noc c.	פְּקָדַתְנוּ	me c.	פְּקָדַתְנִי	1. pers.

Vocalium Kametz & Scheva ab initio fit transpositio. Terminatio הָ mutatur in תַ, præterquam ante ם & ן, ubi mutatur in Kametz.

פְּקָדָתוּ) Per syncopam excluso ה, ut in exemplis videre est: ut, גְּמָלַתְהוּ *Reddidit ei, Prov.* 31. 12. גְּמָלַתּוּ *Ablactavit eum*, 1. *Sam.* 1. 24. Ex terminatione Tzere; אֲהֵבַתְהוּ *Amavit illum*, 1. *Sam.* 18. 28. Similis contractio in sequenti forma.

פְּקָדָתָם) Cum Kametz in fine, accentus est in ultima: cum Pathach, accentus est in penultima, quod in pausis familiare: ut, גְּנֻבָתַם *Furata est eas*, *Gen.* 31. 32. formæ fœmininæ. Est & מוֹ pro םָ: ut, עֲנָקַתְמוֹ *Cingit eos*, *Psalm.* 73. 6.

Pihel corripit Tzere in Scheva: ut, יִסְּרַתּוּ *Erudiverat ipsum*, *Prov.* 31. 1. וּבִקְשָׁתַם *Et quæsivit eos*, *Hos.* 2. 7. וְכִעֲסַתָּה *Et irritabat eam*, 1. *Sam.* 1. *v.* 6. deficiente Mappik: יֶחֱמַתְנִי *Fovit me*, *Psal.* 51. 7. cum Sægol sub י loco Chirek, propter sequens Chatephsægol. Hiphil;

euphonicum in נ. Tertium, יִסְּרַנִי *Erudivit me, Jeſ.8.11.* cum Tzere loco Pathach, ſi eſt Præteritum. Quidam autem volunt eſſe Futurum, deficiente primâ radicali י & tum forma eſt analoga. Eliſo Dages: קִלְלַנִי *Maledixit mihi, 1. Reg. 2. 8.*

Defectiva & Quieſcentia primâ radicali, ſequuntur formam פָּקַד.

Defectiva ſecundâ; קַבֹּה *Maledixit ei, Num. 23. 8. cum* ה *loco* ו: חַנַּנִי *Largitus eſt mihi, Geneſ. 33, v. 11.* Ex Hiphil; הֲדִמָּנוּ *Silere fecit nos, Jer. 8. 14.*

Quieſcentia ſecundâ retinent Kametz in Kal ante omnia Affixa: ut, שָׂמוֹ *Poſuit illum, Lev. 6. v. 10.* vel שָׂמָהוּ, *Ezech. 7. v. 20.* Speciale eſt; דָּנַנִּי *Judicavit me, Geneſ. 30. v. 5.* cum Dageſch, quod à Maſorethis obſervatum, non ſæpiùs ſic occurrere. Ex Pihel; כּוֹנְנָהּ *Stabilivit eam, Eſa. 45. 18.* Ex Hiphil, הֱכִינַנִי *Stabilivit me, 1. Reg. 2. v. 24.* הֲמִיתִיו *Morte affeci eum, 1. Sam. 17. 35.*

Quieſcentia tertiâ א, retinent ultimum Kametz: ut, קְרָאֲךָ *Vocat te, Jeſ. 54. 6.* Ex Pihel; נִשְּׂאוֹ *Extulit eum, Eſth. 5. 11.* Ex Hiphil; הֶחֱטִיאָם *Peccare fecit eos, 2. Reg. 17. 21.*

Quieſcentia tertiâ ה, abjiciunt illud, unde Kametz ultimum ſuccedit ſub primam radicalem: ut, עָשָׂהוּ *Fecit illud, Pſal. 95. v. 5.* pro עָשָׂהָהוּ. Affixo ו hîc non eſt locus, ad differentiam Quieſcentium ſecundâ: nam ſi hîc diceretur עָשׂוֹ, nulla eſſet ejus differentia à שָׂמוֹ, quod antea poſitum. Notavit hoc Kimchi in Michlol folio 161. Sic cum aliis Affixis, עָנָנִי *Exaudivit me, 1. Sam. 28. v. 15.* עָשְׂךָ *Fecit te, Deut. 32. v. 36.* &, עָנָךְ *Reſpondit tibi, Jerem. 23. 37.* pro עָנְךָ: promiſcuè enim hæc forma hîc uſurpatur, ſecus quàm in Verbis perfectis fit. Ex Pihel; עִנָּהּ *Afflixit eam,* Deut. 22. 29. כִּסָּמוֹ *Operuit eos, Exod. 15. v. 10.* נַשַּׁנִי *Oblivisci fecit me, Geneſ. 41. v. 51.* pro נִשַּׁנִי.

PRÆTERITUM.

פָּקַד *Visitavit ille.*

eos	פְּקָדָם / פְּקָדָמוֹ	eum	פְּקָדוֹ / פְּקָדָהוּ	Aff. 3. perſ.
eas	פְּקָדָן	eam	פְּקָדָהּ	
vos m.	פְּקַדְכֶם	te m.	פְּקָדְךָ	2. perſ.
vos f.	פְּקַדְכֶן	te f.	פְּקָדֵךְ	
nos c.	פְּקָדָנוּ	me c.	פְּקָדַנִי	1. perſ.

Kametz penultimum per totum præteritum mutatur in Scheva: *Pathach* hîc in Kametz, exceptis כֶן , כֶם, ante quæ manet.

Tzere altera Præteritorum terminatio, hîc & in tertia plurali ac fœminina, manet: ut, אֲהֵבְךָ *Diligit te*, *Deut*. 15. *v*. 16. וּשְׂנֵאָהּ *Et odio habuerit eam*, *Deut*. 24. *v*. 3.

Cholem tertia terminatio manere poteſt; at quando Scheva ſequitur, tunc mutatur in Kametzchatuph, ut in prima perſona; יְכָלְתִּיו *Prævalui ipſi*, *Pſal*. 13. *v*. 5. ſed rariſſimè iſtius formæ Verba cum Affixis junguntur.

Pihel Tzere ultimæ Syllabæ mutat in Scheva: ut, גִּדְּלוֹ *Magnificavit eum*, *Eſth*. 5. *v*. 11. בֵּרֲכוֹ *Benedixit ei*, *Geneſ*. 27. *v*. 27. ubi prius Tzere manet, quia eſt compenſativum Dageſch ejecti, & Chatephpathach eſt loco Scheva ſimplicis. Si aliud Scheva ſequatur, ut ante ךָ , כֶם , כֶן, tum prius Scheva tranſit in Sægol vel Pathach: ut, בֵּרַכְךָ *Benedixit tibi*, *Deuter*. 2. *v*. 7. Recedunt tria; *Primum*; פֵּאֲרָךְ *Ornavit te*, *Jeſa*. 55. *v*. 5. pro פֵּאֶרְךָ propter accentum, cui, inquit Aben Eſra, inter Perfecta Verba ſimile non reperitur, quòd כ Maſculinum habeat cum Scheva, præcedente Kametz. Sæpè autem in Quieſcentibus tertiâ id contingit, etiam præter accentuum rationem, ut jam videbitur. Alterum eſt, יִסְּרַנִי *Caſtigavit me*, *Pſal*. 118. *v*. 18. quod habet Dageſch eupho-

29. *v.* 36. pro עַל אֲשֶׁר שֶׁהֵכִין. Hinc per singularem anomaliam contractum; בְּהֵכִין לוֹ *In quem præparaverat ei*, 2.*Chron.*1.4. h. e. בַּמָּקוֹם שֶׁהֵכִין *In locum quem,&c.* vide suprà cap. 8. sub initium.

Secundò est cum Affixis Pronominibus à fine. Hæc propriè activis tantùm competunt, cùm personam patientem denotent, quam Accusativo casu ea Verba exprimunt. Infinito tamen passivo jungi etiam possunt, ut infrà in forma Infiniti declarabitur. Sed & Neutra, aliaque Verba, sæpè cum Affixo Pronomine tanquam Accusativo juncta sunt, de quibus vide in fine hujus capitis.

Non cuilibet personæ quælibet Affixa adjunguntur. Prima respuit Affixa primæ personæ, secunda secundæ: nam sic reciproca fieret significatio, quæ conjugationibus Niphal & Hithpahel exprimitur. At mixtim conjungi possunt, Verbum scilicet primæ personæ Pronomini secundæ, & contrà. Tertia persona similia Affixa recipit.

Neque etiam omnia Affixa omnibus promiscuè Temporibus conveniunt.

ַנִי, ַנוּ Præterito: ֵנִי reliquis.

ֶנּוּ, ֵנוּ, ֶנָּה non junguntur Præterito, reliquis Temporibus rectè.

ֵם Imperativo & Futuro: aliis ָם. Idem de ן judicium.

At vox immediatè in vocalem desinens, nudum Affixum recipit. ָהוּ Præterito; ֵהוּ reliquis. Secunda Pluralis Præteriti in utroque genere, ultimam terminationem mutat in Schurek, unde & hîc nuda Affixa accedunt. In universum autem hæc Syntaxis Pronominum cum Verbis, vocis formam insigniter mutat, ut sequitur.

gico, ſequitur formam Nominum fœmininorum in ה deſinentium, cùm junguntur ipſi Pronomina inſeparabilia, ut cap. ſequenti declarabitur.

CAPUT XVII.

De Syntaxi Verbi cum Pronominibus inſeparabilibus.

SYntaxis Verbi cum Pronominibus inſeparabilibus, *primò* eſt cum Præſixis שֶׁ & הַ, quæ Verbis eâdem formâ præfiguntur, quâ Nominibus, ſequente ſcilicet poſt utrumque Dages.

שֶׁ Omnibus promiſcuè Verbis in Præterito, Participiis & Futuro convenit: ut,

שֶׁגָּלְשׁוּ *Quæ detondent, Cant.* 4. 1.

שֶׁנַּעֲשָׂה *Quod factum eſt, Eccleſ.* 1. 9.

שֶׁמַּגִּיעַ אֲלֵהֶם *Quibus obtingit, Eccleſ.* 8. 14.

שֶׁיֹּלִךְ *Quod deferat, Eccleſ.* 5. 14.

Semel eſt cum Pathach loco Sægol: עַד שַׁקַּמְתִּי *Donec ſurrexi, Jud.* 5. 7.

Ante gutturalem Sægol manet, Dageſch ejecto: ut, שֶׁאָהֲבָה *Quem diligit, Cant.* 1. 7.

הַ Præterito & Participiis tantùm convenit: ut, הַשָּׂמָה *Quæ poſuit, Jeſa.* 51. 10. הַשֹּׁמֵר *Qui ſervat, Pſal.* 146. *v.* 6. Ante gutturalem; הַהֹשִׁיב *Qui habitare-ſecum fecerit, Eſr.* 10. 14. הָאֹכֶלֶת *Qui comederit, Levit.* 17. 10. הָאָמַר *Qui dixit, Job.* 34. 31. הֶהָלְכוּא *Qui iverant, Joſ.* 10. *v.* 24. *& ſic Exod.* 3. *v.* 16. ubi Sægol eſt propter ſequens Kametz, quomodo & ante Nomina, quæ Kametz ſub prima gutturali habent, notari ſolet, ut ſuprà cap. 5. expoſitum: וְכֹל הַהִקְדִּישׁ *Et omne quod ſanctificavit*, 1. *Paral.* 26. 28. עַל הֵהֵכִין *De eo quod præparaverat*, 2. *Paral.* 29. *v.*

pro רָצוּ וְשָׁבוּ currebant & redibant: vel est ellipsis Verbi finiti, *pro* רָצוּ רָצוֹא *Currebant currendo,* וְשָׁבוּ שׁוּב *& redibant redeundo*, vel possit etiam esse pro Participio, vide & Jerem. 14. 5.

Secundò, pro Participio: ut,

וְהַמַּיִם הָיוּ הָלוֹךְ וְחָסוֹר *Et aquæ erant eundo & deficiendo*, *Genes.* 8. *v.* 5. *pro* הוֹלְכִים וְחָסֵרִים euntes & deficientes, *hoc est*, pergebant deficere: aut certè horum Participiorum cum Verbo infinito ellipsis est. Sic, חָכֵן *pro* מוּכָן Jos. 3. 17. שַׁבֵּר *pro* מְשַׁבֵּר Hab. 2. 15. שַׁבֵּחַ אֲנִי *Laudare ego*, *Ecclesʃ.* 4. 2. גָּדוֹל וְהַפְלֵא *Magna & in admirationem rapere*, pro, נִפְלָא *Admiranda*, 2. Chron. 2. 9. לִבְזֹה נֶפֶשׁ *Ad contemnere animam*, h. e. contemnentem animam, Esa. 49. 7.

Tertiò, pro Imperativo: ut,

זָכוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת לְקַדְּשׁוֹ *Recordari diei Sabbathi, ad sanctificandum ipsum*, *Exod.* 20. *v.* 8. *pro* זְכוֹר Recordare: sic Jos. 1. ℣. 13. Deut. 16. ℣. 1. Jerem. 2. ℣. 2. & 19. ℣. 1. Judic. 4. 20.

Quartò pro Futuro: ut,

וְאֶתְכֶם הוֹצִיא מִתּוֹכָהּ *Vos autem educere ex ea*, *Ezech.* 11. 7. *pro* אוֹצִיא Educam: vide & 2. Sam. 3. 18. Num. 20. 3. Psal. 77. 2. Sic sumunt הַקְרֵב, Levit. 6. 7. pro Infinitivo, loco Futuri.

וּבִנְסֹעַ הַמִּשְׁכָּן Et cùm proficisceretur tabernaculum, Numer. 1. ℣. 51.

Quintò pro Nomine: ut,

עֲשֹׂה סֵטִים שָׂנֵאתִי *Facere declinantium odi*, *Psal.* 101. *v.* 3. *pro*, מַעֲשֵׂה סֵטִים Factum, opus declinantium: vide 2. Reg. 19. ℣. 27. Hinc accipit quandoque ' Nominum pluralium fœmininorum: ut, בִּבְנוֹתַיִךְ *In ædificando te*, *Ezech.* 16. 31. *vide &* 6. 8. Sic quoque cum ה parago-

Unum reperitur cum Chateph ſægol ab initio in Kal, cui ſimile in tota Scriptura non occurrit, teſte Elia in Michlol fol. 152. ut,

דִּמִּיתָ הֱיוֹת אֶהְיֶה כָמוֹךָ *Cogitas* quòd *eſſendo ſim ſicut tu*, *Pſal.* 50. 21.

Aliquando videtur Præteritum poni loco Infinitivi; juxta quoſdam: ut,

נִאֵץ נִאַצְתָּ *Blaſphemando blaſphemare feciſti*, 2. Sam. 12. 14. poſſit tamen eſſe Infinitivus.

Porrò Accuſativus Infinitivorum, apud Latinos uſitatus, hic rariſſimus eſt: ut, לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, *Geneſ.* 2. 18. quomodo & Græci reddiderunt, ὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον. Communiter autem hæc locutio effertur per Nominativum cum Verbo finito, additâ Conjunctione כִּי, אֲשֶׁר vel שֶׁ: ut,

מִי הִגִּיד לְךָ כִּי עֵירֹם אַתָּה *Quis indicavit tibi, quòd nudus tu ſis*, *Geneſ.* 3. v. 11. *quod Latini dicunt*, Te nudum eſſe.

Attamen & Conjunctionis iſtius non rarò Ellipſis eſt: ut,

יֵדְעוּ גוֹיִם אֱנוֹשׁ הֵמָּה *Cognoſcent gentes*, quòd *homo ſint*, *Pſal.* 9. 21.

כִּי שָׁמַעְנוּ אֱלֹהִים עִמָּכֶם *Nam audivimus* quòd *Deus vobiſcum ſit*, *Zach.* 8. 23.

Denique quomodo ſubſtantiva cum Infinitivo conſtruantur, vide ſuprà capite 3. Reg. 2. quòd etiam Verbum infinitum, regit caſum ſui finiti, ex Syntaxi Verbi finiti patet.

Enallage Verbi infiniti varia eſt: *primò* pro Præterito: ut,

וְהַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב *Et animalia currere & redire*, *Ezech.* 1. 14.

pro רָצוּ

וַיְבָרֶךְ בָּרוֹךְ אֶתְכֶם *Et benedixit benedicendo vobis, Jos.* 24. 10. *hoc est*, subinde, sine intermissione benedixit vobis.

אֹמְרִים אָמוֹר לִמְנַאֲצַי *Dicunt dicendo spernentibus me, Jer.* 23. *v.* 17. *hoc est*, indesinenter dicunt.

וּבָא בוֹא וְשָׁטַף *Et veniet veniendo & inundabit, Dan.* 11. *v.* 10. *vide Num.* 11. 32. *Zach.* 8. 21. *Jos.* 7. 7. *& alibi.*

Quando particula aliqua intercedit, Infinitivus etiam sequitur: ut, אַעַלְךָ גַם עָלֹה *Ascendere faciam te etiam ascendendo*, Gen. 46. 4.

Sic Imperativus præcedit cum intensione & emphasi: ut,

בְּכוּ בָכוֹ לַהֹלֵךְ *Flete flendo propter abeuntem, Jer.* 22. 10. sic שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ *Audite audiendo:* רְאוּ רָאוֹ *Videte videndo*, &c.

Ut autem hæc locutio, quando affirmativa est, certiùs & efficaciùs affirmat: ita additâ negatione, vehementiùs negat. Negatio vel præponitur vel interponitur. Præposita: ut,

אָח לֹא־פָדֹה יִפְדֶּה אִישׁ *Fratrem redimendo non redimet quispiam, Psalm.* 49. 8. *hoc est*, nullo modo redimere quisquam potest alium suis divitiis à morte.

לֹא־מוֹת תְּמֻתוּן *Non moriendo moriemini, Gen.* 3. *v.* 4. *hoc est*, Planè non moriemini, nullo modo moriemini, sed vivetis, ac, apertis oculis mentis vestræ, divinam consequemini scientiam, immortales futuri, ut Deus ipse. Quidam volunt præpositam negationem hanc, non negare universaliter: at Hebræi de eo nihil annotarunt, neque priori loco id convenit.

Sæpiùs in medio collocatur: ut,

וְהָפְדֵּה לֹא נִפְדָּתָה *Et redimendo non redimitur, Lev.* 19. 20. *hoc est*, nullo modo redimitur.

וְהָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ *Et fasciando* (passivè) *non fuisti fasciata, Ezech.* 16. 4.

אַל־תִּבָּהֵל מִפָּנָיו תֵּלֵךְ *Ne perturberis à facie ejus, abeas, Eccl.* 8.3.

אַל־תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ *Ne multiplicetis, loquamini,* 1. *Sam.* 2. *v.* 3. *pro* לַהֲלוֹךְ Discedere, לְדַבֵּר Loqui. Rabbini in his formis loquendi usurpant שֶׁ *Ut* pro ו.

Ellipsis Verbi Infiniti: ut,

לֹא־אוּכַל אָוֶן *Non possum iniquitatem, Jesa.* 1. 13. scil. נְשׂוֹא ferre: vide & Hos. 8. 1, Psal. 101. 5.

REGULA SECUNDA.

Verbum finitum quodvis regit suum Infinitum ad majorem certitudinem & evidentiam exprimendam.

Infinitum sæpiùs præcedit, & sub prima radicali notatur cum Kametz, si in Kal sit & ex Verbis perfectis aut bisyllabis, perfectorum formam imitantibus: ut,

מִכֹּל עֵץ־הַגָּן אָכֹל תֹּאכֵל *Ex omni arbore horti comedendo comedes, Gen.* 2. *v.* 16. *hoc est,* liberè, prorsus comedes.

בְּיוֹם אֲכָלְךָ מִמֶּנּוּ מוֹת תָּמוּת *In die comedere te ex ea, moriendo morieris, vers.* 17. *id est,* omninò, utique, certissimè morieris.

Ex diversis conjugationibus: ut,

קַטֵּר יַקְטִירוּן *Adolendo adolebunt,* 1. Sam. 2. 16.

שָׂרוֹף יִשָּׂרְפוּ *Comburendo comburentur,* 2. Sam. 23. 7.

טָרֹף טֹרַף יוֹסֵף *Discerpendo discerptus est Joseph, Genes.* 37. 33. *hoc est,* omninò discerptus est.

סָקוֹל יִסָּקֵל *Lapidando lapidabitur, Exod.* 19. 13.

הָחֳרֵב נֶחֶרְבוּ הַמְּלָכִים *Desolando desolati sunt reges isti,* 2. *Regum* 3. 23.

עָרוֹם יַעְרִם הוּא *Calliditate-utendo callidè aget ipse,* 1. *Sam.* 23. *v.* 22. *h. e.* callido planè utetur astu, callidissimè aget.

Quando Infinitivus sequitur, tum continuatio & frequentatio indicatur: ut,

אֶתְכֶם

אַל־תֵּלְכִי לִלְקֹט בְּשָׂדֶה אַחֵר *Ne eas ad colligendum in agro alio, Ruth.* 2. 8.

כִּי עָמְדָה מִלֶּדֶת *Quòd subsisteret à pariendo, Genes.* 30. *v.* 9. *h.e.* parere, quomodo Græci reddunt, ὅτι ἀπέστη τοῦ τίκτειν. De hac structura cum Præpositionibus vide ampliùs in Syntaxi Præpositionum.

Quædam verba in hac structura eleganter per Adverbium explicantur: ut,

הֵיטִיבוּ נַגֵּן בִּתְרוּעָה *Benefacite pulsare cum clangore, Psal.* 33. *v.* 3. *h. e.* optimè pulsate: sic 1. Sam. 16. 17. Vide etiam Prov. 30. 29. Jer. 11. 12.

הִגְדִּיל יְהוָה לַעֲשׂוֹת עִם־אֵלֶּה *Magnificat Dominus facere cum illis, Psal.* 126. 2. *hoc est*, magnificè-agit: sic Joel. 2. 20.

וַיֹּסֶף שַׁלַּח אֶת־הַיּוֹנָה מִן־הַתֵּבָה *Et adjecit mittere columbam ex arca, Genes.* 8. *v.* 10. *hoc est*, iterùm emisit: sic ℣. 12. & 21. & aliâs sæpè hoc Verbum per *Iterùm, Denuò* exponitur.

כַּאֲשֶׁר הִקְרִיב לָבוֹא מִצְרָיְמָה *Quum appropinquasset venire in Aegyptum, Genes.* 12. 11. *h.e.* quùm propè esset, ut ingrederetur in Ægyptum.

הֲנָשׁוּב לְהָפֵר מִצְוֹתֶיךָ *An reverteremur ad irrita facienda præcepta tua? Esr.* 9. 14. *h. e.* An rursus irrita faceremus?

Infinitum etiam quandoque resolvitur in Tempus præcedentis finiti, cum copula ו: ut,

וַיָּשָׁב יִצְחָק וַיַּחְפֹּר אֶת־בְּאֵרֹת הַמַּיִם *Et reversus est Isaac & fodit puteos aquarum, Genes.* 26. *v.* 18. *pro* וַיָּשָׁב לַחְפּוֹר Reversus est ad fodiendum, *hoc est*, rursum fodit vel refodit, perrexit fodere.

אֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי *Quomodo potero & aspiciam perditionem cognationis meæ? Esth.* 8. *v.* 6. *pro* אוּכַל לִרְאוֹת potero aspicere.

Deest quandoque ו: ut,

Hh

כִּי־יִמָּכֵר לְךָ אָחִיךָ *Si vendatur tibi frater tuus, Deut.* 15. 12.

לֹא־נִבְנָה בַיִת לְשֵׁם יְהוָה *Non erat ædificata domus nomini DOMINI, 1. Reg.* 3. 2.

Ablativus causæ vel instrumenti cum Præpositione ב: ut,

וּבַמֶּה תֵּאָסֵר *Et quo vinciri possis, Jud.* 16. 6.

וּבְנוֹתֶיהָ אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה בַּחֶרֶב תֵּהָרַגְנָה *Et filiæ tuæ, quæ sunt in agro, gladio occidentur, Ezech.* 26. 6.

וּבַחֲמָתְךָ נִבְהָלְנוּ *Et æstu tuo conturbamur, Psal.* 90. 7.

וְנִשְׁלוֹחַ סְפָרִים בְּיַד הָרָצִים *Et* (mittendo passivè, pro) *missæ sunt literæ per manus cursorum, Esth.* 3. 13. *& similia.*

CAPUT XVI.

De Syntaxi Verbi Infiniti.

EXplicata est Syntaxis Verbi finiti cum Nomine, sequitur Infiniti, quâ Verbum regitur à Verbo. Verbum Infinitum usurpatur vel nudè & simpliciter, vel conjunctis ipsi ab initio quatuor Præpositionibus inseparabilibus בכלם, quæ vulgò *Literæ Bachlam*, memoriæ causâ vocantur. In universum verò etiam pro Gerundiis sumitur, qui usus Verbi Infiniti & Græcis perfamiliaris est.

REGULA PRIMA.

Cùm duo Verba sese mutuò regunt, alterum semper modi Infinitivi est.

Sine Præpositione: ut,

לֹא אָבוּ שְׁמוֹעַ *Non voluerunt audire, Jesa.* 28. 12.

מַה יֹּסֵף יְהוָה דַּבֵּר עִמִּי *Quid perrecturus sit DOMINUS loqui mecum, Num.* 22. 19.

Cum Præpositione: ut,

אחר

CAPUT XV.

De Syntaxi Verborum Paſsivorum.

REGULA.

PAſsiva Verba regunt Ablativum cum Præpoſitione מִן *A, ab, de:* ut,

וְהָאָרֶץ תֵּעָזֵב מֵהֶם *Et terra deſeretur ab eis, Levit.* 26. 43.

נִתְּנוּ מֵרֹעֶה אֶחָד *Data à paſtore uno, Eccleſ.* 12. 11.

At quod legitur וְנִשְׁבַּרְתִּי אֶת לִבָּם *Et confractus ſum cor eorum*, per Ellipſin eſt, pro מֵאֵת *A corde, vel propter cor eorum*, Ezech. 6. 9. vel ſimpliciter אֶת ponitur pro מִן: ut Exo. 9. 9.

Pro Ablativo hîc ſæpè Dativus eſt: ut,

וַיְהִי כַּאֲשֶׁר נִשְׁמַע לְסַנְבַלַּט *Fuit verò quum auditum eſſet Sanballato, Neh.* 6. 1. *h. e.* à Sanballato: vide & ℣. 7.

הֲלוֹא נָכְרִיּוֹת נֶחְשַׁבְנוּ לוֹ *Nonne extraneæ reputatæ ſumus ipſi, Gen.* 31. 15. *hoc eſt*, ab ipſo.

נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ נִמְצֵאתִי לְלֹא בִקְשֻׁנִי *Quæſitus ſum iis, qui non interrogabant, inventus ſum iis, qui non quærebant me, Jeſa.* 65. 1. *hoc eſt*, ab iis.

הַאִדָּרֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם *An conſulendo conſulor iis? Ezech.* 14. 3. *h. e.* an ullo pacto conſulor ab eis?

וְגַם לְמָחָר אֲנִי קְרוּא־לָהּ *Etiam in craſtinum ego invitatus ſum ipſi, Eſth.* 5. 12. *hoc eſt*, ab ipſa.

אַךְ אֲשֶׁר יֵאָכֵל לְכָל־נֶפֶשׁ הוּא לְבַדּוֹ יֵעָשֶׂה לָכֶם *Veruntamen quod comedetur omni animæ, ipſum tantùm fiet vobis, Exod.* 12. 16. *hoc eſt*, ab omni anima, parabitur à vobis.

Eſt & hîc Dativus acquiſitionis: ut,

חָזוּת קָשָׁה הֻגַּד לִי *Viſio dura nunciata eſt mihi, Eſa.* 21. 2.

בָּעֵת הַהִיא יוּבַל־שַׁי לַיהוָה צְבָאוֹת *In tempore illo afferetur munus DOMINO exercituum, Jeſ.* 18. 7.

Nomen אִשָּׁה, pro, *Quàm ut sim uxor viri, vel, viro, quàm ut vir aliquis me habeat uxorem.* Hinc etiam explicari possint ea, quæ in superiori Regula cum Dativo posita sunt, quale etiam; וְהָיוּ לָכֶם לַאֲנָשִׁים *Sintq; vobis in viros, Ruth.* 1.11. *hoc est*, habeatis eos maritos, ut sint mariti vestri. Sic; וָאֱהִי לָהֶם לְמִלָּה *Et sum eis in dicterium, Jobi* 30.9. *hoc est*, habent me pro dicterio, pro sermonis argumento. Item, וְגַם אֲנַחְנוּ נִהְיֶה לַאדֹנִי לַעֲבָדִים *Quinetiam nos erimus domino meo in servos, Gen.* 44. 9. *hoc est*, dominus noster habebit nos etiam pro servis suis, & similia plurima.

Est & hîc Verbi substantivi *Ellipsis* frequentissima: ut,

וְשָׂפָה אַחַת לְכֻלָּם *Et labium unum* est *omnibus illis, Gen.* 11.6.
זֹאת אוֹת־הַבְּרִית *Hoc* est *signum istius fœderis, Genes.* 9. 12.
פֶּה לָהֶם וְלֹא יְדַבֵּרוּ *Os eis* est *& non loquuntur, Psal.* 139.16.
לִי־אָתָּה *Mihi es tu, Jes.* 43. 1. *id est*, meus, ad me spectas, ad me pertines. Sic apud Plaut. Mostel. *Mihi sum, sic sum*, Id est, *meus, mei juris sum*. Sic,
יְהוָה לִי לֹא אִירָא *Dominus mihi* est, *non timebo, Psal.* 118. 6. *hoc est*, meus, Dominum pro defensore meo habeo: vide & Prov. 8. 14. Exod. 19. 5.
כַּרְמִי שֶׁלִּי לֹא נָטָרְתִּי *Vineam meam quæ mihi* erat, *non custodivi, Cant.* 1. 6. Sic; מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה *Lectus ejus qui* est *Salomoni, Cant.* 3. 7. Hinc observetur שֶׁלִּי non esse simpliciter articulum Genitivi casus, ut vulgò docetur, sed periphrasticè: immò & Nominativum sic designat; ut; סֵפֶר שֶׁלִּי *Liber qui mihi est, hoc est*, meus, qui ad me spectat: בֵּן נָבוֹן שֶׁלְּךָ *Filius intelligens qui tibi est, id est*, tuus, & similia. In hac Ellipsi etiam Nomen per Genitivum explicatur: vide infrà cap. 20.

CAPUT

lomonis in quicquam, 1. *Reg.* 10. *v.* 21. *hoc est*, quidquam pro nullo habebatur.

וְהַכַּרְמֶל לַיַּעַר יֵחָשֵׁב *Et arvum pro sylva reputabitur*, *Jes.* 29. 17.

וַתֵּחָשֶׁב לוֹ לִצְדָקָה *Et reputatum est ei in justitiam*; *Psal.* 106. *v.* 31. *hoc est*, ad justitiam, pro justitia.

REGULA TERTIA.

Verba substantiva יֵשׁ & הָיָה *Habendi* significatione usurpata, regunt Dativum* personæ: ut,

הֲיֵשׁ־לָכֶם אָב אוֹ־אָח *Est ne vobis pater aut frater?* *Genes.* 44. *v.* 19. *id est*, habetisne patrem? &c.

וְלֹא הָיָה מַיִם לָעֵדָה *Et non erat aqua cœtui*, *Num.* 20. 2.

וַיְהִי הַנַּעַר לוֹ כְּאַחַד מִבָּנָיו *Fuitq; puer iste ipsi quasi unus ex filiis ipsius*, *Jud.* 17. 11. *hoc est*, habebat ipsum quasi filium.

עֶבֶד עֲבָדִים יִהְיֶה לְאֶחָיו *Servus servorum erit fratribus suis*, *Genes.* 9. 25. *hoc est*, fratres ejus habebunt ipsum pro servo vilissimo.

מוּזָר הָיִיתִי לְאֶחָי *Extraneus fui fratribus meis*, *Psal.* 69. 9. *hoc est*, habuerunt me extraneum.

וּבַת־כֹּהֵן כִּי תִהְיֶה לְאִישׁ זָר *Filia autem sacerdotis quum fuerit viro alieno*, *Levit.* 22. *v.* 12. *hoc est*, *quam habet vir alienus*; vel per hypallagen, *Cui fuerit vir alienus*, *quæ habeat virum alienum*, *quæ nupserit viro alieno*. Sic intelligendæ etiam locutiones, quæ ibidem sequuntur; וְאִם־הָיוֹ תִהְיֶה לְאִישׁ *Quòd si essendo fuerit viro*, *Num.* 30. 7. *hoc est*, quòd si omninò nubet. Item, זָקַנְתִּי מִהְיוֹת לְאִישׁ *Senior-sum, quàm ut sim viro*, *Ruth.* 1. *v.* 12. *hoc est*, quàm ut habeat me vir, quàm ut nubam. Sic Lev. 21. 3. Vel per Genitivum, Quum fuerit viri alieni, *h. e.* quum pertinuerit vel spectaverit ad virum alienum, quum habuerit maritum alienum. Ab. Esra in Ruth subaudit

Nomen

הוּא יִהְיֶה־לְּךָ לְפֶה וְאַתָּה תִּהְיֶה־לּוֹ לֵאלֹהִים *Ipse erit tibi in os, tu verò sis ipsi in Deum, Exod.* 4. 16. *hoc est*, vice oris, vice Dei. Similis usus Præpositionis *In* apud Latinos: ut; *Sua illis in legem æterna est voluptas*, Sen. de Benef. 6. hoc est, vice legis. *In solutum accipere*, Idem; hoc est, vice solutionis. *In dotem esse*, hoc est, pro dote, & similia.

Sic, cùm unius rei in alteram notatur conversio, & tum Verbum idem est quod *Fieri*, aut per *Redigi*, *Converti*, exponi potest: ut,

וַיְהִי לְמַטֶּה בְּכַפּוֹ *Fuitq; in baculum in manu ipsius, Exod.* 4. 4. *hoc est*, serpens iste factus est baculus, conversus in baculum.

וְהָיוּ לְדָם בַּיַּבָּשֶׁת *Sintq; in sanguinem in arida-terra, v.* 9. *h.e.* fiant sanguis, convertantur in sanguinem.

Hæc locutio etiam per Verba נָתַן & שׂוּם frequentissimè effertur: ut,

וְנָתַתִּי אֶת־יְרוּשָׁלַםִ לְגַלִּים *Et dabo Jerusalem in acervos, Jer.* 9. *v.* 11. *hoc est*, redigam in acervos.

וּנְתַתִּים לְזַוָעָה לְרָעָה לְחֶרְפָּה וּלְמָשָׁל לִשְׁנִינָה וְלִקְלָלָה *Et dabo eos in commotionem, & in malum, in opprobrium & parabolam, in dicterium & in commotionem, Jer.* 24. *v.* 9. *confer Deut.* 28. 37.

וְשַׂמְתִּים לְיַעַר *Et ponam eas in sylvam, Hos.* 2. *v.* 12. *hoc est*, redigam.

שָׂמָהּ לִשְׁמָמָה *Posuit eam in desolationem, Jer.* 12. 11. *& similia plura.* Ad multiplices enim loquendi formas hæc structura patet.

Huc denique pertinet Verbum *Aestimandi* & *reputandi* חָשַׁב, quod eandem constructionem imitatur: ut,

וַיַּחְשְׁבֶהָ עֵלִי לְשִׁכֹּרָה *Et reputabat eam Heli in ebriam, 1. Sam.* 1. *v.* 13. *hoc est*, pro ebria: sic Gen. 38. 15.

לֹא־נֶחְשָׁב בִּימֵי שְׁלֹמֹה לִמְאוּמָה *Non æstimabatur diebus Salomonis*

tus ipse est *desideria, Cant.* 5. 16. *hoc est*, dulcissimum, desideratissimus.

שְׁמָמָה תִהְיֶה הַר־שֵׂעִיר *Desolatio eris mons Sehir*, Ezech. 35. *v.* 15. *hoc est*, desolatissimus.

כִּי מְרִי הֵמָּה Quia rebellio sunt, h. e. populus summè rebellis & refractarius, Ezech. 2. 7.

כִּי חֲמוּדוֹת אָתָּה *Nam desideria tu es*, *Dan.* 9. *v.* 23. *hoc est*, desideratissimus.

REGULA SECUNDA.

Verbum הָיָה eleganter regit Accusativum cum Præpositione ל, significantem statum aut qualitatem personæ diversam.

Præpositionem hanc Latini reddunt per *In*; Germani per *Ad*, ut & Hebraicè significat, exprimunt. Accusativus autem in alterum Nominativum resolvi potest, vel in Genitivum, per *Loco, Vice*, aut Ablativum per *Pro*: ut,

הוּא יִהְיֶה לְרֹאשׁ וְאַתָּה תִּהְיֶה לְזָנָב *Ipse erit in caput, tu autem eris in caudam, Deut.* 28. 44. *hoc est*, caput, cauda, *id est*, superior, inferior: sic Thren. 1. 5.

וְהָיִיתָ לְאַב הֲמוֹן גּוֹיִם *Erisq; in patrem multitudinis gentium, Gen.* 17. 4. *hoc est*, pater.

הִתְחַזְּקוּ וִהְיוּ לַאֲנָשִׁים *Confortamini & estote in viros*, 1. *Samuel.* 4. 9. *hoc est*, viri.

וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד *Eruntq; in carnem unam, Genes.* 2. *v.* 24. *hoc est*, caro una, quem Hebraismum & Græci servarunt, & inde Christus, Math. 19. 5. *καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.*

וַיְהִי לָהּ לְבֵן *Fuitq; ei in filium*, *Exod.* 2. 10. *hoc est*, loco filii.

וְהָיִיתָ לָנוּ לְעֵינָיִם *Erisq; nobis in oculos*, *Num.* 10. *v.* 31. *h. e.* oculorum loco.

fidejussor, unus fidejubentium & spondentium, qui manuum complosione fidejussiones firmare solent.

בְּיִרְאַת יְהוָה סוּר מֵרָע *In timore Domini* est, *recedere à malo*, *Prov.* 16. 6. *hoc est*, Timor Domini est, &c.

כִּי יְהוָה יִהְיֶה בְכִסְלֶךָ *Nam DOMINUS erit in fiducia tua*, *Prov.* 3. 26. Chaldæus ibidem eandem structuram servat: אֱלָהָא יְהִי בְסַעֲדָךְ *DOMINUS erit in adjutorium tuum*, *hoc est*, auxiliator tuus.

אַל־תְּהִי בְסֹבְאֵי־יָיִן בְּזֹלְלֵי בָשָׂר לָמוֹ *Ne sis in potatoribus vini*, neq; *in commessatoribus carnis*, *Prov.* 23. 20. *h. e.* potator, commessator, ut Græci habent, μὴ ἴσθι οἰνοπότης.

גֶּבֶר חָכָם בַּעוֹז *Vir sapiens* est *in robore*, *Prov.* 21. 45. *h.e.* robustus, unde Vulg. Lat. *Vir sapiens, fortis est.*

Talia sunt apud Latinos: *In novissimis, In familiaribus, In principibus esse: In meis intimis maximeq; necessariis scias esse*, apud Cic. *In sodalibus illis es*, Plaut. Pers. *Antiquam illius edimus comœdiam, Quam vos probastis qui estis in senioribus*, Plaut. Cas. *Cui præter honestum nihil est in bonis: Nisi in bonis: amicitia esse non potest: Hic in magnis viris non est habendus: In clarissimis civibus est is, qui, &c.* apud Cic. οὐκ ἐν καλῷ ἔφη. *Non esse in pulchro dicebat*, id est, non pulchrum, non honestum esse dicebat, apud Xenoph. ἐν ἐγκλήμασιν εἶναι, ἐν αἰτίαις εἶναι, *In culpa esse, In causa esse, &c.*

Porrò Nomina abstracta pro concretis, cum Verbo substantivo sive expresso sive intellecto posita, vim habent adjectivi superlativi: ut,

וֶהְיֵה בְּרָכָה *Et esto benedictio*, *Genes.* 12. 2. *hoc est*, summè benedictus.

וְכִי תַאֲוָה־הוּא לָעֵינַיִם *Et quòd desiderium ipsa* esset *oculis*, *Genes.* 3. 6. *hoc est*, desideratissima, gratissima.

חִכּוֹ מַמְתַקִּים וְכֻלּוֹ מַחֲמַדִּים *Palatum ejus* est *dulcedines: totus ipse*

Ellipsis Verbi substantivi frequentissima est, in qua, si Nominativi sint adjectivum & substantivum, tum adjectivum sæpiùs præcedit, ut & suprà cap. 1. Regulâ 2. dictum est: ut,

נִלְחָם לָהֶם *Pugnat pro eis*, *Exod*. 14. *v*. 25. & ſic hoc Verbum in bonum ſumitur. Sed & cum עַל ſic ſumi videas, ſtructurâ non valdè communi; ut, וְהִלָּחֲמוּ עַל־אֲחֵיכֶם *Et pugnate pro fratribus veſtris*, *Nehem*. 4. *v*. 14. quod R. Salomon explicat בִּשְׁבִיל אֲחֵיכֶם *Propter fratres veſtros*. Aliâs communiter valet *Contra*, *Adverſus*, ut Jer. 32. 29. & alibi.

תַּחַת אֲשֶׁר קִנֵּא לֵאלֹהָיו *Pro eo quòd zelotypus fuit pro Deo ſuo*, *Num*. 25. *v*. 13. & ſic hoc quoque Verbum in bonum ſumitur.

הַאַתֶּם תְּרִיבוּן לַבַּעַל *An vos contendetis pro Bahale? Jud*. 6. 31. *id eſt*, בִּשְׁבִיל *vel* בַּעֲבוּר *Propter*, ut Kimchi & R. Salomon notant. Et ſic mox ibidem, אֲשֶׁר יָרִיב לוֹ *Qui contenderit pro eo*.

לִסְפֹּד לְשָׂרָה *Ad plangendum ſuper Saram: vel*, *Lugendum*

super eos, *Neh.* 5.15. Sic, כִּי תִשְׂתָּרֵר עָלֵינוּ *Quòd & principem constituis te super nos*, *Num.* 16.13.

15. Honorandi כִּבֵּד: ut,

וִיכַבְּדוּ לִשְׁמֶךָ *Et honorem habent nomini tuo, Psal.* 86. *v.* 9.

וְלֶאֱלֹהַּ מָעֻזִּים יְכַבֵּד *Et Deum Maozim honorabit*, *Daniel.* 11. *v.*38. sed hoc etiam cum Accusativo regulariter construitur.

16. Servandi, Salvandi, Auxiliandi, Juvandi, עָזַר, הוֹשִׁיעַ, ut cùm Latini dicunt, *Salutem, opem, auxilium afferre alicui: ut*,

וּזְרוֹעָם לֹא הוֹשִׁיעָה לָּמוֹ *Et brachium eorum non attulit salutem ipsis, Psal.* 44.4. *hoc est*, non servavit eos, & sic frequenter hoc Verbum cum Dativo construitur: ut Psal. 72.4. & 116. 2. Sam. 10. 11. Psal. 86.16. & alibi sæpiùs. Unde illud, *ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ*, *Hosanna filio David*, *Matth.* 21. *v.* 9. petita acclamatio ex Psal. 118.25. *id est*, הוֹשִׁיעָה־נָּא לְבֶן־דָּוִד *Salutem præsta filio Davidis, vel, Serva filium Davidis: hoc est*, Fac ô Deus, ut auspicatum & salutare sit regnum Messiæ, filii Davidis: benedictus sit qui venit in nomine Domini, *id est*, benè sit Messiæ, huic, qui per prophetas promissus, nunc tandem exhibitus est, ac in Dei nomine venit, Vivat Rex Messias; ut Chuschai acclamabat Abschalomo, *Vivat rex*, *Vivat rex*, 2. *Sam.* 16. *v.*16. & populus Salomoni, 1. *Reg.* 1. 39. הוֹשַׁע autem contractè dicitur pro הוֹשִׁיעַ *ut Jer.* 31.7. *& Psal.* 86.2.

הֲלָרָשָׁע לַעְזֹר *An impio ferendum erat auxilium?* 2. *Paral.* 19. *v.* 2. *Sic* 2. *Sam.* 8.5. 2. *Paral.* 28.16. Aliâs tamen etiam hæc duo Verba cum Accusativo de communi construuntur.

17. Aversandi, Maledicendi, Benedicendi, Serviendi, Ministrandi, Accidendi, Eventus, Nunciandi: vide capite seq.

Obser-

וַיַּאֲמִינוּ בִדְבָרָיו *Et crediderunt in verba ejus. Psal.* 106. 12. quæ locutio postea ꝟ. 24. per Dativum effertur. Unde apparet, Hebræos sine differentia loqui, *Credere in Deum, Credere in prophetas, in verba, &c.*

טוֹב לַחֲסוֹת בַּיהוָה מִבְּטֹחַ בִּנְדִיבִים *Melius est confidere in DOMINO, quàm confidere in principibus, Psal* 118. *v.* 8.

וַאֲנִי עָלֶיךָ בָטַחְתִּי יְהוָה *Ego verò super te confido DOMINE, Psal.* 31. 15.

אֲנִי אֵלֶיךָ אֶבְטָח *Ego ad te confido, Psal.* 56. 4.

14. Dominandi, Imperandi, שָׂרַר, שָׁלַט, רָדָה, בָּעַל rarissimè cum Dativo: ut,

אֲשֶׁר בָּעֲלוּ לְמוֹאָב *Qui dominati sunt Moabo*, 1. *Par.* 4. *v.* 22. Communiter verò construuntur hîc cum Præpositione ב *In*, quandoque עַל *Super*, quasi dicas; Dominium ac imperium habere vel exercere in aut super aliquem: ut,

כִּי אָנֹכִי בָּעַלְתִּי בָכֶם *Nam ego dominium obtineo in vos, Jer.* 3. 14. & 31. 32. Affixum Pronomen in hanc structuram resolvendum est; בְּעָלוּנוּ אֲדֹנִים *Dominati sunt nobis Domini, Jesa.* 26. *v.* 13. *pro* בָּעֲלוּ בָנוּ de qua structura vide cap. 17. in fine.

וּרְדוּ בִּדְגַת הַיָּם *Et dominamini in pisces maris, Gen.* 1. 28. rariùs cum Accusativo: ut, וּבְחָזְקָה רְדִיתֶם אֹתָם *Duriter dominati estis in eos, Ezech.* 34. 4. ubi Ellipsis potest esse Præpositionis ב, pro בְּאוֹתָם, cum qua communiter construitur. Et sic Pronomen affixum in Accusativo cum Præpositione ב resolvendum est: ut, לֹא־יִרְדֶּנּוּ בְּפֶרֶךְ *Non dominabitur illi per sævitiam, Lev.* 25. *v.* 53. *pro* יִרְדֶּה בּוֹ. *Sic Thren.* 1. 13.

שָׁלַט הָאָדָם בְּאָדָם *Dominatur homo in hominem, Eccl.* 8. 9. *vide Esth.* 9. 1. *Psal.* 119. *v.* 133. Cum עַל: ut,

גַּם נַעֲרֵיהֶם שָׁלְטוּ עַל־הָעָם *Etiam pueri ipsorum dominati sunt*

idem, ac si dicerent: *Fiamus uxores tuæ, sis maritus noster, ut tuo nomine nos quoq; vocemur.*

13. Credendi, Fidendi, Confidendi, הֶאֱמִין ، בָּטַח חָסָה. Cum Dativo hæc construi, commune est: at cum Accusativo & Præpositione, Hebræis quasi proprium: ut,

וְלֹא הֶאֱמִין סִיחוֹן אֶת־יִשְׂרָאֵל *Et non fidit Sichon Israeli, Jud.* 11. 20. Hæc tamen locutio insolens est, neque alibi occurrit, unde per Enallagen casuum sive Antiptosin, Accusativus accipi possit pro Dativo לְיִשְׂרָאֵל, ut in illo; וְעָשָׂה אֶת־דָּמוֹ כַּאֲשֶׁר עָשָׂה לְדַם הַפָּר *Facietq; sanguini ejus quemadmodum fecit sanguini juvenci, Lev.* 16.15. Item; וְהָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן *Et ostendetur sacerdoti, Levit.* 13. *v.* 49. *pro* לַכֹּהֵן *sic* 1. *Sam.* 13. *v.* 4. 1. *Reg.* 6. 31. *& alibi.*

Cum ל sive Dativo & Præpositione ב indifferenter hoc Verbum construitur: ut,

וְלֹא הֶאֱמַנְתֶּם לוֹ *Et non credidistis ei, Deuter.* 9. *v.* 23. *sc.* Deo.

לְמַעַן תֵּדְעוּ וְתַאֲמִינוּ לִי *Ut sciatis & credatis mihi, Jes.* 43. 10. *scil.* Deo vestro.

וַיַּאֲמִינוּ בַּיהוָה וּבְמֹשֶׁה עַבְדּוֹ *Et crediderunt in Dominum & in Mosen servum ejus, Exod.* 14. 31.

וְלֹא תַאֲמִין בְּחַיֶּיךָ *Et non fides in vitam tuam, hoc est,* vitæ tuæ, *Deut.* 28. 66.

וַיַּאֲמֵן אָכִישׁ בְּדָוִד *Et credidit Achis in Davidem,* 1. *Sam.* 27. 12.

הַאֲמִינוּ בַּיהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְתֵאָמֵנוּ הַאֲמִינוּ בִנְבִיאָיו וְהַצְלִיחוּ *Credite in Dominum Deum vestrum, & firmabimini: credite in prophetas ejus, & prosperabimini,* 2. *Paral.* 20. *v.* 20. Hanc structuram & Græci LXX. hoc loco imitati sunt, dum vertunt: ἐμπιστεύσατε ἐν προφήταις αὐτοῦ. Prius autem membrum per Dativum expresserunt.

וְלֹא הֶאֱמִינוּ בְּנִפְלְאוֹתָיו *Neq; crediderunt in mirabilia ejus, Ps.* 78. 32. LXX. καὶ οὐκ ἐπίστευσαν ἐν τοῖς θαυμασίοις αὐτοῦ.

בדבריו

בְּקָרְאִי לָךְ *Quum invoco te, Psal.* 14. 1.

וְקִרְאוּ לַמְקוֹנְנוֹת וּתְבוֹאֶינָה *Et vocate lamentatrices ut adveniant, Jerem.* 9. *v.* 17. Construitur & passim cum Accusativo & cum Præpositione אֶל *Ad:* quandoque, etsi rariùs, cum ב & עַל: ut,

וַתִּקְרָא אֶל־אִישָׁהּ *Et accersivit maritum suum,* 2. *Reg.* 4. *v.* 22.

אֲלֵיכֶם אִישִׁים אֶקְרָא *Ad vos, ô viri, clamo*, hoc est, Vos inclamo, *Prov.* 8. 4.

וְיִקְרְאוּ אֶל־אֱלֹהִים בְּחָזְקָה *Et clament ad Deum in fortitudine, hoc est,* Fortiter Deum inclamanto, imploranto, *Jon.* 3. *v.* 8. *vide & Deut.* 24. 15.

אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהוָה *Tunc cœptum est invocari in nomine Domini, Genes.* 4. 26. *hoc est,* ut invocarent homines nomen Domini. Sic Jesa. 41. 25. Atque hæc structura in hac phrasi ferè tantùm propria & quidem etiam diverso significatu. Nam cùm de Deo dicitur, tùm *Vocare in Nomine*, est Invocare nomen Dei per preces ac laudes: cùm verò ad creaturas refertur, est *Nominatim, nomine proprio vel certo aliquem appellare & vocare: ut,* קָרָאתִי בְשִׁמְךָ *Vocavi in nomine tuo, Jesa.* 43. 1. *id est,* vocavi te nomine tuo. Sic Psal. 49. 12. & alibi. Cùm etiam dicitur, קָרָאתִי בְכָל לֵב *Clamavi cum toto animo meo, Psal.* 119. *v.* 145. Item, וָאֶקְרָא בְּקוֹל גָּדוֹל *Et clamavi voce magnâ, Gen,* 49. *v.* 14. In talibus locutionibus ב notat modum, actionis causam, instrumentum, &c. ac requirit Ablativum, ut traditur infrà cap. 13. Reg. 1.

יִקָּרֵא שִׁמְךָ עָלֵינוּ *Vocetur super nos nomen tuum, Jesa.* 4. *v.* 1. *id est,* vocemur de nomine tuo. Filiæ virgines quamdiu innuptæ sunt, vocantur nomine familiæ parentum: cùm nubunt ac maritos accipiunt, appellantur de nomine mariti tanquam capitis sui. Est ergo

וְהִתְעַלְּלוּ בִּי *Et illudant in me*, 1. *Sam.* 31. *v.* 4. *vide Num.* 22. *v.* 29. Sic apud Latinos: *Adeóne videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis*, Ter. And. *In Albutium illudens*, Cic. 3. de Orat.

8. Osculandi Verbum נָשַׁק: *ut*,

וְכָל־הַפֶּה אֲשֶׁר לֹא נָשַׁק לוֹ *Et omne os quod non fuerit osculatum illum*, 1. *Reg.* 19. 18. & mox אֶשְּׁקָה נָּא לְאָבִי *Osculer quæso patrem meum*, *v.* 20. *Sic Genes.* 27. *v.* 26. 27. Cum Accusativo rariùs: 1. *Sam.* 20. 41.

וַיְחַבֶּק־לוֹ וַיְנַשֶּׁק־לוֹ *Et amplexatus est illum, & osculatus illum*, *Gen.* 29. 13. ubi & *Amplexandi Verbum* cum Dativo est, quod aliâs regit Accusativum.

9. Seducendi, Decipiendi Verbum הִשִּׁיא: ut,

הַשֵּׁא הִשֵּׁאתָ לָעָם הַזֶּה *Seducendo seduxeris populum hunc*, *Jer.* 4. *v.* 10. *Sic* 2. *Reg.* 18. *v.* 29. *Jer.* 29. 8. Aliâs etiam cum Accusativo construitur, Jer. 49. 16.

10. Sanandi, Medendi, רָפָא in Kal, Niphal & Pihel: ut,

הָרוֹפֵא לְכָל־תַּחֲלוּאָיְכִי *Qui sanat omnes morbos tuos*, *Psal.* 103. *v.* 3. *Sic Num.* 12. 13.

וּבַחֲבֻרָתוֹ נִרְפָּא־לָנוּ *Et livore ejus fit curatio nobis*, *Jes.* 53. 5.

רִפֵּאתִי לַמַּיִם הָאֵלֶּה *Sanavi aquas istas*, 2. *Reg.* 2. 21. Construitur etiam indifferenter cum Accusativo.

11. Prævalendi יָכֹל: ut,

יָכוֹל נוּכַל לָהּ *Prævalendo prævalebimus ei*, *Num.* 13. 31. *Sic Psal.* 129. 2. *Jerem.* 38. *v.* 22. At יְכָלְתִּיו *Prævalui ei*, *Psal.* 13. *v.* 5. *pro* יָכֹלְתִּי לוֹ. De quo loquendi genere vide infrà cap. 17. in fine.

12. Vocandi, Clamandi קָרָא: ut,

וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לָאוֹר יוֹם וְלַחֹשֶׁךְ קָרָא לָיְלָה *Et vocavit Deus lucem illam, diem: tenebras autem vocavit noctem*, *Gen.* 1. 5.

וְקָרָאתָ לְיִשַׁי *Et invitabis Jischajum*, 1. *Sam.* 16. 3.

6. Mandandi, Præcipiendi צִוָּה. Cum Dativo, *Num.* 9. *v.* 8. *Jesa.* 38. 1. Sæpiùs cum Accusativo: ut,

כַּאֲשֶׁר צִוָּה אֱלֹהִים אֶת־נֹחַ *Quemadmodum præceperat Deus Noacho, Gen.* 7. 9.

וְצִוִּיתָה אֹתוֹ *Et mandatis-instruas illum, Num.* 27. *v.* 19. Sic *Deut.* 31. 5. *Levit.* 25. *v.* 21. *Deut.* 4. *v.* 2. *& passim.* Item cum Præpositione אֶל, 2. *Sam.* 17. *v.* 23. 1. *Reg.* 11. *v.* 10. Et cum עַל: ut, וַיְצַו יְהוָה אֱלֹהִים עַל־הָאָדָם *Et præcepit Dominus Deus super hominem, Gen.* 2. *v.* 16. id est, *Interdixit homini.* Nam hoc modo constructum, prohibitionem sive Interdictum denotat, scribit hîc Aben Esra: vide Geneseos 28. ℣. 6. Jesa. 5. 6. 1. Reg. 2. 43.

7. Subsannandi, Irridendi, Illudendi, הִתְעַלֵּל, שָׂחַק, הֵתֵל, הִלְעִיב, לָעַג, הֶלְעִיג, quorum quædam etiam Accusativum admittunt cum Præposisione ב vel עַל: *Item* Spernendi, Contemnendi, בּוּז, בָּזָה: *ut,*

עַיִן תִּלְעַג לְאָב וְתָבוּז לִיקְּהַת אֵם יִקְּרוּהָ עֹרְבֵי־נַחַל *Oculum, qui subsannat patrem, aut spernit obedientiam matris, effodient istum corvi vallis, Proverb.* 30. *v.* 17. Nota & *Spernendi* Verbum cum Dativo hîc construi: cui simile: וַתִּבֶז לוֹ בְּלִבָּהּ *Et sprevit eum in corde suo,* 2. *Sam.* 6. 16. Item, בָּזָה לָךְ לָעֲגָה לָךְ *Contemnit te, subsannat te,* Jesa. 37. 22. quæ aliâs etiam cum Accusativo construuntur.

תִּשְׂחַק לַסּוּס וּלְרֹכְבוֹ *Irridet equum & sessorem ejus, Job.* 39. *v.* 21. *vide etiam v.* 25. *Psal.* 37. 13. *Jud.* 16. 25.

Cum Præpositione: ut,

וַיִּהְיוּ מַשְׂחִיקִים עֲלֵיהֶם וּמַלְעִגִים בָּם *Fueruntq; ridentes super eos, & subsannantes in eos,* 2. *Par.* 30. *v.* 10. *vide Neh.* 4. *v.* 1.

וַיִּהְיוּ מַלְעִבִים בְּמַלְאֲכֵי הָאֱלֹהִים *Fueruntq; subsannantes, in prophetis Dei,* 2. *Par.* 36. 16.

כְּהָתֵל בֶּאֱנוֹשׁ תְּהָתֵלּוּ בוֹ *Sicut illudit quis in mortalem hominem, illudetis ipsi, Job.* 13. *v.* 9. *vide Gen.* 31. *v.* 7. *Jud.* 16. 10.

2. Dimittendi, Permittendi, Sinendi הַנִּיחַ : ut,
וְעַתָּה הַנִּיחָה לִּי *Nunc itaq; sine me, Exod. 32. v. 10.*
הַנִּחוּ לוֹ וִיקַלֵּל *Sinite illum ut maledicat, 2. Sam. 16. v. 11. vide & Hos. 4. 17. Eccles. 5. v. 11.*

3. Expectandi, Præstolandi, קִוָּה , כִּתֵּר , יִחֵל , חִכָּה, quorum tamen quædam interdum etiam cum Præpositione אֶל & עַל admittunt Accusativum: ut,
אִם־יִתְמַהְמָהּ חַכֵּה־לוֹ *Si cunctabitur, expecta eum, Hab. 2. 3. Sic Jes. 8. 17. Ps. 106. 13. & alibi.* Cum Accusativo, *Job. 32. 4.*
לַמְיַחֲלִים לְחַסְדּוֹ *Exspectantibus benignitatem ejus, Psal. 33. 18. Sic Psal. 31. 25. & 119. 43. & alibi.*
כַּתַּר־לִי זְעֵיר *Exspecta me paulisper, Job. 36. 2.*
נְקַוֶּה לַמִּשְׁפָּט וָאַיִן לִישׁוּעָה רָחֲקָה מִמֶּנּוּ *Exspectavimus jus, sed nullum est; salutem, procul abest à nobis, Jesa. 59. v. 11.* Construitur & cum nudo Accusativo.

4. Interrogandi, Consulendi שָׁאַל : ut,
וְשָׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם *Et interrogabunt te de pace, 1. Sam. 10. 4.* id est, *valetudine, prosperitate,* hoc est, *benè tibi precabuntur, salutabunt te pacificè.* Sic 1. Sam. 25. 5. 2. Sam. 8. 10.
וְשָׁאַל־לוֹ בְּמִשְׁפַּט אוּרִים *Ut consulat eum propter judicium Urim, Numer. 21. v. 2. vide & 2. Reg. 8. 6. Job. 8. 8.* Frequenter etiam hoc sensu construitur cum Accusativo, item cum Præpositione בּ, ut Jud. 18. ℣. 5. 1. Paral. 10. 13. & alibi passim.

5. Respondendi, עָנָה , הֵשִׁיב. Structura horum cum Dativo, nota & communis est, cum Accusativo non item: ut,
וְלֹא־עָנוּ הָעָם אֹתוֹ דָּבָר *Et non responderunt populus ipsi verbum, hoc est, quicquam, 1. Reg. 18. 21.* Sic 2. *Reg. 18. v. 26. Jud. 8. 8. Genes. 45. 3. 1. Sam. 9. 8. & alibi.*
וַהֲשִׁבֹתִי אֶתְכֶם דָּבָר *Et respondebo vobis verbum, hoc est, referam vobis responsum, Num. 22. 8.* Sic 2. *Sam. 3. v. 11. Neh. 6. 4. 1. Reg. 2. 30.*

6. Man-

REGULA PRIMA.

Quodlibet Verbum admittit Dativum personæ aut rei, cui qualicunque modo aliquid acquiritur vel tribuitur: ut,

הֵטִיבָה יְהוָה לַטּוֹבִים *Benefac ô Domine, bonis, Psal.* 125.4. Hoc verbum etiam cum Accusativo construitur: ut, הֵיטִיבָה בִרְצוֹנְךָ אֶת־צִיּוֹן *Beneficio affice pro benevolentia tua Tzionem, Psal.* 51. *v.* 20. Sic & Græci cum Accusativo; *εὖ ποιεῖν τὸν εὖ ποιοῦντα, Bono afficere benefacientem*, apud Xenophon. *καὶ εὖ σε ποιήσει, Et bono te afficiet*, Deut. 30. ℣. 5.

וְהֵרַע לָכֶם אַחֲרֵי אֲשֶׁר־הֵיטִיב לָכֶם *Malefaciet vobis, posteaquam benefecerit vobis, Jos.* 24. 20.

לֶקַח טוֹב נָתַתִּי לָכֶם *Doctrinam bonam trado vobis, Prov.*4.2.

Omissis illis, quæ communem structuram sequuntur, proponemus ea, quorum structura in hac lingua propria est, ab aliis aliena. Sic multa apud Latinos Accusativum regentia, hîc habent Dativum, & contrà, multa hîc Accusativum regunt, quæ apud Latinos Dativum. Quædam diversos casus regunt, adjunctâ etiam Præpositione, ex quibus omnibus proprietas Hebræi sermonis, ejusque multiplex elegantia evidenter elucescet.

1. Arctandi, Premendi verba הֵצִיר, הֵצִיק Dativum regunt: ut,

כִּי־הֵצִיקָה לוֹ בִדְבָרֶיהָ *Quum premeret eum, verbis suis, Jud.* 16. *v.* 16. *Sic Deut.* 28. 53. *Jer.* 19. *v.* 9. *& alibi.* Construitur & cum *Accusativo* affixo, *Jud.* 14. 17. *Job.* 22. *v.* 18.

וְהֵצַר לְךָ בְּכָל־שְׁעָרֶיךָ *Et angustiabit te in omnibus portis tuis, Deut.* 28. *v.* 57. *Sic Jer.* 10. *v.* 18. *Soph.* 1. *v.* 17. *Neh.* 9. *v.* 27.

וּבְאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ אַל יִבְגֹּד *Et in uxorem adolescentiæ tuæ ne perfidè agat, Mal.* 2. 15. pro תִּבְגֹּד *Perfidè agas.* Vide Soph. 2. ℣. 12. Mich. 7. ℣. 15. 19. Jesa. 42. 20. & alibi passim.

Item generis & personæ simul, ut cùm secunda pluralis masc. ponitur loco tertiæ fœmininæ pluralis: וְאַלְמְנוֹתֶיךָ עָלַי תִּבְטָחוּ *Et Viduæ tuæ in me confidetis, Jer.* 49. ℣. 11. pro תִּבְטַחְנָה *Confident*; vide Ezech. 37. 7. Job. 19. 15.

CAPUT XI.

De Syntaxi Verbi, quâ Nomen regit in casu Dativo.

ADHUC fuit convenientia Verbi cum Nomine: sequitur Rectio, & primùm Verbi finiti.

Verbum finitum regit Nomen, Pronomen vel Participium (quatenus usum Nominis habet) in aliquo casu nunc nudè & simpliciter, nunc intercedente aliquâ præpositione, & id quidem frequentissimè. Sunt enim omnia Verba simplicia, ac idcirco Præpositionem quam Græci & Latini cum Verbo componunt, Hebræi inter Verbum & Nomen disponunt, unde multi peculiares, & Hebræis proprii loquendi modi oriuntur, diversæq; unius thematis significationes sæpè distinguuntur. Sic סוּר *est Accedere & Discedere* pro diversa constructione: נָשָׂא *Adferre* & *Auferre* & similia alia plurima.

Rectio *Genitivi* hîc propriè nulla est. Nam quibus Latini genitivum addunt, uti Verbis curæ & perturbationis animi, memoriæ & oblivionis, copiæ & inopiæ, mercandi & similibus, ea Hebræi efferunt per Accusativum vel Ablativum cum præpositione aliqua, ut in sequentibus videbitur.

REGU-

nem, anomalia nulla eſt. Nam ad prius Verbum ſubaudiendum ſubſtantivum הַבַּיִת *Domus*; ad alterum, remotius הָאֵיפָה *Epha*.

וְעוֹלָה לֹא נִמְצָא בִשְׂפָתָיו *Et iniquitas* (fœm.) *non eſt inventa* (maſc.) *in labiis ejus, Mal.*2.6. hîc עַוְלָה eſt pro דְּבַר עַוְלָה *Verbum iniquitatis, doctrina falſa.*

Hoc vel ſimili modo de aliis exemplis judicandum erit, ne quis exiſtimet, genera promiſcuè in hac lingua confundi. Non enim ſine certa cauſa hoc vel illo modo authores ſacri locuti ſunt. Quò pertinet R. Davidis Kimchi admonitio, quam habet in Michlol folio 67. his verbis: ומפני זה צריך להתבונן מאד בלשון ולהושיבו על אופניו כפי היכולת: ולא לאמור לשון נקבה על זכר ולשון זכר על נקבה: i.e. *Propterea neceſſe eſt diligentem adhibere conſiderationem in lingua hac, & reducere eam in formam ſuam quantum poßibile eſt, neq; loqui genere fœminino de maſculino, aut maſculino de fœminino.* Et fol. 11. ubi etiam de Enallage hac generis egit, ſubjicit: לא שיהיה לשון זה נופל על זה אלא בכל אחד מהם דבר נסתר נופל: וסמך הכתוב על המבין בהיות הדבר ההוא הנופל נזכר בענין או מובן ממנו ואחז המקרא דרך קצרה: כי כן דרך המקרא במקומות רבים: Id eſt, *Non quòd ſit vocabulum hoc cadens in illud* (hoc eſt, voces diverſi generis promiſcuè conjungantur) *ſed in unoquoq; illorum vocabulum occultum excidit. Nititur autem Scriptura ſuper intelligentem, cùm vocabulum illud occultum cadens, vel commemoratum ſit in textu, aut ex eo intelligatur. Unde capit Scriptura viam brevitatis, ut mos ejus eſt in locis plurimis.*

Tertiò, eſt Enallage perſonæ: ut,

כִּי יֵבֹשׁוּ מֵאֵילִים אֲשֶׁר חֲמַדְתֶּם *Nam pudeſient propter lucos quos deſideraſtis, Jeſa.*1.29. pro תֵּבֹשׁוּ *Pudefietis.* Aben Eſra tamen dicit, poſſe hoc etiam propriè accipi, ad formam antecedentis Verbi יִכְלוּ.

יבגד

ille (fœm.) *Jer.* 51. 46. *id est*, קוֹל שְׁמוּעָה *Vox rumoris*, ut est Jerem. 10. 22.

אֲדַבֵּר דָּבָר וְיֵעָשֶׂה לֹא תִמָּשֵׁךְ עוֹד *Eloquar verbum* (masc.) *& fiet, non protrahetur* (fœm.) *amplius*, *Ezech.* 12. *v.* 25. hîc Verbum fœm. ad intellectum refertur. *Nam* per דָּבָר intelligitur גְּזֵרָה *Decretum*, quod fœmin. est, cujus respectu effertur Verbum genere fœminino. Quidam subintelligunt Nomen fœm. עֵת *Tempus*.

וַתָּבוֹא עַד־שְׁנוֹתַיִךְ *Et pervenisti ad annos tuos*, *Ezech.* 22. *v.* 4. hîc Verbum masculinum dicitur quidem de עִיר *Urbe*, sed intelligitur per Urbem, עַם *Populus urbis*. Sic metonymia discrepantiam generis tollit.

עֲשִׂיתֶן תּוֹעֵבָה *Fecistis abominationem*, *Ezech.* 33. 26. hîc Verbum fœmininum de viris usurpatum, indicat effœminatum ipsorum animum, quòd singuli uxorem populi polluerint, ut statim illic sequitur. Aut hoc membro alloquitur הַנָּשִׁים *Fœminas terræ Israelis*; & sic genus convenit.

וַתִּקְרְבוּ עֲצָמוֹת *Et appropinquarunt ossa*, *Ezech.* 37. 7. ubi Enallage generis & personæ simul, ut antè ex Jerem. 49. ℣. 11.

הִיא הָעִיר הָפְקַד כֻּלָּהּ *Ea urbs* (fœm.) *visitata est*, (masc.) *tota*, *Jer.* 6. 6.

וְהָרִיּוֹתָיו יְבֻקָּעוּ *Et gravidæ eorum diffindentur*, *Hos.* 14. 1. Verbum masculinum est quasi in animo habuerit dicere, *Gravidas eorum* יְבַקַּע הַצָּר *diffindet hostis*, aut יְבַקְּעוּ *diffindent, scilicet hostes*.

תְּהִי נַעֲלָמָה *Erisq; abscondita*, *Nah.* 3. *v.* 11. hîc Verbum תְּהִי speciali contractione est pro תִּהְיִי, & sic nulla est anomalia.

וְהוּכַן וְהֻנִּיחָה שָּׁם עַל־מְכֻנָתָהּ *Ut stabiliatur & collocetur illic super basin suam*, *Zach.* 5. 11. hîc juxta R. Salomonem,

וַתִּכְרָת־לָךְ מֵהֶם *Excidisti* (masc.) *tibi præ illis, Jesa.* 57. v. 8. Verbum masculinum de Jehuda meretrice usurpatum, denotat masculam & insignem scortationem ejus, quòd masculè & intrepidè exciderit, & exstruxerit sibi cubile majus quàm majores ejus, ut tantò plures ad concubitum admittere posset. Sic; וַתַּעֲשִׂי הָרָעוֹת וַתּוּכָל *Et perficis (tu Jehuda meretrix) mala ista, & prævales* (masc.) *Jer.* 3. v. 5. *h. e.* masculè & potenter omnia scortationis mala exequeris.

מַדּוּעַ שׁוֹבְבָה הָעָם הַזֶּה *Quare rebellis est* (fœmin.) *populus hic*; *Jer.* 8. 5. pro עֲדַת הָעָם *Congregatio populi hujus. Sic intelligas etiam, Jud.* 18. 7.

וְיָצָא מֵהֶם תּוֹדָה *Et prodibit* (masc.) *ex eis gratiarum actio* (fœm.) *Jerem.* 30. v. 19. pro קוֹל תּוֹדָה *Vox gratiarum actionis*; quod substantivum in seq. membro versus exprimitur.

וּבִתּוֹ לֹא תִקַּח לִבְנֶךָ כִּי יָסִיר אֶת בִּנְךָ *Et filiam ejus non accipies filio tuo: quia avocabit* (masc.) *filiũ tuum*, Deut. 7. 3. 4.

וְאַלְמְנוֹתֶיךָ עָלַי תִּבְטָחוּ *Et viduæ tuæ* (fœmin.) *in me confident*, (masc.) *Jerem.* 9. v. 11. Est hic in Verbo enallage generis & personæ pro תִּבְטַחְנָה quidam tamen pro persona secunda retinent, *Confiditote.* Simile est mox ex Ezech.

תִּפְלַצְתְּךָ הִשִּׁיא אֹתָךְ *Horror tui decepit te, Jerem.* 49. 16. Verbum mascul. ad intellectum refertur, quasi dicat, *Quòd tuâ crudelitate vel horrendâ regione aliis horrori es, id te decepit.*

זְעָקָה בַּגּוֹיִם נִשְׁמָע *Clamor* (fœm.) *in gentibus audietur* (mascul.) *Jer.* 50. 46. *h. e.* קוֹל זְעָקָה *Vox clamoris:* id enim substantivum mascul. præcedenti membro exprimitur, & servit utrique loco, scribit Kimchi.

וּבָא בַשָּׁנָה הַשְּׁמוּעָה *Et venerit* (masc.) *in anno hoc rumor ille*

dictum, כְּסִילוֹת הַכְּסִילִים. *Aben Esra scribit,* עָמָל *ubiq; esse masculinum, hoc solo loco excepto.*

אִם תָּעִירוּ וְאִם תְּעוֹרְרוּ אֶת הָאַהֲבָה *Si excitetis aut si expergefaciatis amorem hunc, Cant. 2. 7.* Verbum mascul. dicitur de בְּנוֹת *filiabus Jerusalem,* quas & eodem versu per Pronomen masc. אֶתְכֶם compellat, nempe sensus ratione. Non enim tantùm istæ, sed omnes nationes & populi monentur, ne amorem sponsi Christi, erga sponsam ecclesiam turbent.

וְיִשַּׁחוּ כָּל־בְּנוֹת הַשִּׁיר *Et deprimentur* (masc.) *omnes filiæ* (fœmin.) *Cantici, Eccl. 12. 4. i. e.* כָּל־קוֹלוֹת שֶׁל כְּלֵי הַשִּׁיר *omnes soni* (mascul.) *instrumenti musici,* vel; כָּל־שָׁרִים וְשָׁרוֹת *omnes cantores & cantatrices.*

רָאוּהָ בָנוֹת וַיְאַשְּׁרוּהָ מְלָכוֹת וּפִילַגְשִׁים וַיְהַלְלוּהָ *Viderunt eam filiæ & beatam prædicarunt eam reginæ & concubinæ, & laudarunt eam, Cant. 6. v. 8.* Verba hîc sunt masculina, respondentia fœmininis, propterea quòd non tantùm ad puellas & reginas, sed quoslibet status hominum referantur.

תַּחְתֶּיךָ יֻצַּע רִמָּה *Subter te sternitur lumbricus, Jesa. 14. v. 11.* & mox, וּמְכַסֶּיךָ תּוֹלֵעָה *Et operiunt te vermis:* Item; וַתְּהִי הַכִּנָּם *Fuitq; pediculus, Exod. 8. 17.* וַתַּעַל הַצְּפַרְדֵּעַ *Et ascendit rana, ibid. v. 6.* in quibus masculinum & fœmininum conjunguntur. De his scribit Kimchi: *Mos est linguæ, ut de Nominibus specierum animalium, quando collectivè sive generaliter sumuntur, loquatur nunc genere masculino, nunc genere fœminino.*

חִרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת *Trepidate ô tranquillæ, Jesa. 32. v. 11.* hîc Verbum masculinum dicitur de inhabitatoribus, qui metonymicè per *Tranquillas urbes* significantur.

וּבָא עָלַיִךְ רָעָה *Et veniet* (masc.) *super te malum* (fœm.) *Jes. 47. 11. i. e.* יוֹם רָעָה *Dies mali, Tempus adversitatis,* ut integrè est, Ps. 27. 5. & alibi.

מהם

sâ, ad celebrandam obedientiam & reverentiam ipſarum erga maritos ſuos.

יָפוּצוּ מַעְיְנֹתֶיךָ חוּצָה *Diſpergantur fontes tui forâs*, *Prov.* 5. *verſ.* 16. Verbum maſculinum eſt, Nomen fœmininum, unde ſubaudiendum Nomen מֵי *Aquæ* fontium tuorum.

כָּל־הַיּוֹם הִתְאַוָּה תַאֲוָה *Toto die cupit* (maſc.) *cupiditas* (fœmin.) *Prov.* 21. 26. *pro* אִישׁ הַתַּאֲוָה *Vir cupiditatis*, id eſt, *cupidus, avarus*, qui multa habens, plura ſemper habere cupit; vel, *Deſiderat deſiderio*, *flagrat deſiderio habendi*, ſcil. *piger*, de quo in præcedenti verſu.

וִיאַבֵּד אֶת־לֵב מַתָּנָה *Et perdit* (maſc.) *animum donatio* (fœmin.) *Ecclеſ.* 7. v. 8. Diſcrepantia tolli poteſt per Nomen ſynonymum maſculinum מַתָּן *Donum*, vel אִישׁ מַתָּנָה *Vir donationis*, *Munificus*, qui oblatis muneribus homines emit, emptos corrumpit.

אָמַר קֹהֶלֶת *Dicit congregatrix*, *Ecclеſ.* 1. v. 2. ſcilicet נֶפֶשׁ *Anima*, vel חָכְמָה *Sapientia regis Salomonis*, populum ad audiendum congregans. Verbum maſc. eſt, quia de tota perſona dicitur, & inde redditur à Græcis ἐκκλησιαστὴς, *Eccleſiaſtes*, ſermonem ad populum congregatum habens.

אֵין נַעֲשָׂה פִתְגָם *Non efficitur* (fœm.) *decretum* (maſc.) *Eccleſ.* 8. v. 11. Ad intellectum refertur Verbum, reſpiciens ad נְקָמָה *Ultionem*, vel גְּזֵרָה *Decretum*: intelligitur enim tale decretum, quo fiat ultio & vindicta mali operis.

עֲמַל הַכְּסִילִים תְּיַגְּעֶנּוּ *Labor* (maſc.) *ſtultorum fatigat* (fœm.) *quemq; eorum*, *Eccleſ.* 10. v. 15. עָמָל ponitur hîc ſenſus ratione pro fœminino אִוֶּלֶת vel כְּסִילוּת Stultitia, quâ ſe fatigant fruſtra in iis acquirendis, quæ præ ſtultitia acquirere non poſſunt. Eſt itaque perinde ac ſi dictum,

וַהֲבֵאתוֹ אֵלַי *Adducito eum ad me*, 2. *Sam.* 14. *v.* 10. ſcil. *Tu fœmina Tekoæa.* Verbum formâ maſculinâ Pronomen adjunctum habet; nam in ſecunda fœminina dicendum fuiſſet וַהֲבֵאתִיו. Ratio eſt, ſcribit Kimchi in Commentariis, quod locutio fiat non directè ad mulierem iſtam, ſed ad aliquem aſtantium miniſtrorum, qui mulieri adjunctus, adducere eum debuit, quod ſola mulier præſtare non potuiſſet.

וּבָא אָלָה *Veneritq;* (maſc,) *exſecratio* (fœm.) 1. *Reg.* 8. 31. *i. e.* אִישׁ אָלָה *Vir exſecrationis*; nempe, הַנִּטְעָן לְהִשָּׁבַע *Qui cogitur jurare*, ut R. Levi explicat, *vel*, הַנִּשְׁבָּע לְקַבֵּל הָאָלָה *Jurans recipiendo ſuper ſe exſecrationem*, ut Kimchi interpretatur; vel denique juxta paraphraſten Chaldæum, הַמַּשְׁבִּיעַ *Jurare faciens, Deferens juramentum exſecrationis.*

וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה *Et tranſivit* (maſc.) *clamor* (fœm.) 1. *Reg.* 22. *v.* 36. de hoc vide ſuprà cap. 4. in prima ſpecie Ellipſeos,

כִּי־חָזַק מִמֶּנּוּ הַמִּלְחָמָה *Quòd invaleſceret* (maſc.) *præ ſe bellum* (fœm.) 2. *Reg.* 3. *v.* 26. *id eſt*, דְּבַר הַמִּלְחָמָה *Negotium bellicum*, ut Kimchi explicat. Verbum etiam genere maſculino dici poſſit reſpectu Nominis ſynonymi קְרָב *Prælium.* Nam Iſraelitæ jam cæſi erant & in fugam verſi.

פִּילֶגֶשׁ כָּלֵב מַעֲכָה יָלַד שֶׁבֶר *Concubina Calebi fuit Maacha, peperit Schebher*, 1. *Paral.* 3. *v.* 8. reddendum per ellipſin יָלַד מִמֶּנָּה *Genuit ex ea.* Nam Verbum ſignificat & *Gignere* & *Parere*, & cùm hîc maſculinum ſit, ad virum Caleb referendum eſt.

וְכָל־הַנָּשִׁים יִתְּנוּ יְקָר לְבַעְלֵיהֶן *Et omnes fœminæ* (fœmin.) *tribuent* (maſc.) *honorem maritis ſuis, Eſth.* 1. *v.* 20. Verbum maſculinum fœminis attributum honoris cauſâ, ad

וַתְּהִי חֹק בְּיִשְׂרָאֵל *Fuitq;* (fœmin.) *ritus* (maſc.) *in Iſrael*, *Jud.* 11. *v.* 39. Senſus; *Fuitq; in ritum vel conſuetudinem in Iſraele.* Verbo enim fœminino convenit Nomen ſubintellectum ex verſu ſequenti, nempè הֲלִיכַת בְּנוֹת יִשְׂרָאֵל *Itio filiarum Iſrael,* & חק eſt pro לְחק, ut & Chaldæus habet לִגְזֵירָא *In decretum.*

אִם־יֵצְאוּ בְנוֹת־שִׁלוֹ *Quum exibunt* (maſcul.) *puellæ Schilo* (fœm.) *Jud.*21.21. utitur Verbo maſculino tanquam genere digniore, quaſi etiam viri aut juvenes cum illis exierint, aut genus maſculinum notat virilem proterviam puellarum exeuntium, quas decuiſſet domi manſiſſe, ſic raptæ non fuiſſent.

כַּאֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם *Sicut feciſtis*, *Ruth* 1. *v.* 8. dictum genere maſc. de nuribus Naomi. Vide ſuprà cap. 8. in enallage generis.

אֲשֶׁר הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ לַאדֹנִי *Quam attulit* (maſc.) *ancilla tua domino meo*, 1. *Sam.* 25. *v.* 27. *h. e.* נַעַר שִׁפְחָתְךָ *Puer vel Servus ancillæ tuæ.* Ponitur autem nomen Ancillæ, quòd ea eſſet עִקַּר הַהֲבָאָה *fundamentum adductionis*, ut Kimchi loquitur. Ea enim mittebat.

וַתְּכַל דָּוִד הַמֶּלֶךְ *Et conſumpſit Davidem regem*, 1. *Sam* 13. 39. ſc. הַתַּאֲוָה *Deſiderium exeundi ad Abſcholomum*, vel, אִשְׁתּוֹ *Uxor ejus, mater Abſcholomi, ad exeundum ad Abſcholomum*, ut Ab. Eſra interpretatur. Alii interpretes, ut & Chaldæus paraphraſtes, intranſitivè (contra proprietatem Verbi iſtius in Conjugatione Pihel) exponunt, *Et deſideravit*; vel; *Deſiderio conſumpta fuit*, ſcil. נֶפֶשׁ *anima Davidis.* Hanc interpretationem firmat nota Maſoretharum ad hoc Verbum, quæ habet, *Bis legitur ſed in duplici ſignificatione.* Ergo cùm Gen. 24. 19. tranſitivè ſumatur; in hoc loco intranſitivè, juxta ipſorum mentem, explicandum erit.

וְהָיָה הַנַּעֲרָה Eritque puella, Geneſ. 24. ℣. 14. hîc Verbum maſculinum, Nomen fœmininum eſt. At hîc nulla diſcrepantia eſt: Verbum enim הָיָה abſolutè ponitur, & non refertur ad Nomen, hoc ſenſu: *Et erit vel accidet*, aut, *Si fuerit vel acciderit, ut puella ad quam dixero, &c.* Sic ℣. 43. וְהָיָה הָעַלְמָה *Erit ergo, ut puella egrediens, &c.*

וַיֶּחֱמוּ הַצֹּאן *Et conceperunt oves, Gen.* 30. 39. Verbum maſculinum, Nomen fœm. *Mos linguæ eſt*, ſcribit Ab. Eſra, *marem & fœminam ſing. num. genere diſtinguere, at in plurali non curatur, quia ibi ſexus miſcetur.*

בִּקְהָלָם אַל־תֵּחַד כְּבוֹדִי *In cætum eorum ne adunator* (fœm.) *gloria mea* (maſc.) *Gen.* 49. 6. Verbum hîc ad intellectum refertur: intelligitur autem per Gloriam vel לָשׁוֹן Lingua, glorificationis Dei inſtrumentum, vel נֶפֶשׁ Anima, quæ Nomina ſæpiùs fœminina ſunt. *Aben Eſra ſcribit* כָּבוֹד *in hoc ſolo loco fœmininè uſurpari.*

כָּל־מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה בָהֶם *Ullum opus* (fœmin.) *non fiet* (maſc.) *in eis, Exod.* 12. 16. *h. e.* כָּל־דְּבַר מְלָאכָה *Omnis res operæ, id eſt*, ulla res, quæ externo opere conficitur, aut ſpeciem externæ & ſervilis operæ habet. Sic Exod. 31. 15.

אֶת־הַמִּנְחָה אֲשֶׁר יֵעָשֶׂה מֵאֵלֶּה *Omne munus*(fœmin.)*quod fiet* (maſc.) *ex eis Lev.* 2. *v.* 8. *pro* כָּל־קָרְבַּן מִנְחָה Omnem oblationem muneris, ut eſt, ℣. 1. & 4.

וְאַתְּ תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ Tu *autem* (fœm.) *loquitor* (maſc.) *ad nos, Deut.* 5. 27. quæ ſunt verba populi animo perturbato Moſen ſic alloquentis. Ter autem hoc Pronomen fœm. loco maſc. uſurpatur, ut à Maſorethis obſervatum eſt: vide infrà in Syntaxi Participiorum.

כִּי יִהְיֶה נַעֲרָה בְתוּלָה *Quum fuerit* (maſc.) *puella virgo*, (fœmin.) *Deut.* 22. *v.* 23. explicatio eſt, ut antè, in primo exemplo.

בישראל

eo, Iverunt dii ad redimendum eum propterea quòd Nomen hoc eſt nomen dominii. R. Bechai in Gen. 1. ℣. 26. נַעֲשֶׂה בִּלְשׁוֹן רַבִּים שֶׁהוּא דֶרֶךְ הַלָּשׁוֹן בִּמְלָכִים וְנִכְבַּדֵּי אֶרֶץ שֶׁיְּדַבֵּר הַיָּחִיד מֵהֶם בִּלְשׁוֹן רַבִּים וְהוּא דֶרֶךְ מַעֲלָה וְכָבוֹד , וְהִנֵּה לָבָן הָיָה יָחִיד וְאָמַר וְנִתְּנוּ לְךָ גַּם אֶת זֹאת: וּכְתִיב אוּלַי אוּכַל נַכֶּה בּוֹ , וּכְתִיב וּפִשְׁרֵיהּ נֵאמַר קֳדָם מַלְכָּא , דֶּרֶךְ הַגְּדוֹלִים לוֹמַר כֵּן Id eſt, Faciamus *numero plurali* dicitur, *quæ conſuetudo eſt linguæ de regibus & honoratioribus terræ, ut loquatur unicus ex illis numero plurali, idq́ excellentiæ & dignitatis causâ. Ecce Laban erat unicus, & tamen dixit* numero plurali: *Et dabimus tibi etiam hanc*, Geneſ. 29. ℣. 27. *Scriptum etiam eſt: Fortaſſe prævalebo, percutiemus eum*, Num. 22. ℣. 6. ait Balak rex Moabitarum, *Præterea ſcriptum: Et interpretationem ejus dicemus coram Rege*, Dan. 2. ℣. 36. *quippe conſuetudo magnatum eſt loqui ſic.* De his tamen locis Ab. Eſra Gen. 1. ℣. 26. ſcribit: ואלה העדים עדי שקר הם *At iſti teſtes, teſtes falſi ſunt.* Idcirco aliter iſta interpretatur. Vide eundem Exo. 21. ℣. 4. Sic Hebræi locutionem pluralem de unico, conſuetudini linguæ ſuæ tribuunt, ita ut hac Enallage numeri ſumma perſonæ excellentia ſignificetur. Noſtri Theologi ferè pluralem numerum in locutionibus divinis, pluralitatem perſonarum in Deo denotare volunt, aliis tamen aliter etiam ſentientibus. Vide Syntagma Theologiæ Chriſtianæ *D. D. AMANDI POLANI* lib. 3. cap. 3. & libellum Elohim *JOH. DRUSII.*

Secundò eſt Enallage *generis*, quando Verbum & Nomen genere diſcrepant. Hæc autem diſcrepantia certo & peculiari linguæ uſu, non abuſu aut confuſo loquendi genere fit, ac per conveniens Nomen ſubintellectum concilianda eſt: ut,

Rex, loquatur numero plurali. Pariter in lingua sancta honorificum est loqui de magnate numero plurali: ut אֲדֹנִים & בְּעָלִים. *Dicunt enim,* אֲדֹנִים קָשֶׁה *Domini durus,* וַיִּקַּח בְּעָלָיו *Et accepit domini ejus. Idcirco dicit Scriptura,* בָּרָא *Creavit, & non* בָּרְאוּ *Crearunt.* Kimchi in Michlol folio 9. scribit: וְיֵשׁ שֶׁיָּבוֹאוּ בִלְשׁוֹן תִּפְאֶרֶת לְיָחִיד Id est, *Quædam veniunt numero plurali honoris causâ de unico, ut cùm Bildad de seipso loquitur: Instruite & postea loquemur,* Job. 18. ℣. 1. *Quare reputamur ut jumentum? quare sordemus in oculis vestris,* ibid. ℣. 3. quasi dicat, An me jumentum aut bestiam esse putas, ut nesciam quid eloqui debeam? an tantopere sordeo in oculis tuis? *Item: Trahe me post te, curremus,* Cantic. 1. ℣. 4. hoc est, curram ego sponsa regia. *Exultabimus & lætabimur de te, commemorabimus amores tuos,* ibid. scilic. Exultabo ego sponsa, quæ mox numero singulari loquitur, *Nigra sum, &c. Et dixit Abschalom ad Achitophelem: Date vobis* (Pleonasmus pro, Date quæso) *consilium, quid facturi simus,* 2. Sam. 16. ℣. 20. pro, quid facere debeam ego Abschalom. *Sic quoq; quidam interpretes accipiunt illud: Faciamus hominem ad imaginem nostram,* Genes. 1. ℣. 26. *Sic Daniel Syriacè de seipso: Et interpretationem ejus dicemus coram Rege,* Dan. 2. vers. 36. *& alia plura his similia. Sic deniq; consuetudo est in aliis linguis loqui numero plurali, honoris causâ de unico.* Rabbi Salomon ad illud אֱלֹהִים קְדוֹשִׁים, Job. 24. 19. scribit: בְּרוֹב מְקוֹמוֹת נִקְרָא כָּל לְשׁוֹן הוּא רַבָּנוּת לְשׁוֹן רַבִּים כְּמוֹ אֲדוֹנֵי יוֹסֵף אֲדוֹנֵי הָאָרֶץ אִם בְּעָלָיו עִמּוֹ אֲשֶׁר הָלְכוּ אֱלֹהִים לִפְדוֹתוֹ לְפִי שֶׁהַשֵּׁם הַזֶּה שֵׁם שְׂרָרָה הוּא׃ id est, *In multis locis legitur locutio dominii* (id est, vocabulum, Nomen dominum significans) *numero plurali, veluti, Domini Joseph, Domini terræ, Si domini ejus cum eo, Ive-*

אדונים קשה בלשון רבים : וזה לגודל מעלת האדון ולרבוי מיני הממשלה שיש לו : וזה בבשר ודם אף כי בשם ית" אשר מיני הממשלה שלו אין להם מספר וכל המושלים אין ממשלתם רק ממנו והוא אחד וכחותיו רבים : Elohim, *id est, Dominus potentiarum omnium. Ob hanc causam non dicit Moses*, El, *neq;* Eloah, *sed* Elohim *numero plurali. Et sic*, אלהים קדושים הוא *Dii sancti ipse, Jos.24. v.19. nam ipse complectitur sanctitates omnes. Sic etiam consuetudo linguæ est, loqui de dominio humilium* (hoc est, hominum) *In manum* אדנים קשה *dominorum* (id est, domini) *duri, Jesa. 19. v. 4. numero plurali: idq; propter amplitudinem excellentiæ domini istius, & multas species dominii, quod habet ipse. Si hoc dicitur de carne & sanguine,* (id est, simplici homine) *quantò magis de Deo* (*qui sit benedictus*) sic loqui convenit, *cujus multiplicis dominii non est numerus, & à quo solo, quicunq; dominantur, dominium suum possident, qui unus est, sed potentiæ ejus plurimæ.* Vide eundem Genes. 1. vers. 26. Non est dissimile, quod Sapiens Aben Esra scribit Genes. 1. ℣ 1. hisce verbis : אחר שמצאנו אלוה ידענו כי אלהים לשון רבים : ושרש זה מדרך הלשון : כי כל לשון יש לו דרך כבוד : וכבוד לשון לועז שיאמר הקטון לנוכח הגדול לשון רבים ובלשון ישמעאל דרך כבוד שידבר הגדול כמו המלך בלשון רבים , ובלשון הקדש דרך כבוד לומר על הגדול לשון רבים כמו אדונים ובעלים שאמרו אדנים קשה ולקח בעליו על כן אמר הכתוב ברא ולא בראו : Id est, *Posteaquam invenimus* Eloah, (numero singul.) *scimus quòd* Elohim *est numeri pluralis, & radix hujus locutionis est ex consuetudine linguæ. Nam unicuiq; linguæ est consuetudo honoris. Ut honorificum est in lingua Italica, si alloquatur minor præsentem magnatem numero plurali: sic linguâ Jismaeliticâ sive Arabica honorificum est, ut magnus, veluti*

אֶפְרַיִם כָּעוֹף יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם *Ephrajim; ut avis avolat gloria eorum, Hos. 9. 11.*

כְּנַעַן בְּיָדוֹ מֹאזְנֵי מִרְמָה *Mercator; in manu ejus sunt bilances doli, Hos. 12. v. 7.* Sed hæc etiam aliter explicari possunt: vide suprà cap.7.in Pleonasmo. Relativum enim cum suo substantivo antecedente pleonasticè concurrit. Nam sensus simplex; דֶּרֶךְ הָאֵל תָּמִים הוּא *Via Dei perfecta est.* עֵינֵי הֶחָכָם בְּרֹאשׁוֹ *Oculi sapientis sunt in capite ejus:* כְּבוֹד אֶפְרַיִם *Gloria Ephraimi sive Ephraimitarum, &c.* At prior locutio elegantior est.

ENALLAGE hîc primò est *numeri*, quando Nomina dominii pluralia (de quibus etiam suprà cap. 2.) junguntur Verbo singulari, ad summam majestatem exprimendam, sive, ut Hebræi loquuntur, ad indicandum רִבּוּי הַכֹּחוֹת pluralitatem virtutum & potentiarum in persona dominante: ut,

בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים *In principio creavit Deus, Gen. 1. v. 1.* ubi Elohim plurale est.

אִם־אֲדֹנָיו יִתֶּן־לוֹ אִשָּׁה *Si herus ejus* (plur. heri) *dederit ei uxorem, Exod. 21. 4.*

גַּם בְּעָלָיו יוּמָת *Etiam dominus ejus* (plur. domini) *morte afficiatur, Exod. 21. 9.*

Sic & cum Pronomine singulari, loco Verbi substantivi posito: ut,

כִּי־אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא *Nam Deus sanctus* (plur. Dii sancti) *ipse est, Jos. 24. 19.*

וְאִם אֲדוֹנִים אָנִי אַיֵּה מוֹרָאִי *Et si Dominus* (plur. Domini) *sum ego, ubi reverentia mei? Malach. 1. v. 6.* Hinc scribit R. Bechai in principio Geneseos: אֱלֹהִים פֵּירוּשׁוֹ בַּעַל הַכֹּחוֹת כֻּלָּם וּמִזֶּה הַטַּעַם לֹא אָמַר אֵל וְלֹא אֱלוֹהַ כִּי אִם אֱלֹהִים בִּלְשׁוֹן רַבִּים וְכֵן אֱלֹהִים קְדוֹשִׁים הוּא כִּי הוּא הַכּוֹלֵל הַקְּדוּשׁוֹת כֻּלָּם: וְכֵן דֶּרֶךְ הַלָּשׁוֹן בְּמֶמְשֶׁלֶת הַשְּׁפָלִים:

אדונים

מִי הוּא זֶה וְאֵי־זֶה הוּא *Quis est ille, & Quisnam est iste?* *Esth.* 7. v. 5.
מָה הֵמָּה אֵלֶּה *Quid sint illi, Zach.* 1. v. 9.
כִּי טֹבֹת הֵנָּה *Quòd præstantes illæ essent, Gen.* 6. 2.
הֵם הֵם גּוֹרָלֵךְ *Illi sunt sors tua, Jesa.* 57. 6.
וְעַד־זִקְנָה אֲנִי הוּא *Et usq; ad senectam ego* sum *ille, Jesa.* 46. *vers.* 4.
אַתָּה הוּא יְהוָה הָאֱלֹהִים *Tu es DOMINUS Deus ille, Nehem.* 9. v. 7.

Emphatica admodum locutio est, quando nominativi absolutè in oratione positi, non Verbi tantùm Ellipsin inducunt, sed vim integri membri sententiæ explent: ut,
אֲנִי עִם לְבָבִי לִבְנוֹת בֵּית מְנוּחָה *Ego; cum animo meo fuit ædificare domum quietis*, 1. *Paral.* 28. 2.
וַאֲנִי זֹאת בְּרִיתִי אוֹתָם *Ego autem hoc* erit *fœdus meum cum eis, Jesa.* 59. 21. *Vide & Psal.* 69. 14. *&* 73. v. 2.
וְאָנֹכִי מַעֲשֵׂיהֶם וּמַחְשְׁבֹתֵיהֶם בָּאָה *Ego autem; quum operum cogitationumq; ipsorum quæq; advenerit, Jesa.* 66. 18.
Concisa est locutio, quam Latini similiter vel ellipticè efferunt, per *De me, De me autem*; vel plenè, *Me quod attinet, Quod me spectat*. Hinc à quibusdam Grammaticorum per Ellipsin Præpositionis ל explicantur, ut אֲנִי sit pro לַאֲנִי *Ad me*, sc. quod attinet. At talis locutio exemplo caret, neq; Hebraismum sapit. Reliqua pronomina similiter usurpari possunt.
הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ *Deus; perfecta est via ejus, Psal.* 18. 31. *id est*, quod ad Deum attinet, & sic deinceps.
חֲסִידָה בְּרוֹשִׁים בֵּיתָהּ *Ciconia, abietes sunt domus ejus, Psal.* 104. *vers.* 17.
הֶחָכָם עֵינָיו בְּרֹאשׁוֹ *Sapiens; oculi ipsius sunt in capite ejus, Eccles.* 2. 14.

גָּזַר מִמִּכְלָה צֹאן *Abscindet ex ovili gregem, Habac. 3. v. 17. hoc est*, abscindetur, *vel* Hostis abscindet.

וְלֵילוֹת עָמָל מִנּוּ לִי *Et noctes molestiæ constituerunt mihi, Job. 7. 3. hoc est*, constitutæ sunt mihi.

אִגְּרוֹת יִתְּנוּ־לִי *Epistolas tradant mihi, Neh. 2. 7. h. e.* dentur mihi literæ, *vel* סוֹפְרֶיךָ Scribæ tui dent mihi literas.

וַאֲשֶׁר תָּבֹאנָה יַגִּידוּ לָמוֹ *Et quæ eventura sunt, indicent illis, Jes. 44. v. 7. hoc est*, indicentur. Tale est illud, τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ *Animam tuam repetent abs te*, Luc. 12. 20. *id est, anima tua repetetur.*

וַיֹּאמֶר לְיוֹסֵף *Et dixit Josepho, scil.* הָאוֹמֵר *dicens quidam:* vel *Et dictum fuit, Gen. 48. 1.* Sic, וַיַּגֵּד לְיוֹסֵף *Et indicavit Josepho, sc.* הַמַּגִּיד ibid. ℣. 2.

Ellipsis Verbi simpliciter: ut,

זֹאת הָרָעָה מֵאֵת יְהוָה *Hoc malum à DOMINO, 2. Reg. 6. 33. scil.* בָּאָה venit.

שִׁמְרוּ־מִי בַּנַּעַר בְּאַבְשָׁלוֹם *Observate, quis in puerum istum, in Absolomum, 2. Sam. 18. v. 12. scil.* יִשְׁלַח יָדוֹ mittat manum suam.

אִישׁ אֶל־עִירוֹ וְאִישׁ אֶל־אַרְצוֹ *Quisq; in civitatem suam, & quisq; in urbem suam, 1. Reg. 22. 36. scil.* יָשׁוּב revertitor.

Hæc Ellipsis rarior est: frequentissima autem & communissima Verbi substantivi: ut,

וְחֹשֶׁךְ עַל פְּנֵי תְהוֹם *Et tenebræ* erant *in superficie Abyssi, Genes. 1. v. 2.*

וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי־טוֹב *Et vidit Deus quòd* esset *bonum. ibid. v. 10.*

In hac Ellipsi Verbi substantivi eleganter usurpantur Pronomina separata, quandoque simpliciter loco Verbi, quandoque eo subaudito: ut

יְשֻׁעָתֵךְ אָנִי *Salus tua ego sum, Psal, 35. 3.*

כֻּלָּנוּ בְּנֵי אִישׁ־אֶחָד נָחְנוּ כֵּנִים אֲנַחְנוּ *Omnes nos, filii viri unius* sumus *nos, probi* sumus *nos, Gen. 42. 11.*

הוא

Anomaliæ communes. ELLIPSIS hîc quandoque *Nominativi* eſt, quandoq; *Verbi*. Nominativi, quando Verba primæ & ſecundæ perſonæ, diſſimulatis Pronominibus uſurpantur: ut,

אֱלֹהַי בְּךָ בָטַחְתִּי אַל אֵבוֹשָׁה *Deus mi in te confido, ne pudore confundar, Pſal.* 25. 2. *deeſt* אֲנִי Ego.

דִּשַּׁנְתָּ בַשֶּׁמֶן רֹאשִׁי *Delibutum reddis oleo caput meum*, ibid. *ſubintelligitur* אַתָּה Tu.

נְנַתְּקָה אֶת־מוֹסְרוֹתֵימוֹ *Disrumpamus vincula eorum: Pſ.* 2. 3. *deeſt* אֲנַחְנוּ Nos.

Tertiæ perſonæ Verba ſæpiſſimè quoque uſurpantur indefinitè, & quaſi imperſonaliter, nullo Nominativo expreſſo: ut,

עַל־כֵּן קָרָא לַבְּאֵר *Idcirco vocavit puteum iſtum, Gen.* 16. 14. *ſc.* quisque, *h. e.* vocabatur puteus iſte, Man hieß ihn.

כַּאֲשֶׁר יִרְדֹּף הַקֹּרֵא בֶּהָרִים *Quemadmodum perſequitur perdicem in montibus*, 1. *Sam.* 26. *verſ.* 20. nempe הַצַּיָּד *Venator.*

חָלְקוּ מַחְמָאֹת פִּיו *Leniora ſunt præ butyro oris ejus*, ſc. אִמְרֵי פִּיו *Verba oris ejus*, Pſ. 55. 22. Sic Levit. 25. 6. *Sabbathum terræ*, h. e. *Proventus Sabbathi terræ*, Exo. 1. 10. מִלְחָמָה *Bellum*, pro, קוֹרוֹת מִלְחָמָא *Eventa bellica.*

וַיִּקְרָא שְׁמוֹ *Et vocabit nomen ejus, Jeſa.* 9. 6. *ſcil.* quisque fidelis, *hoc eſt*, vocabitur nomen ejus, ut Chaldæus transfert, אִתְקְרֵי, Sic Jerem. 23. 6.

יִשָּׂא עֲלֵיכֶם מָשָׁל *Tollet ſuper vos parabolam, Mich.* 2. *v.* 4. *ſc.* Quisque, *hoc eſt*, Tolletur, Proferetur ſuper vos parabola: *aut ſubauditur Nomen conjugatum* נֹהֶה Lamentator, aut הַמֹּשֵׁל Parabolis-utens.

וְנִשָּׂא אֶתְכֶם בְּצִנּוֹת *Et tollet vos aculeis, Amos* 4. *v.* 2. *h. e.* tollemini. Man wird euch herauß rucken. Hebræi ſubaudiunt הָאֹיֵב *Inimicus*, vel הַצָּר *Hoſtis.*

רֹב שָׁנִים יֹדִיעוּ חָכְמָה *Multitudo annorum notam faciunt sapientiam, Job.* 32. 7. *pro* Facit, יוֹדִיעַ.

וְצַפַּחַת הַשֶּׁמֶן לֹא חָסֵר *Et lenticula olei non defecit*, 1. Reg. 17. 16. חָסֵר respondet nomini צַפַּחַת.

נֶגַע צָרַעַת כִּי תִהְיֶה בְּאָדָם *Plaga lepræ cùm fuerit in homine, Levit.* 13. 9. *pro* יִהְיֶה Erit, masc.

קוֹל נְגִידִים נֶחְבָּאוּ *Vox procerum occultabant se, Job.* 29. v. 10. *pro* Occultabat, נֶחְבָּא.

כִּי־הָיְתָה אֵלָיו פְּנֵי הַמִּלְחָמָה *Quòd esset contra se facies belli*, 2. *Sam.* 10. 9. *pro* הָיוּ Essent.

וּבָאוּ חֶמְדַּת כָּל־הַגּוֹיִם *Et venient desiderium gentium, Hagg.* 2. *v.* 8. In his duobus posterioribus verbis transpositum est: nam debebat dici, כִּי פְּנֵי הַמִּלְחָמָה הָיְתָה אֵלָיו *Nam facies* (plur.) *belli erat contra ipsum*, pro הָיוּ *Erant.* Item, וְחֶמְדַּת כָּל הַגּוֹיִם בָּאוּ *Et desiderium omnium gentium venient*, pro בָּאָה *Veniet.* Desiderium gentium, *i. e.* Messias gentibus desideratus, cujus gloriâ Domum secundam repleturus sum, adeò ut hæc gloria superatura sit gloriam Domus primæ. In magnis Bibliis Venetis explicatio Aben Esræ & R. Salomonis in hunc versum studio omissa est. *Kimchi explicat:* Et venient desiderium gentium, i. e. *Omnes gentes, quas commoturus sum è locis suis, venient* בְּחֶמְדַּת כָּל הַגּוֹיִם *cum desiderio omnium gentium, q. d. afferent manibus suis omnes res desiderabiles, quas invenient in terra sua ex vasis argenteis, aureis, vestimentis, & lapidibus pretiosis: meum enim argentum est, &c. & his replebo domum hanc, &c. Similia fuerunt suprà in Syntaxi Nom.*

Talia sunt apud Latinos: *Paupertas mihi onus visum est*, Terent in Phorm. *Non omnis error stultitia est dicenda*, Cicer. *Omnia pontus erat. Amantium iræ amoris redintegratio est*, & similia.

Anoma-

Concedatur (fœmin.) *mihi vita mea* (fœmin.) *ad postulatum meum, & populus meus* (masc.) *ad petitionem meam, Esther 7. v. 3. & similia. Quod autem dicitur,* תֵּאָסֵף שִׂמְחָה וָגִיל *Intercepta est* (masc.) *lætitia* (fœmin.) *& gaudium* (masc.) *Jesa. 16. 10. exponendum est,* וְנֶאֱסַף דְּבַר שִׂמְחָה *subintellecto Nomine masculino.* Hisce videtur Kimchi tantùm admittere Zeugma, quo Verbum cum propiore convenit: quæ autem per Syllepsin dicuntur, revocanda esse ad Zeugma, per complementum subintellecti Nominis commodi. Sed nihil impedit, quo minus etiam in lingua Hebræa statuatur Syllepsis, cùm eadem loquendi ratio in aliis quoq; linguis usitatissima sit, neque in Hebræa lingua exempla desint.

Sextò, Quando duo substantiva inter se constructa conjunguntur, tum Verbum regulariter respondet priori; quandoque verò posteriori recto, cùm deberet convenire priori regenti: ut,

Priori; ut;

וַאֲרוֹן בְּרִית ה׳ נוֹסֵעַ *Et arca Domini proficiscebatur, Num. 2.*

חָכְמַת אָדָם תָּאִיר פָּנָיו *Sapientia hominis illustrat faciem ejus, Eccles. 8. 1.*

וְיִתְרוֹן אֶרֶץ בַּכֹּל הוּא *Utilitas terræ in omnibus est, Eccles. 5. 8.*

לְשׁוֹן שֶׁקֶר יִשְׂנָא דַכָּיו *Lingua mendax odio habet contritum, Prov. 26. 28.*

Posteriori recto; ut;

קוֹל שְׁמוּעָה הִנֵּה בָאָה *Vox rumoris ecce venit Jer. 10. 22.* hîc prius Nomen masculinum est, alterum fæmin. cum quo Verbum convenit.

קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צוֹעֲקִים אֵלַי *Vox sanguinum fratris tui clamant ad me, Gen. 4. 10. pro* Clamat, צוֹעֵק.

וּמִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ *Et numerus annorum absconduntur, Job. 15. 20. pro* Absconditus, נִצְפַּן.

חכמה

גֹּרֶן וָיֶקֶב לֹא יִרְעֵם *Area* (fœm.) *& torcular* (maſc.) *non paſcet* (maſc.) *eos, Hoſ.* 9. 2.

Cum perſona digniore: ut,

וַנַּחַלְמָה חֲלוֹם בְּלַיְלָה אֶחָד אֲנִי וָהוּא *Et ſomniavimus ſomnium nocte eadem, ego & ipſe, Gen.* 41. 11.

הֲבוֹא נָבוֹא אֲנִי וְאִמְּךָ וְאַחֶיךָ *An veniendo veniemus ego & mater tua & fratres tui? Gen.* 37. 10.

אַתָּה וּבָנֶיךָ וּבֵית־אָבִיךָ אִתָּךְ תִּשְׂאוּ *Tu & filii tui & domus patris tui tecum portabitis, Num.* 18. v. 1.

Numeri non videtur hîc eſſe præſtantia. Nam Nominibus diverſi Numeri, Verbum reſpondet quandoque ſingulari, quandoque plurali: ut,

וְסָמְכוּ אַהֲרֹן וּבָנָיו אֶת־יְדֵיהֶם *Imponent Aharon & filii ejus manus ſuas, Exod.* 29. 15.

נְמֹגִים אֶרֶץ וְכָל־יֹשְׁבֶיהָ *Liqueſiebant terra & omnes habitatores ejus, Pſal.* 75. 4. *vide etiam Num.* 27. 21.

הָאִשָּׁה וִילָדֶיהָ תִּהְיֶה לַאדֹנֶיהָ *Uxor & nati ejus erit domini ipſius, Exod.* 21. 4.

צָרָה וַחֲבָלִים אֲחָזָתָה *Anguſtia & dolores corripiet eam, Jer.* 49. v. 24. Ad hunc locum ſcribit Kimchi: מִנְהַג הַלָּשׁוֹן בְּדִבּוּר זָכָר וּנְקֵבָה סְמוּכִים נוֹפֵל הַפֹּעַל עַל הַדָּבֵק אִם רִאשׁוֹן וְאִם אַחֲרוֹן *Mos linguæ eſt, ut cùm in ſermone maſculinum & fœmininum conjunguntur, Verbum conveniat cum proximo, ſive illud prius ſit, ſive poſterius: ut,* וַתְּדַבֵּר מִרְיָם וְאַהֲרֹן *Et locuta eſt Mirjam & Aharon, Num.* 12. v. 1. *& ſimilia* (quæ antè in Zeugmate adducta.) *Ergo Vau in* וַחֲבָלִים *exponendum eſt per* עִם*, nempe, Anguſtia cum doloribus corripiet eam: & Verbum fœmininum reſpondet nomini fœminino tanquam principaliori.* Et in Michlol fol. 67. inquit: *Quum fuerit maſculinum & fœmininum tanquam unum, reſpondebit Verbum priori, ſive id maſculinum, ſive fœmininum fuerit: ut,* תִּנָּתֶן לִי נַפְשִׁי בִּשְׁאֵלָתִי וְעַמִּי בְּבַקָּשָׁתִי.

Conce-

genere & numero convenit, quam locutionem vulgò *Zeugma* vocant: ut,

וַתִּכְתֹּב אֶסְתֵּר הַמַּלְכָּה וּמָרְדֳּכַי הַיְּהוּדִי *Et scripsit* (fœmin.) *Esther regina & Mordechai Judæus, Esth.* 9. 29.

וַתְּדַבֵּר מִרְיָם וְאַהֲרֹן בְּמֹשֶׁה *Et locuta est Mirjam & Aharon cum Mose,* Num. 12. 1.

אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת אֶל הַמָּקוֹם הַזֶּה *Ecce furor meus & ira mea, effundetur in locum istum,* Jerem. 7. 20.

כַּאֲשֶׁר קִיַּם עֲלֵיהֶם מָרְדֳּכַי הַיְּהוּדִי וְאֶסְתֵּר הַמַּלְכָּה *Quemadmodum stabilivit* (masc.) *super eos Mordechai Judæus & Esther regina, v.* 31.

וַתֵּשְׁתְּ הָעֵדָה וּבְעִירָם *Bibitq;* (fœm.) *congregatio & jumentum eorum, Num.* 20. 11.

צֵא מִן־הַתֵּבָה אַתָּה וְאִשְׁתְּךָ וּבָנֶיךָ *Egredere* (masc.) *ex arca, tu & uxor tua, ac filii tui, Gen.* 8. 26.

וְשָׁאוּל וַאֲנָשָׁיו עֹטְרִים *Saul autem & viri ejus cingebant,* 1. *Sam.* 23. 26.

זְנוּת וְיַיִן וְתִירוֹשׁ יִקַּח־לֵב *Fornicatio & vinum & mustum auferunt animum, Hos.* 4. 11.

וַתֹּאכַל הִיא וָהוּא *Comeditq; ipsa & ipse,* 1. *Reg.* 17. 15.

Quintò, Substantivis diversis Verbum additur, conveniens cum digniore, Masculinum autem genus dignius ac præstantius censetur fœminino, pluralis singulari, prima persona secundâ, secunda tertiâ. Locutio hæc vulgò dicitur *Syllepsis.*

Cum genere digniore conveniens: ut,

שֶׁמֶן וּקְטֹרֶת יְשַׂמַּח־לֵב *Unguentum & suffitus lætificat animum, Prov.* 27. 9.

וְנֶאֱסַף שִׂמְחָה וָגִיל *Et intercepta est lætitia & exultatio, Jesa.* 16. 10. *vide etiam Jesa.* 51. 3.

כִּי־נִמְנַע מִבֵּית אֱלֹהֵיכֶם מִנְחָה וָנֶסֶךְ *Nam cohibetur à domo Dei vestri muneris-oblatio & libamen, Joel.* 1. *v.* 13. *vide & v.* 9.

ירעם

Sic & Participia: ut,

נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *Gloriosa* (plur.) *dicitur de te*, *Psal.* 87. *v.* 3. *hoc est*, quodque gloriosum.

מְחַלְלֶיהָ מוֹת יוּמָת *Quisq; prophanantium illud, moriendo morietur*, *Exod.* 31. 14.

וְתֹמְכֶיהָ מְאֻשָּׁר Quisque *apprehendentium eam beatus est*, *Prov.* 3. *v.* 18.

Aut contrà, quando Verbo plurali jungitur Nomen singulare, quod tamen rariùs accidit: ut,

מַה־נִּמְלְצוּ לְחִכִּי אִמְרָתֶךָ *Quàm dulcia sunt palato meo eloquium tuum*, *Psalm.* 119. *v.* 103. *hoc est*, singula eloquia tua.

כִּי־תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה *Quum evenerint bellum*, *Exod.* 1. 10. *hoc est*, ulla bella.

נָסוּ וְאֵין־רֹדֵף רָשָׁע *Fugiunt nemine persequente*, *improbus*, *Prov.* 28. 1. *hoc est*, omnes & singuli improbi.

וְנָגְפוּ אִשָּׁה הָרָה *Et percusserint mulierem prægnantem*, h. e. eorum unus percusserit, Exo. 21. 22.

בֵּין זַרְעֲךָ וּבֵין זַרְעָהּ הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב *Inter semen tuum, & semen ejus: illud conteret tibi caput, tu conteres ei calcaneum, Genes.* 3. *v.* 15. hîc ךָ *Tuum* dicitur de הַנָּחָשׁ *Serpente*, cum quo, genere masc. & num. sing. convenit. הּ *Ejus* de אִשָּׁה *Muliere*, cui genere fœmin. respondet: ךָ *Tibi*, ad לַנָּחָשׁ ideoque masculinum: נּוּ *Ei*, scil. לְזֶרַע *Semini*, quod masculinum & singulare est, ideoque & sic Affixum.

עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ *Dolorem tuum & conceptum tuum, Gen.* 3. 16. hîc ךְ *Tuum*, fœmininum est & singulare, relatum ad הָאִשָּׁה *Mulierem*, quam Deus illic alloquitur.

לְקוֹל אִשְׁתֶּךָ *Voci uxoris tuæ, Genes.* 3. 17. hîc ךָ *Tuæ* masc. est: dicitur enim de הָאָדָם *Homine* vel *Adamo*, quem Deus alloquitur, cujusque nomen præcedit.

At verò hæc Pronominum cum Nominibus Syntaxis formam ipsorum, tam in *literis* quàm *vocalibus*, variè plerunque mutat, cujus mutationis ratio hoc loco expendenda venit.

ה in singul. numero antecedente Sægol, abjicitur: antecedente Kametz, mutatur in ת.

ם in plurali masculino abjicitur.

Affixa

CAPUT VII.

De Syntaxi Pronominum cum Nominibus à fine affixorum.

PRONOMINUM Nominibus à fine affixorum Syntaxis est cum Nominibus appellativis quibuslibet, non autē cum propriis, vel gentilitiis, vel constructis.

Alia tantùm *singulari* numero conveniunt: ut, םֶ , ןֶ , הֶ , וֹ , י , ex quibus tamen םֶ & ןֶ etiam fœmininis pluralibus, sive fœmininorum terminationem habentibus adjiciuntur, & pro םֶ sæpissimè est מוֹ, maximè in libris poeticis, Jobo, & Psalmis, & Proverbiis: quamvis etiam aliquando לָמוֹ legatur pro לוֹ. Exempla vide Jobi 20. 23. & 22. 2. Psal. 11. 7. Esa. 44. 15. & 53. 8. Jobi 27. 23. Psal. 28. 8. Rariora sunt, ו præcedente Chirek, & הוּ, quæ Verborum propria sunt, & hîc nonnisi Quiescentibus quibusdam adjiciuntur.

Alia *plurali*; ו , י , הֶם , הֶן , הָ. Ex his tamen הֶם & הֶן etiam Nomini singulari ex Quiescentibus derivato conveniunt. Semel etiam ex perfectis reperitur: וְאֶת־חֶלְבְּהֶן *Et adipem eorum*, *Levit.* 8. *v.* 16. quod speciale est pro חֶלְבָּן.

Alia deniq; *utriq;* numero: ut, ךָ , ךְ , כֶן , כֶם , נוּ , quæ omnia in sequentibus patebunt.

REGULA.

Pronomina à fine affixa, cum antecedentibus substantivis, aut cum re vel persona, de qua sermo habetur, in eodem genere & numero conveniunt, non autem cum iis quibus affiguntur: ut,

זרעו בן

כָּזֹה וְכָזֶה עָשָׂה לִי *Secundum hanc & ſecundum hunc fecit mihi, Jud.*18.4. *ſcil.* modum & rationem, *id eſt*, hæc & alia talia fecit mihi.

אֵלֶּה בָרֶכֶב וְאֵלֶּה בַסּוּסִים *Illi in curribus, & illi in equis, Pſ.* 20. *v.* 8. *id eſt*, Hi, illi.

אֶל הָעָם כָּהֶם וְכָהֶם *Ad populum ſicut ipſi & ſicut ipſi, 2. Sam.* 24. *v.* 3. *id eſt*, ad populum & hunc & illum, Judaicum ſcil. & Iſraeliticum.

וְאֹסִפָה לְךָ כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה *Additurus ſum tibi ſicut hæc & ſicut hæc, 2. Sam.* 12. *v.* 8. *id eſt*, hæc & alia, alia atq; alia.

גָּדֵר מִזֶּה וְגָדֵר מִזֶּה *Maceria ex hoc, & maceria ex hoc, Num.* 22. *v.* 24. *ſcil.* loco, *id eſt*, hinc illinc, utrinque.

זֶה Eleganter additur nominibus numeralibus; pleonaſticè quidem, ſed emphaſin exprimens: ut,

כִּי הִכִּיתַנִי זֶה שָׁלֹשׁ רְגָלִים *Quòd percuſſiſti me iſtis tribus vicibus, Numer.*22.*v.* 28. quod vulgò per Adverbium temporis *Jam* exprimunt, *Jam tribus vicibus.*

זֶה עֶשֶׂר פְּעָמִים *His decem vicibus, Num.*14. 22.

זֶה עֶשְׂרִים שָׁנָה אָנֹכִי עִמָּךְ *Hos* (vel) *jam viginti annos ego tecum ſum, Gen.* 31. 38.

Sic cum מַה & לָמָּה,

מַה־זֶּה שַׁבְתֶּם *Quid hoc,* (quòd) *revertimini? 2. Reg.* 1. 5.

לָמָּה זֶה צָחֲקָה שָׂרָה *Quid hoc* (quòd) *riſit Sara? Gen.* 18. *v.* 13. vel *Quid jam, quid nunc.*

Item cum עַתָּה,

עַתָּה זֶה יָדַעְתִּי *Nunc hoc cognoſco*, 1.*Reg.*17.24. vel *jam nunc, nunc tandem.*

הִנֵּה עַתָּה זֶה בָּאוּ אֵלַי *Ecce jam hoc* (momento) *venerunt ad me, 2. Reg.* 5. *v.* 22- vel, *Ecce jam modo.* Kimchio pleonaſticum eſt.

CAPUT

מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ *Quis habitus est viri illius?* 2. *Reg.* 1. 7.

מַה שְּׁמֶךָ *Quod est nomen tuum?* *Genes.* 32. 27.

מַה־לִּי וָלָךְ *Quid mihi & tibi?* *Jud.* 11. 12.

מַה־לִּי וְלָכֶם בְּנֵי צְרוּיָה *Quid mihi & vobis ó filii Tzerujæ?* 2. *Sam.* 16. 10. *id est, Quid mihi vobiscum? Quid vobiscum mihi negotii est?* Sic *Jos.* 22. 24. 1. *Reg.* 17. 18. 2. *Reg.* 3. 13. Hinc illa, τί ἐμοὶ καὶ σοί γύναι, *Quid mihi & tibi mulier?* *Joh.* 2. 4. μηδὲν σοί καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, *Nihil tibi & justo illi, Matth.* 27. 19. *vide & Matth.* 8. 29. τί γὰρ μαχαίσι κἀμοί, *Quid enim bellis & mihi? apud Anacreont.*

Capiuntur & infinitè citra interrogationem: ut, זְכָר־אֲנִי מֶה חָלֶד *Recordare, ego quod tempus, Psal.* 89. 48. *sc.* vitæ habeam, quantuli ævi sim.

וְלֹא יֵדַע מִי אֹסְפָם *Et non scit quis sit collecturus ea, Psal.* 39. 7.

כִּי־הִגִּידָה אֶסְתֵּר מַה הוּא לָהּ *Nam indicaverat Esther, quid ipse esset sibi, Esth.* 8. 1. *i. e.* quo gradu conjunctus esset sibi. Sic, *Quis tu es? quis mihi es? Terent. And.*

מָה־הֵמָּה אֵלֶּה *Quid sint illi, Zach.* 9. 1. ubi medium Pronomen loco Verbi Substantivi est.

מַה sequente relativo שֶׁ, fit & ipsum relativum, & exponitur per *Id*: ut,

מַה שֶּׁהָיָה הוּא שֶׁיִּהְיֶה *Id quod fuit, idem est quod futurum est, Eccl.* 1. 9.

וּמַה־שֶּׁנַּעֲשָׂה הוּא שֶׁיֵּעָשֶׂה *Et id quod fit, idem est quod fiet, ibid.* Sic apud Rabbinos, מִי שֶׁ *Is qui*: מַה שֶׁ *Id quod*, vulgatissima locutio est.

Demonstrativorum usus:

Demonstrativi repetitio distributionem indicat: ut,

וַיִּקְרָא זֶה אֶל־זֶה *Et clamavit hic ad hunc, Jesa.* 6. 3. *id est*, alter ad alterum.

עָשָׂת לִי

Videtur & interrogativum rei esse: ut.

מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי *Quis* sum *ego, & quæ vita mea?* 1.*Sam.*18.18.

מִי אֲבִימֶלֶךְ וּמִי שְׁכֶם *Quis* est *Abimelech, & quæ* est *Sechem?* *Jud.* 9.28.

מִי שְׁמֶךָ *Quod* est *nomen tuum?* *Jud.* 13.17.

מִי פֶשַׁע יַעֲקֹב וּמִי בָּמוֹת יְהוּדָה *Quæ* est *defectio Jacobi, & quæ* sunt *excelsa Jehudæ?* *Mich.* 1. 5.

מִי לְךָ כָּל־הַמַּחֲנֶה הַזֶּה *Quæ tibi* est *tota acies illa?* *Gen,* 33. 8.

Primi loci sensus est; *Quis sum ego, aut quis sum vitâ meâ?* hoc est, *Quis sum vel personæ meæ dignitate, aut qualis sum vitæ, status conditionisq; splendore vel authoritate, ut dignus habear, qui sim gener regis?* In secundo exemplo sumitur שְׁכֶם pro בַּעֲלֵי שְׁכֶם *Sichemitis*, ut versu 26. & sæpiùs antè dicitur. Kimchi vult *Schechem* esse proprium nomen alicujus principis, qui & ipse ante Abimelech Sichemitis præfuerit, unde & R. Levi scribit, ipsum fuisse ex posteris Chamoris. Tertium, מִי שְׁמֶךָ reddendum, *Quis es nomine tuo?* h. e. *quo nomine vocaris?* locutio concisa, pro מִי אַתָּה וּמָה שְׁמֶךָ *Quis es, & quod nomen tuum?* Quartum, reddendum est, ut in antiqua Pagnini versione legitur, *Quis est* causa *prævaricationis* Jacob? *Et quis* fuit causa *excelsorum Jehudæ?* Et sic Kimchi in libro Radicum exponit, מִי־הוּא שֶׁגָּרַם לְפֶשַׁע יַעֲקֹב *Quis fuit, qui causam dedit defectioni Jacob? nónne cives Schomron? &c.* Quintum, *Cujus tibi tota acies illa? &* מִי *pro* לְמִי *Cujus, vel* אֶל מִי *Ad quem* scil. pertinet vel spectat. Ab. Esra & Kimchi explicant, *Quis* est *ille, cui mittis totam turmam istam?* Aben Esra ibidem, מִי inquit, *semper reperitur de homine:* & Kimchi in lib. Radicum scribit: *Nunquam reperies* מִי *nisi de persona dictum.*

Interrogativum rei, מֶה, מַה, מָה: ut,

מַה תָּאֳרוֹ *Quæ forma ejus?* 1. *Sam.* 28. 14,

מָה אֱנוֹשׁ *Quid* (est) *homo?* *Psal.* 8. 5.

הָאִישׁ

מִי דָוִד וּמִי בֶן־יִשַׁי *Quis David, & quis filius Jischai*, 1. Sã. 25. 10.
מִי וָמִי הַהֹלְכִים *Qui & qui, qui euntes sunt*, Exo. 10. 8. *hoc est*, quinam sunt illi, qui abituri sunt.
מִי־אֵלֶּה לָּךְ *Qui* (sunt) *isti tibi*, Gen. 33. 5.
מִי אַתָּה בְּנִי *Quis* (es) *tu fili mi?* Gen. 27. 18.
מִי אַתְּ בִּתִּי *Quis* (es) *tu filia mea?* Ruth. 3. 16. Hæc locutio insolens videri non debet. Nam & sic Græcis τὶς de utroque sexu usurpatur; τὶς εἶ σὺ, *Quæ es tu?* Ruth. 3. 9. Item, εἰ ἢ τὶς χήρα, *Quòd si qua vidua*, 1. Timoth. 5. v. 4. Et apud Latinos: *Dic mihi quæso, quis est ea, quam vis ducere uxorem?* Plautus Aulul. Act. 1. *Quis es? PH. Ego sum illius mater*, Plaut. Cist. Act. 4. *Quis illæc est mulier timido pectore peregrè adveniens, quæ ipsa se miseratur*, Plautus Epid. Act. 4. *Quis est hæc muliercula*, ibid. Act. 5. *Sed quis est ea mulier?* ibid. *Quis itio ad priorem dominum*, apud Varronem: *Quis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine*, Pacuv. in Medo.

Cum substantivo postponitur, Genitivum possessoris notat: ut,

אֶת־שׁוֹר מִי לָקַחְתִּי וַחֲמוֹר מִי לָקַחְתִּי *Bovem cujus accepi, & asinum cujus accepi*, וּמִיַּד־מִי *& è manu cujus? &c.* 1. Sam. 12. 3.
בֶּן־מִי אַתָּה הַנַּעַר *Filius cujus es tu, mi puer?* 1, Sam. 17. v. 58.
בַּת־מִי אַתְּ *Filia cujus es tu?* Gen. 24. 23.
וְחָכְמַת מֶה לָהֶם *Et sapientia cujus rei inest ipsis?* Jer. 8. 9.

Sic & cum præfixo ל pro Genitivo sumitur: ut,
לְמִי אַתָּה וּלְמִי אֵלֶּה לְפָנֶיךָ *Cujus es, & cujus* sunt *ista ante te*, Gen. 32. v. 17.
לְמִי הַנַּעֲרָה הַזֹּאת *Cujus* est *puella hæc*, Ruth. 2. 5. hîc לְמִי propriè est *Ad quem*, scil. spectat vel pertinet, hoc est, *Cujus es, est vel sunt ista?* pro hoc Rabbini etiam dicunt שֶׁל מִי,

Aliquando relativum convenit genere & numero cum propiore ſubſtantivo, cùm deberet reſpondere antecedenti remotiori: ut,

כִּי־בָתֵּי עָרֵי הַלְוִיִּם הִוא אֲחֻזָּתָם *Nam domus* (plur.) *civitatum Levitarum, ipſa* (eſt) *poſſeßio ipſorum*, *Lev.* 25. 33. ubi הִוא *Ipſa*, genere & numero convenit ſequenti Nomini אֲחֻזָּתָם, cùm deberet reſpondere antecedenti בָּתֵּי, qualis convenientia mox reperitur verſu ſequente.

רְאֵה חַיִּים עִם־אִשָּׁה *Fruere vitâ cum uxore*, *&c.* כִּי הוּא חֶלְקְךָ בַּחַיִּים *nam ea* (eſt) *pars tua in hac vita*, *Eccl.* 9. *v.* 9. ubi הוא genere maſculino convenit cum ſequente Nomine חֵלֶק, non autem cum antecedente אִשָּׁה, quod fœmininum.

לֶאֱכוֹל אֶת־הָעִבְרִים לֶחֶם כִּי תוֹעֵבָה הִוא לְמִצְרָיִם *Ad comedendum cum Hebræis panem, nam abominatio illa* (eſt) *Aegyptiis*, *Gen.* 43. 32. ubi הִוא genere fœm. convenit cum Nomine תּוֹעֵבָה, non autem cum maſculino לֶחֶם.

כִּי חֻקּוֹת הָעַמִּים הֶבֶל הוּא *Nam ſtatuta populorum, vanitas ipſa* (eſt,) *Jer.* 10. 3. ubi הוא genere maſcul. & numero ſing. convenit cum הֶבֶל, non autem cum plurali חקות. Hæ formæ loquendi ſunt ſimiles iſtis Latinorum, *Omnes tenues atq; humiles, quæ maxima in populo multitudo eſt, ſibi præſidium paratum putant*, apud Cic. Item, *Et nunc domicilia conjuncta, quas urbes dicimus*, & ſimilia plurima, quæ à Latinis Grammaticis annotata ſunt.

REGULA TERTIA.

Pronomina interrogativa perſonæ & rei, utriusque generis & numeri Nominibus & Pronominibus adduntur.

Primò interrogativum perſonæ מִי: ut,

בן־ישי

Absque ה, non ſumitur adjectivè ſimpliciter, ſed peculiari elegantiâ loco verbi Subſtantivi ponitur, aut Ellipſin ejus inducit: ut,

כִּי־עֵירֹם אָנֹכִי *Quòd nudus ego* (eſſem) *Gen.* 3. 11.

זֶה חָדָשׁ הוּא *Hoc novum eſt, Ecclеſ.* 1. 10.

כִּי עָפָר אַתָּה *Quòd pulvis es, Gen.* 3. 19.

כִּי עֵירֻמִּים הֵם *Quòd nudi eſſent*, *Gen.* 3. 17. vide ampliùs capite 10. in Ellipſi.

Cùm antecedunt, tum Ellipſis eſt verbi ſubſtantivi, ut cum Nominibus adjectivis fieri ſolet, ut ibi notatum eſt: ut,

זֹאת הַמְּנוּחָה *Hæc* (eſt) *requies ipſa, Jeſ.* 28. 12.

אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת *Hæ* (ſunt) *generationes, Gen.* 6. 9.

REGULA SECUNDA.

Pronomina relativè poſita, genere & numero cum antecedente ſubſtantivo conveniunt, caſu non ſemper, ſed is ferè Verbo reſpondet: ut,

הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה עִמָּדִי הִיא נָתְנָה־לִּי *Mulier iſta, quam dediſti mecum, ipſa dedit mihi, Gen.* 3. 12. hîc Relativum אֲשֶׁר *Quam*, caſu reſpondet ſequenti Verbo.

וַיִּתְמֹךְ יַד־אָבִיו לְהָסִיר אֹתָהּ *Et ſuſtinuit manum patris ſui, ut averteret eam, Gen.* 48. 17. ubi אֹתָהּ *Eam*, reſpondet antecedenti Verbo.

וְאֵיבָה אָשִׁית בֵּינְךָ וּבֵין הָאִשָּׁה וּבֵין זַרְעֲךָ וּבֵין זַרְעָהּ הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ *Et inimicitiam pono inter te & mulierem hanc, ſimiliterq; inter ſemen tuum, & ſemen hujus: hoc conteret tibi caput, Gen.* 3. 15. hîc Relativum הוּא genere & numero convenit cum antecedente ſubſtantivo maſculino & ſingulari זֶרַע, caſu autem reſpondet ſequenti verbo. Sic Chaldæus הוּא יְהֵי דְּכִיר *Illud erit memor.*

Denique præfigitur etiam verbis relativè pro שֶׁ, vel אֲשֶׁר; ut,

הֶהָלְכוּ אִתּוֹ *Qui iverunt cum eo*, Joſ. 10. 24.
אֶל אֵל הֶאָמַר נָשָׂאתִי *Ad Deum, qui dicit peperci*, Job. 34. 31.
הַשָּׁבָה עִם נָעֳמִי *Quæ reverſa fuit cum Noómi*, Ruth. 2. 6.
הַהוֹשִׁיבוּ *Qui habitare ſecum fecerunt*, Eſr. 10. 17.
הַנִּמְצְאוּ פֹּה *Qui inveniuntur hîc*, 1. Chron. 29. 17.

CAPUT VI.

De Syntaxi Pronominis ſeparati cum Nomine.

PRonominis ſeparati adjectivè uſurpati Syntaxis, non malè vulgò ſub Nominum Syntaxi comprehenditur. Nam iisdem legibus cum ſubſtantivo convenit, quibus adjectivum nominale. Habent tamen Pronomina hæc ſpecialia, quæ deinceps ſeparatim hîc perſequemur.

REGULA PRIMA.

Pronomen ſeparatum adjectivè ſumptum, ſubſtantivo ſubjungitur cum præfixo ה, majoris emphaſis causâ: ut,

יוֹם הַהוּא *De iſto, Mich.* 7. 12. *q. d.* die eo ipſo.
בָּעֵת הַהִיא *In tempore eo ipſo, Gen.* 21. 22.
אֶת־הַבַּיִת הַזֶּה וְאֶת־הָעִיר הַזֹּאת *Domum hanc & urbem hanc, Jer.* 26. 6.
דַּבֵּר אֶל־הַנַּעַר הַלָּז *Loquere ad puerum iſtum, Zach.* 2. 4.
מִי הָאִישׁ הַלָּזֶה *Quis vir iſte, Gen.* 24. 65.
הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *Verba iſta, Gen.* 44. 6.

Excipe; בַּלַּיְלָה הוּא *Nocte ipsâ, Gen.* 30. 16. 1. *Sam.* 19. *v.* 10. *pro* הַהוּא.

Absq;

v. 2. בְּקִרְיַת הָאַרְבַּע *In Kirjath-arba*, *Nehem.* 2. *v.* 25. אָמַר הַקֹּהֶלֶת *Dicit Kohéleth*, *Eccl.*12.8.ubi Verbum maſculinum & Nomen fœmininum, idemque proprium. Sed *Kohéleth* non eſt hîc nomen proprium Salomonis, ſed cognomentum ejus ratione officii. Genus autem fœmininum volunt Hebræi reſpectum habere ad נֶפֶשׁ vel חָכְמָה, *q. d. Anima vel Sapientia Salomonis congregans*; nempe, *populum convocans & colligens ad audiendum*; unde à Græcis redditum, ἐκκλησιαςὴς *Eccleſiaſtes, qui ſc. ſermonem habet ad populum in Eccleſia collectum.* Sed & Adami, primi hominis nomini proprio, adjunctum volunt in primo capite libri primi Moſis: ut, *Et creavit Deus* אֶת־הָאָדָם *Adamum*, *Gen.* 1. *v.* 27. וְהָאָדָם Et *Adamus*, &c. At *Adam* eſt appellativum, *Homo*; quia autem primus homo non nominatur alio nomine proprio, ideò ſimul cenſetur ejus fuiſſe nomen proprium. Fit autem ſæpiùs, ut nomina propria, quæ aliquando appellativa fiunt, cum articulo uſurpentur. Aben Eſra tamen alicubi putat myſterium ſubeſſe.

Quòd denique Nomina cum Affixis conjuncta, ה *hajediha* non accipiunt, ejus ratio eſt, ſcribit Kimchi, *quòd ipſum Affixum Nominis notitiam indicat, unde redundabit* ה *notificativum.* Attamen לְרוֹב הַהוֹדָעָה *ad ampliorem notitiam* & emphaſin, paucis quibusdam pleonaſticè adjunctum reperitur: ut, בְּתוֹךְ הָאָהֳלִי *In medio iſtius tentorii mei*, *Joſ.* 7. *v.* 21. וְהַחֶצְיוֹ *Et aliud illud dimidium ejus*, *Joſ.* 8. *v.* 33. וְנָתַן אֶת־הָעֶרְכְּךָ *Et dabit iſtam æſtimationem tuam, Levit.* 27. *v.* 23. הֶהָרוֹתֶיהָ *Ipſas prægnantes ejus*, 2. *Reg.* 15. *v.* 16. בֶּעָרֵנוּ *In illis civitatibus noſtris*, *Eſræ* 10. *v.* 14. ubi ב eſt cum Sægol, ad indicandum excluſum ה, uti & in illo; כַּגְּבִרְתָּהּ *Sicut heræ ſuæ*, *Jeſa.* 24. 2. Sic autem ה excludi, traditur infrà capite 20. vide illic.

אָנֹכִי הָאֵל בֵּית־אֵל *Ego* (ſum) *Deus Bethelis, Geneſ.31. v.13.*
וְעֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע *Et arbor ſcientiæ boni & mali, Gen.2. v.9.*
וְאֵת כָּל־הַמַּמְלְכוֹת הָאָרֶץ *Et omnibus regnis terræ, Jer. 25. 20.*
אֶת־הַיְתַד הָאֶרֶג *Cum paxillo ipſo texturæ, Jud. 16. 14.*
כְּכֹל הַתֹּעֲבוֹת הַגּוֹיִם *Juxta omnes abominationes gentium, 1. Reg. 14. 24.*
וְרָאוּ אֶת הָאֶבֶן הַבְּדִיל *Et videbunt lapidem ſtanni, Zach. 4. 9.*
אֶת הַסֵּפֶר הַמִּקְנָה *Et dedi librum emptionis,* Jer.32.12.
וְהַנְּבוּאָה עוֹדֵד הַנָּבִיא *Et prophetiam Oded Prophetæ,* 2. Chr. 15. ℣. 8.
כֹּל הָעָם הָאָרֶץ *Univerſus populus terræ, Ezech. 45. v. 16.*
הַשְּׁכוּנֵי בָאֳהָלִים *Habitantes in tabernaculis,* Judic. 8. 11.
אֶת כּוֹס הַיַּיִן הַחֵמָה *Poculum vini furoris, Jer. 25. 15.*
מֵעַל הַבָּקָר הַנְּחֹשֶׁת *De bobus æris, 2. Reg. 16. 17.*
הָאָרוֹן הַבְּרִית *Arcam fœderis, Joſ. 3. v. 14.* quorum quædam præcedenti capite per Ellipſin explicata ſunt.

Quòd etiam nomini proprio hominis non convenit, ratio eſt, *quòd illud, tanquam individui nomen, ſui notitiam per ſe ſuo nomine exhibet, ac alio ſigno opus non habet,* ſcribit idem Kimchi in Michlol fol. 54. Irregularia itaque ſunt; לְהַקּוֹץ *Kotzo, 1. Paralip. 24. v. 10.* quod Santes reddit *Hakkotzo*, quaſi ה ad ſubſtantiam ipſius Nominis pertineat: Sic, לְהַפִּצֵּץ *Pitzetzo, v. 15.* ubi ſimiliter Santes ה ad ipſum nomen addit. Item, הָאֲרַוְנָה הַיְבוּסִי *Arauna Jebuſæus, 2. Sam. 24. v. 16.* ubi Kimchi in Commentariis obſervavit, præter morem ה nomini proprio additum, ac (ſcribit) fieri poteſt, ut ſit nomen aliquod appellativum: לַחֲצִי שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה *Dimidiæ tribui Menaſſe, Joſ. 1. v. 12.* quod eſt pro הַמְּנַשִּׁי *Menaſchiticæ,* cujus formæ nomina gentilia ibidem præcedunt. Huic ſimile; בְּתוֹךְ הַנַּחַל הַגָּד *In medio torrentis Gad, 2. Sam. 24. v. 5. pro* הַגָּדִי *Gaditarum:* Item, אֶרֶץ הַמָּגוֹג *Terram Magog, Ezech. 28. v. 2.*

nes. 6. *v.* 19. quod & aliter הֵחִי *Levit.* 16. *v.* 20. *&* הֵחַי *Levit.* 13. *sæpiùs.*

Ante gutturalem (non א) cum Kametz notatam, habet Sægol euphoniæ causâ, ne duo Kametz concurrant: ut,

הֶהָמוֹן *Copia ista,* 1. *Sam.* 14. 6.

הֶחָרָשׁ *Artifex, Jerem.* 24. 1.

לְבָבָם הֶעָרֵל *Cor illorum incircumcisum, Levit.* 26. 41.

Nomina gentilitia hîc similia sunt aliis Nominibus appellativis, unde & cum hoc articulo usurpantur: ut, הָעִבְרִי *Hebræus,* הָאֱמֹרִי *Emoræus, &c.* Si hujusmodi Nomen ex duabus vocibus compositum sit, quandoq; divellitur, & ה præfigitur secundæ sive posteriori voci: ut, אֲבִי הָעֶזְרִי *Abhiesrita, Jud.* 6. *v.* 11. *ex* אֲבִיעֶזֶר: Sic, בֵּית הָאֱלִי *Beth-elita,* 1. *Reg.* 16. *v.* 34. בֵּית הַלַּחְמִי *Beth-lachmita,* 1. *Sam.* 16. 1. בֵּית הַשִּׁמְשִׁי *Beth-schimschita,* 1. *Sam.* 6. *v.* 14. בְּבֵית לְעַפְרָה *In Betaphra, Mich.* 1. 10.

Cum Nominibus propriis locorum: ut, אֶת־הָעַי *Hajum, Jos.* 7. 2. בַּקַּרְקֹר *In urbe Carcor, Jud.* 8. 10. מִן־הַשִּׁטִּים עַד־הַגִּלְגָּל *A Sittim Gilgalem usq;, Mich.* 6. 5. עָרֵי הַגִּלְעָד *Urbes Gilhad, Jos.* 13. 25. הַיַּרְדֵּן *Jarden fluvius,* & similia.

Quòd Pronominibus tertiæ personæ additur, id simile est his Latinis: *Ipse ille animus idem meus: Illa ipsa rerũ humanarum domina fortuna: Ad hunc eum ipsum: Hunc eum ego rejeci: Huic illi legato: Hunc istum otii & pacis hostem:* & similia, quæ apud Cic. & alios authores passim occurrunt.

Quòd Nomini substantivo constructo non additur, ratio est, scribit Kimchi in Michlol fol. 65. *quòd alterum substantivum prioris declaratio & quasi notificatio est, unde altero signo, nempe* ה *notificativo, opus non habet.* Quandoq; tamen Nomini constructo additum reperitur; ut,

junguntur, nunc alterutri, nunc utrique præfigitur, & tunc adjectivo superlativi vim accedere quidam tradunt, quod tamen ubiquè non convenit, neque ab Interpretibus semper est observatum. Deniq; præfigitur etiam Pronominibus separatis tertiæ personæ: ut,

הַמַּיִם *Aquæ istæ, τὸ ὕδωρ,* הַיַּבָּשָׁה *Arida illa, ἡ ξηρά, Gen. 1. 9.*

אֶל הַנַּעַר הַלָּז *Ad puerum istum, Zach. 2. 14.*

הָהָר הַטּוֹב הַזֶּה *Montem optimum hunc, Deuteron. 3. vers. 25.*

Ex litera cum Scheva notatâ, Dagesch sæpè excidit: ut,

אֶל־הַכֹּהֲנִים הַלְוִיִּם *Ad sacerdotes Leviticos, Deuter. 17. v. 9.*

הַיְקָרִים *Pretiosi, Thren. 4. 2.*

Attamen ' schevatum ante gutturalem, retinet Dagesch: ut, הַיְּעֵלִים *Rupicapræ, 1. Sam. 24. 3.* הַיְּהוּדִים *Judæi,* לַיְּהוּדִים, in historia Esther. Excipe duo; כַּיְעֵנִים *Sicut ululæ, Thren. 4. 3.* Item, הַיְאוֹר & הַיְאוֹרִים *Rivi.*

Ante gutturales ה & ח frequentissimè retinet Pathach, Dagesch abjecto: raro ante alias: ut,

בִּרְבִיעִית הַהִין *Cum quarta parte Hin, Num. 15. 4.*

אַחֲרֵי הַהֶבֶל *Post vanitatem, Jer. 2. 5.* Sic; הַהוּא *Ille ipse:* הַהִיא *Illa ipsa.*

מִן הַחֵרֶם *De anathemate illo, Jos. 7. 1.* Sic; הַעִוְרִים *Cæcos, 2. Sam. 5. 6.*

Sæpè tamen Dagesch compensatur in universum, per Kametz, ut & ante ר: ut,

הָעֶבֶד הָעִבְרִי *Servus Hebræus ille, Gen. 39. 17.*

בַּעַל הַחֲלֹמוֹת *Dominus somniorum, Genes. 37. v. 19.* Sic; הָרָקִיעַ *Expansum,* הָרְשָׁעִים *Improbi,* הָהֵם *Ipsi,* הָאֵלֶּה *Illi,* הָהֵנָּה *Ipsæ.*

Ante Nomina monosyllaba, & ab א inchoata, semper habet Kametz: ut,

הָאָדָם, הָאָרֶץ, הָהָר, הָעָם, *&c.* Sic הָחַי *Vivens, Genes. 6.*

REGULA PRIMA.

Præfixa שֶׁ *&* הַ conveniunt Nominibus, Pronominibus & Participiis, in omni genere numero & casu, sequente post utrunque Dagesch. Primò שֶׁ: ut,

שֶׁתַּקִּיף מִמֶּנּוּ *Qui valentior* est *ipso, Eccles.* 6. 10.
שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ זָכַר לָנוּ *Qui in abjectione nostra recordatur nostri, Psal.* 136. *v.* 23.
כַּרְמִי שֶׁלִּי *Vinea mea quæ erat mihi, Cant.* 1. 6.

Ante gutturales purum Sægol manet, sine compensatione Dagesch excidentis.

שֶׁעֲמָלוֹ בְּחָכְמָה *Cujus labor est cum sapientia, Eccles.* 2. *v.* 21.
שֶׁהַנְּחָלִים הוֹלְכִים שָׁם *Quo flumina ipsa eunt illuc, Eccl.* 1. *v.* 7.

Raro cum Scheva: ut,

שְׁהוּא עָמֵל *Quo ipse laborat, Eccles.* 2. 22. Sic, שְׁהֶם *Quòd ipsi, Eccles.* 3. *v.* 18.

Semel cum Kametz loco Sægol: ut, שָׁאַתָּה *Qui tu, Jud.* 6. 17. Vide & in Syntaxi Conjunct. cap. 21.

Præfixi ה usus longè est frequentissimus; jungiturque Nominibus substantivis & adjectivis, propriis locorum, gentilibus & patronymicis, iisque semper integris, nunquam autem constructis, aut cum Affixis conjunctis. Nomina etiam propria virorum illud non recipiunt. Valet Articulum, quo Hebræi plurimùm ante Nomina delectantur, ut & Græci, non item Latini. Plerumque emphasin denotat, & ad rem certam ac notam usurpatur, unde הֵא הַיְדִיעָה *He cognitionis sive notificativum*, ab Hebræis vocatur: sæpè sine emphasi & ex more linguæ tantùm adhibetur, & quidem non raro pleonasticè ad luxuriem usq;, eam tamen elegantem & suavem. Cùm substantivum & adjectivum con-

עִיר תְּהִלָּתָה *Civitas laudis*, *Jer.* 49. 25. quod juxta Masorethas scribitur cum ה redundante pro תְּהִלַּת.

עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *Robur meum & canticum* est *Dominus*, *Ps.* 118. v. 14. *pro* זִמְרָה.

אִם־אֶתֵּן שְׁנַת לְעֵינָי *Si dem somnum oculis meis*, *Psal.* 132. 4. *pro* שֵׁנָה.

נַחֲלָת שָׁפְרָה עָלָי *Possessio speciosa* contigit *mihi*, *Psal.* 16. 6. *pro* נַחֲלָה.

יִתְרַת עָשָׂה *Residuum fecit*, *Jer.* 48. 36. *pro* יִתְרָה.

לְמָּחֳרָת *In crastino*, *Jon.* 4. 7. Item, מְנָת & מִקְצָת quæ suprà initio cap. 3. in explicatione Kametz adducta sunt.

Sunt qui adjuncto Affixo hanc formam compleant: ut, עֶזְרָתְךָ *Auxilium tuum*, תְּהִלָּתִי *Laudis meæ*, זִמְרָתִי *Psalmus meus*, שְׁנָתָם *Somnum suum*, vel שְׁנָתִי *Somnum meum*, נַחֲלָתִי *Possessio mea*, מְנָתִי *Pars mea*. Hanc explicationem Ab. Esra Ps. 118. 14. prolixè refutat; cùm non possit ubique habere locum, ut in illo; מְנָת הַמֶּלֶךְ *Portionem regis*, 2. *Paral.* 31. 3. Unde satius esse putat explicari hæc per Ellipsin, subintellecto nomine posteriore, ut est illud: שִׁכְרַת וְלֹא מִיָּיִן *Ebria sed non ex vino*, *quod suprà adductum*: Sic, עָזִּי וְזִמְרָת עָזִּי *Robur meum & canticum roboris mei est Jah*, *Exod.* 15. 2.

CAPUT V.

De Syntaxi Pronominum cum Nominibus, & primò Præfixorum.

ANTEQUAM specialem separatorum Pronominum Syntaxin ostendamus, præmittendus erit usus Præfixorum Pronominum, sine quo illa plenè intelligi non potest.

REGU-

מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *Plagâ ſine receſſione*, *Jeſa.* 14. 6. *pro* מַכָּה.
חכמת וָדַעַת *Sapientia & ſcientia*, *Jeſa.* 33. 6. *pro* חָכְמָה.
שִׁפְעַת אֲנִי רואה *Agmen ego video*, 2. *Reg.* 9. *verſ.* 17. *pro* שִׁפְעָה.
מְזוּזַת רְבֻעָה *Poſtis quadratus*, *Ezech.* 41. 21. *pro* מְזוּזָה.
חַלַּת מַצָּה אַחַת *Placentam azymam unam*, *Levit.* 8. *v.* 26. *pro* חַלָּה.
חֲמַת לָמוֹ *Venenum eis*, *Pſalm.* 58. 5. *pro* חֵמָה.
אַל־תִּתְּנִי פוּגַת לָךְ *Ne des requiem tibi*, *Thren.* 2. 18. *pro* פוּגָה.
עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה *Vitula trima*, *Jeſ.* 15. *v.* 5. *al.* 10. *pro* עֶגְלָה.
גִּילַת וְרַנֵּן *Exultatione & cantu*, *Jeſa.* 35, 2. *pro* גִּילָה.
צִיצַת נֹבֵל *Flos decidens*, *Eſa.* 28. 4.

In his juxta Kimchium eſt Enallage conſtructi pro abſoluto: at Aben Eſra pleraq; per Ellipſin poſterioris ſubſtantivi explicat, *ut*, בְּמִזְרְקֵי כֶסֶף *In crateribus argenti vel auri*, מַכַּת יָד *Plagâ manus Domini*, שִׁפְעַת עָם *Agmen populi, &c.* ut & ſuprà in Ellipſi notatum eſt. Alii volunt eſſe formam peculiarem nominum, deſinentium in forma abſolutâ in ת, præcedente vel Pathach, vel Kametz.

Porrò huc referri poteſt; רַבַּת שָׂבְעָה לָּהּ *Multùm ſaturata eſt ſibi*, *Pſalm.* 123. *v.* 4. *pro* רַבָּה *hoc eſt*, עֵת רַבָּה *Tempore plurimo, longoq;.* Item, עַל־נְגִינַת *Ad pulſationem*, *Pſal.* 6. *v.* 1. עַל־מָחֲלַת *Ad Machalat*, *Pſal.* 88. 1.

Præterea per hanc Enallagen etiam Kimchi pleraque ea explicat, quæ formam conſtructam habent ſequente literâ ſervili: ut, כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *Secundùm lætitiam in meſſe*, *Jeſa.* 9. 3. vide ſuprà.

Denique huc referuntur quædam à Kimchio (in Michlol pag. 16.) quæ in Thau deſinunt ad formam conſtructorum, ſed præcedente Kametz: ut,
עֶזְרָת מִצָּר *Auxilium de anguſtia*, *Pſal.* 60. 13. *pro* עֶזְרָה.

תהלתה

אֲפָסִים *Per aquas illas, aquas,* inquam, *talorum*, *Ezech.* 47. 3. Sic etiam ea explicat, quæ ה adjunctum habent: כָּל הָעָם עַם הָאָרֶץ *Omnis populus, populus inquam terræ, &c.* Sic intelliges etiam Gen. 31. 13. Nam articulus ה Nomini constructo non additur, ut videbitur capite sequente.

E contrario sæpè reperitur Enallage constructi pro integro: ut,

מֵי הַמָּרִים *Aquæ amaræ*, Num. 5. ℣. 18. pro מַיִם.

כְּיֵין הַטּוֹב *Sicut vinum optimum*, pro כְּיַיִן, Cantic. 7. ℣. 10. vel est per Ellipsin substantivi posterioris: *Sicut vinum hujus vel illius loci optimum*: ut alibi; כְּיֵין לְבָנוֹן *Ut vinum Libani*, Hos. 14. ℣. 8.

אַנְשֵׁי בְנֵי־בְלִיַּעַל *Viri filii Beliabal, Judic.* 19. *v.* 12. *pro* אֲנָשִׁים.

חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים *Fenestras prospectui accommodas*, 1. *Reg.* 6. *v.* 4. *pro* חַלּוֹנִים.

אַדִּירֵי כָּל חֶפְצִי בָם *Et fortes, in quibus est omnis delectatio mea*, Psal. 16. ℣. 3.

בְּיַד כָּל־נְבִיאֵי *Per manus omnium prophetarum*, 2. *Reg.* 17. *v.* 13. pro נְבִיאִים.

תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין *Ponetis fines sermonibus*, *Job.* 18. *vers.* 2. pro קִנְצִין.

מַלְאֲכֵי רָעִים *Nuncii mali*, *Psal.* 78. 49. pro מַלְאָכִים.

תִּטְּעִי נִטְעֵי נַעֲמָנִים *Plantabis plantationes pulchras*, *Jesa.* 17. *v.* 10. *pro* נְטָעִים.

אֲרוֹן אֶחָד *Arcam unam*, 2. *Reg.* 12. 10. pro אָרוֹן.

וַתֵּרֶא אַנְשֵׁי מְחֻקֶּה *Et vidit viros depictum*, *Ezech.* 23. 14. *pro* אֲנָשִׁים *hoc est*, quemlibet virorum depictum; quam locutionem distributivam anomalia numeri indicat, ut suprà explicatum est.

הַשֹּׁתִים בְּמִזְרְקֵי יַיִן *Bibentes in phialis vinum*, *Amôs* 6. *v.* 6. *pro* בְּמִזְרָקִים.

Ex fœmininis sunt,

חֲמַת אַפּוֹ *Excandeſcentiam iræ ſuæ, Jeſa.* 42. *v.* 25. quod etiam Kimchi explicat per Ellipſin Præpoſitionis בּ, *pro* בְּאַפּוֹ In ira ſua.

וְעַנְוָה צֶּדֶק *Et manſuetudinis juſtitiæ, Pſal.* 47. 5. quod Kimchi ſcribit poſſe explicari per Ellipſin copulativæ ו, pro עֲנָוָה וָצֶּדֶק *Manſuetudinis & juſtitiæ.*

יֵין תַּרְעֵלָה *Vinum horroris, Pſal.* 60. 5.

אֲדֹנָי יֱהוִֹה צְבָאוֹת *Domine Deus exercituum, Pſalm.* 69. *v.* 7. Gloſſa Kimchi ad hunc locum: *Scribitur nomen Dei per Jod, He, Vau, He, ſed legitur* אֱלֹהִים *quod hîc in forma abſoluta ponitur pro conſtructa.*

אֲמָרִים אֱמֶת *Eloquia veritatis, Prov.* 22. 21.

טַלְטֵלָה גָּבֶר *Migratione viri, Jeſa.* 22. 17.

אֲסֵפָה אַסִּיר *Congregatione vincti, Jeſa.* 24. 22.

אֶת־כּוֹס הַיַּיִן הַחֵמָה *Calicem vini furoris, Jer.* 25. *v.* 15.

סִיגִים כֶּסֶף *Scoriæ argenti, Ezech.* 22. *v.* 18.

בְּאֵלִים הַשְּׁעָרִים *Ad limina portarum, Ezech.* 40. 38.

כֹּל הָעָם הָאָרֶץ *Univerſus populus terræ, Ezech.* 45. *v.* 16.

בְּמַיִם מַיִם בִּרְכָּיִם *Per aquas, aquas genuum, Ezech.* 47. *v.* 4.

דְּבָרִים נִחֻמִים *Verba conſolationum, Zach.* 1. 13. *& ſi quæ ſunt plura.*

Hæc Kimchi in Michlol folio 14. & paſſim in Commentariis, per Ellipſin exponit, ſubaudito Nomine conſtructo: ut, סִיגִים סִיגֵי כֶּסֶף הָיוּ *Scoriæ, ſcoriæ argenti fuerunt:* אֲמָרִים אִמְרֵי אֱמֶת *Eloquia, eloquia, inquam, veritatis; & ſic deinceps.* Neque id omnino abs re. Nam tales locutiones integræ reperiuntur: ut, אֵלֶּה פְקוּדֵי הַמִּשְׁכָּן מִשְׁכַּן הָעֵדֻת *Iſta ſunt numerata tabernaculi, tabernaculi, inquam, teſtimonii, Exod.* 38. *v.* 21. הַמָּקוֹם מְקוֹם מִקְנֶה *Locus ille, locus* erat *pecoris, Num.* 32. *v.* 1. הָאָרֶץ אֶרֶץ מִקְנֶה הִיא *Regio iſta regio pecuaria eſt, ibid. verſ.* 4. עַל־הַזָּקָן זְקַן אַהֲרֹן *Super barbam, barbam,* inquam, *Aharonis, Pſal.* 133. *v.* 2. בְּמַיִם מֵי

אפסים

rivos aquarum, Psal. 1. 3. *hoc est,* עַל אַחַד פַּלְגֵי מַיִם ad aliquem rivorum aquæ, juxta Ab. Esram.

וְעַל־עַיִר בֶּן־אֲתֹנוֹת *Et super pullum, natum asinarum, Zach.* 9. *v.* 9. *hoc est,* בֶּן אַחַת הָאֲתֹנוֹת Pullo ex una asinarum.

וּכְתַבְתָּם עַל מְזוּזֹת בֵּיתֶךָ Et inscribes ea super postibus domus tuæ, Deut. 6. h. e. super uno postium.

יָרַד אֶל־יַרְכְּתֵי הַסְּפִינָה *Descendit ad latera navis, Jon.* 1. *v.* 5. *hoc est, ad unum è lateribus.* Hujus generis sunt; Latrones exprobaverunt ei, *Matth.* 27. 44. *pro,* alteruter è latronibus, *ut exponitur Luc.* 23. 39. Item, Scriptum est in Prophetis, *Joh.* 6. 45. *h.e.* in aliquo Prophetarũ.

Ad *Pleonasmum* pertinet duorum synonymorum rectib: exempla vide paulò antè.

ENALLAGE nominis absoluti sive integri pro constructo: ut,

טוּרִים אֶבֶן *Ordines lapidis, Exod.* 28. 17.

אֲשֵׁרָה כָּל־עֵץ *Lucum ullius arboris, Deut.* 16. 21.

הָאָרוֹן הַבְּרִית *Arcam fœderis, Jos.* 3. 14.

לְאַדִּירִים עָם *Magnificis populi, Jud.* 5. *v.* 13. *quod Kimchi per Ellipsin Præpositionis explicat, pro* לְאַדִּירִים בָּעָם Magnificis in populo.

אֵיפָה שְׂעֹרִים *Modus hordeorum, Ruth.* 2. 17.

אֵלִים צָמֶר *Arietes lanæ,* 1. *Reg.* 3. 4.

שְׁנֵי טוּרִים רִמֹּנִים *Duo ordines malogranatorum,* 1. *Reg.* 7. 42.

לֶחֶם לַחַץ וּמַיִם לַחַץ *Cibo oppressionis & aquâ oppressionis,* 1. *Reg.* 22. 27.

וַיָּצַר כִּכָּרַיִם כֶּסֶף *Et ligavit duo talenta argenti,* 2. *Reg.* 5. *v.* 23.

סְאָה סֹלֶת *Satum similæ,* 2. *Reg.* 7. 1.

מֵעַל־הַבָּקָר הַנְּחֹשֶׁת *De bobus æris,* 2. *Reg.* 16. 17.

בִּמְצִלְתַּיִם נְחֹשֶׁת *In cymbalis æris,* 1. *Par.* 15. 19.

עֲוֹן פְּלִילִים *Iniquitas judicum, id est,* judicialis, judicibus dijudicanda, Job. 31. 11.

שִׁפְטוּ יָתוֹם רִיבוּ אַלְמָנָה *Judicate pupillum, contendite viduæ, Jes. 1. v. 17. scilicet* מִשְׁפַּט יָתוֹם judicium pupilli, רִיב אַלְמָנָה causam viduæ agite.

וְאֹהֲבֵי אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים *Et amantes sunt lagenarum uvarum, Hos. 3. v, 1. hoc est*, יֵין עֲנָבִים vini uvarum, sive ex uvis expressi.

הָאֹהֱלָה שָׂרָה pro הָאֹהֱלָה אֹהֶל שָׂרָה In tentorium, tentorium inquam, Saræ, Gen. 24. 67.

Tertiò, est quandoque Ellipsis substantivi posterioris: ut,

עֲנִיָּה וּשְׁכֻרַת וְלֹא מִיָּיִן *Afflicta & ebria, sed non ex vino, Jes. 51. v. 21. pro* וּשְׁכֻרַת צָרוֹת Ebria afflictionibus, *aut* רָעוֹת malis, vel simile, ut Ab. Esra & Kimchi notant.

הַשֹּׁתִים בְּמִזְרְקֵי יַיִן Qui bibunt in vel è crateribus vinum, h. e. בְּמִזְרְקֵי כֶסֶף אוֹ זָהָב è crateribus argenteis vel aureis, Amos 6. 6. juxta Ab. Esram.

אַל־תִּתֵּן לְחַיַּת נֶפֶשׁ תּוֹרֶךָ *Ne tradas catervæ, animam turturis tuæ, Psal. 74. 19. scilicet* לְחַיַּת הָאֹיְבִים Catervæ inimicorum, ut Kimchi supplet, vel juxta Aben Esram לְחַיַּת הַשָּׂדֶה Bestiæ agri.

מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *Percussio sine aversione, Jesa. 14. 6. hoc est*, מַכַּת יָד Percussione manus indesinente, juxta Aben Esram. At Kimchi in Com. scribit, non esse constructum, sed ת esse loco ה, pro מַכָּה. Vide itaque plura his similia mox in Enallage.

Quartò, adjectivi distributivi אֶחָד vel אַחַת: ut,

וַיִּקָּבֵר בְּעָרֵי גִלְעָד *Et sepultus est in urbibus Gilhad, Jud. 12. 7. hoc est*, בְּאַחַת עָרֵי In aliqua urbium.

בִּשְׁתַּיִם תִּתְחַתֵּן בִּי הַיּוֹם *Per duas affinitate conjunges te mecum hodiè, 1. Sam. 18. 21. hoc est*, בְּאַחַת מִשְׁתַּיִם Per alteram è duabus. Et sic Targum, בַּחֲדָא מִתַּרְתֵּין.

וְהָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל עַל פַּלְגֵי מָיִם *Eritq; sicut arbor plantata ad*

rivos

Secundò, quum simpliciter substantivum prius deficit, quod commodè subaudiendum: ut,

וְכָל הָאָרֶץ בָּאוּ מִצְרַיְמָה *Et omnis terra veniebant in Aegyptum*, pro, וְכָל אַנְשֵׁי הָאָרֶץ *Et omnes viri terræ*, Genes. 41. ℣. ult.

בֹּורַחַת כָּל הָעִיר *Fugit omnis civitas*, h. e. *omnis populus civitatis*, Jer. 4. 29.

כִּי־נֶפֶשׁ הוּא חֹבֵל *Nam animam ipse pignore acciperet*, *Deut.* 24. 6. *hoc est*, חַיֵּי נֶפֶשׁ vitam animæ sive corporis, *id est*, quæ ad vitæ sustentationem pertinent, ut Kimchi in Michlol, & Ab. Esra in Com. exponunt.

כִּי נְגִידִים אֲדַבֵּר *Quia principes eloquar*, *Proverb.* 8. *v.* 6. *scil.* דִּבְרֵי Verba principum. Vide & Prov. 22. ℣. 20.

הָעָם הַזֶּה יְרוּשָׁלִַם Quare rebellis est populus iste (populus) Jerusalem, Jer. 8. 5.

כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה *Nam homo, arbor agri*, *Deut.* 20. 19. *hoc est*, חַיֵּי הָאָדָם Vita hominis arbor agri est, *id est*, ex fructibus arborum etiam sustentatur, ideoque non sunt perdendæ aut succidendæ arbores.

וְהָיוּ בְּאֹכְלֵי שֻׁלְחָנֶךָ *Eruntq; inter comedentes mensæ tuæ*, 1. *Reg.* 2. *v.* 7. *hoc est*, בְּאֹכְלֵי לֶחֶם Inter comedentes cibum mensæ tuæ.

וַיָּמָד שֵׁשׁ שְׂעֹרִים *Et mensus est sex hordea*, *Ruth.* 3. 25. *hoc est*, שֵׁשׁ מִדּוֹת sex mensuras hordeorum.

אִכְלוּ אִישׁ־גַּפְנוֹ וְאִישׁ תְּאֵנָתוֹ *Comedite quisq; vitem suam*, & *quisq; ficum suam*, 2. *Reg.* 8. 3. *hoc est*, פְּרִי גַפְנוֹ fructum vitis suæ, & fructum ficus suæ.

וַיֹּאכְלוּ אֶת־הַמּוֹעֵד *Et comederunt solennitatem*, 2. *Par.* 30. 22. *hoc est*, זִבְחֵי הַמּוֹעֵד sacrificia solennitatis.

וַתִּלְבַּשׁ אֶסְתֵּר מַלְכוּת *Et induta fuit Esther regno*, *Esth.* 5. 1. *id est*, בִּגְדֵי מַלְכוּת indumentis regni.

הִנֵּה בִטְנִי כְּיַיִן *Ecce venter meus est*, *sicut vinum*, *Jes.* 32. *v.* 19. *id est*, כְּאוֹב הַיַּיִן Sicut uter vini.

אלמנה

num, & Nomen quod fœmininum est. Vel, ut Kimchi & R. Levi explicant, קוֹל הָרִנָּה *Vox clamoris, hoc est, clamans.*

לֵץ הַיַּיִן הֹמֶה שֵׁכָר *Derisor est vinum, tumultuatur potus inebrians, Prov.* 20. 1. *id est*, Vir vini, Vir potui inebriativo deditus, *hoc est*, vinolentus, ebriosus.

וְהִיא כְּחֶתֶף תֶּאֱרֹב *Etiam ipsa tanquam præda insidiatur, Proverb.* 23. 28. *hoc est*, tanquam vir prædæ, prædator.

אַל־תְּבוֹאֵנִי רֶגֶל גַּאֲוָה *Ne invadat me pes superbiæ, Psal.* 36. v. 12. *hoc est*, Viri superbiæ, superbi.

פִּי רָשָׁע וּפִי מִרְמָה *Os improbi & os doli, Psalm.* 109. v. 2. *hoc est*, vir doli, id est dolosi.

אֲנִי שָׁלוֹם *Ego* (sum) *pax, Psal.* 120. v. 7. *hoc est*, vir pacis, pacificus, pacis studiosus.

וַאֲנִי תְפִלָּה *Ego autem eram oratio, Psal.* 109. 4. *hoc est*, vir orationis, vir orationi deditus, orans.

כֶּאֱסֹף קָצִיר קָמָה *Sicut colligit messis segetem, Jesa.* 17. v. 5. *hoc est*, vir messis, messor.

כִּי חֲמוּדוֹת אָתָּה *Nam desideria es, Dan.* 9. 23. *hoc est*, vir desideriorum, desideratissimus.

וְאַף־כִּי הַיַּיִן בֹּגֵד *Quin etiam cùm vinum prævaricatur, Hab.* 2. 5. *hoc est*, vir vini, vir vino deditus.

תּוֹעֵבָה יִבְחַר בָּכֶם *Abominatio eliget vos, Jes.* 41. 24. *hoc est*, vir abominationis, abominabilis, ubi Nomen fœmininum, Verbum autem mascul. est, quæ discrepantia ellipsin substantivi arguit. Sic, שִׂנְאָה odium, pro אִישׁ שִׂנְאָה Vir odii: אַהֲבָה pro אִישׁ אַהֲבָה Vir charitatis, Prov. 10. 12.

Reperitur & fœmininum אֵשֶׁת in hac locutione subauditum: ut, אִוֶּלֶת *Stultitia manibus suis destruit eam*, Prov. 14. 1. i. e. אֵשֶׁת אִוֶּלֶת *Mulier stultitiæ, stulta.*

הָאָדָם הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים *Homo ille magnus inter Anakæos, Jos.* 14. *verſ.* 15. *hoc eſt*, maximus Anakæorum, vel, inter Anakæos.

בּוֹגְדִים בְּאָדָם *Perfidi in hominibus, Proverb.* 23.28. *id eſt*, hominum perfidiſſimi.

הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *O pulchra inter fœminas, Cant.* 1.8. *hoc eſt*, pulcherrima fœminarum.

לַיִשׁ גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה *Vetus leo fortis in beſtiis, Prov.* 30. 30. *hoc eſt*, fortiſſimus beſtiarum, vel inter beſtias. Sic dicas, מִי בָכֶם *Quis inter vos, hoc eſt, veſtrùm:* הוּא לְבַדּוֹ מְלֻמָּד בְּכֻלָּם *Ipſe unus doctiſſimus omnium:* מַה בָּהֶם יִקְרֶה לוֹ *Quid vel utrum iſtorum acciderit ipſi, &c.* Hinc & illud, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν *Benedicta tu in mulieribus, Luc.* 1. *v.* 28. *hoc eſt, benedictiſſima mulierum.*

CAPUT IV.

De anomaliis in rectione Nominum.

Ellipsis prioris ſubſtantivi *primò* eſt in ea locutione, quando poſterius ſubſtantivum eſt abſtractum loco concreti, ſubaudito Nomine אִישׁ: ut,

זִמַּת אִוֶּלֶת *Machinatio ſtultitiæ, Prov.* 24. 9. *pro* אִישׁ אִוֶּלֶת *Viri ſtultitiæ, hoc eſt*, ſtulti.

שֶׁקֶר מֵזִין *Falſitas advertit, Prov.* 17. 4. *pro*, Vir falſitatis.

הִנְנִי אֵלֶיךָ זָדוֹן *Ecce me contra te, ô ſuperbia, Jer.* 50. 31. *pro*, Vir ſuperbiæ, ſuperbiſſime.

לְצַוְּארֵי שָׁלָל *Ad colla ſpolii, Jud.* 5. 30. *pro* אַנְשֵׁי *vel* בַּעֲלֵי שָׁלָל *Virorum ſpolii, ſpoliatorum.*

וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה *Et tranſivit clamor,* 1. *Reg.* 22. 26. *id eſt*, Vir clamoris, præco. Sic autem accipiendum eſſe, docet diſcrepantia generis inter Verbum, quod maſculinum, &

חָכָם אַתָּה מִדָּנִיֵּאל *Sapiens es tu præ Daniele*, Ezech. 28. 3. *hoc est*, ſapientior.

Rabbini in his locutionibus uſurpant etiam Adverbium יוֹתֵר *Magis*, ut cùm dicitur, גְּדוֹלָה תּוֹרָה יוֹתֵר מֵהַחָכְמָה *Magna* eſt *Lex magis quàm ſapientia*: חָכָם הוּא יוֹתֵר מִכֻּלָּם *Sapiens* eſt *ipſe magis quàm omnes*, & ſic Præpoſitio מִן per *Quàm* explicanda, & gradus abſolutus pro comparativo. Hinc illud, καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας, &c. *Bonum eſt tibi in vitam ingredi claudum aut mancum, quàm duas manus &c. id eſt, melius eſt tibi, quàm.* Plaut. in Rud. *Tacita mulier eſt bona ſemper, quàm loquens*, pro, melior. *Vir ingenii magni, quàm boni*, Seneca lib. 1. de ira ex Livio. Sed *Præ* Latinis etiam comparativè ſumitur: ut, *Non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed præ nobis beatus*, Cic. hoc eſt, magis quàm nos. Sic: *Immò rês omnes relictas habeo, præ quod tu velis*, Plaut. Sticho. *Parva res eſt voluptatum in vita, atq; in ætate Agenda præ quàm quod moleſtum eſt*, idem Amphit.

REGULA SEXTA.

Adjectivum ſuperlativè ſumptum, regit ablativum cum Præpoſitione ב.

Hîc exprimitur ea locutio, quâ apud Latinos Superlativi vel adjectiva partitionis regunt genitivos: unde & ב per *Inter* reddi poteſt, quaſi pro בֵּין poſitum: ut,

קָטוֹן בַּגּוֹיִם נְתַתִּיךָ וּבָזוּי בָּאָדָם *Parvum in gentibus* (vel inter gentes) *diſponam te, & contemptum in hominibus*, Jer. 49. 15. *hoc eſt*, minimum gentium, contemptiſſimum hominum.

בִּינוּ בֹּעֲרִים בָּעָם *Intelligite bruti in populo*, Pſ. 94. 8. *hoc eſt*, brutiſſimi populorum.

מְאִירַת עֵינָיִם *Illuminans oculos, ibid. v. 9. q. d.* illuminatrix oculorum.

מְשַׂמְּחֵי־לֵב *Lætificantia animum, ibid.*

Adjectiva numeralia etiam hanc ſtructuram admittunt, modo loquendi Hebræis proprio, ubi & Enallage Cardinalis pro Ordinali incidit: ut,

עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *Decas verborum, Exod. 34. v. 29. hoc eſt, decem verba, decalogus.*

עֲשֶׂרֶת מֹנִים *Decade vicium, Geneſ. 31. 7. hoc eſt,* decem vicibus.

לְתִשְׁעַת הַמַּטּוֹת *Novenario tribuum, Joſ. 14. v. 2. hoc eſt,* novem tribubus.

בֶּן־שְׁמֹנַת יָמִים יִמּוֹל *Filius octonarii dierum circumcidetur, Gen. 17. 12. hoc eſt,* octo dierum, & ſic deinceps.

REGULA QUINTA.

Adjectivum comparativè ſumptum, regit ablativum cum Præpoſitione מִן, quæ per *Præ* comparationis ſignificatu exponitur: ut,

טוֹבִים הַשְּׁנַיִם מִן הָאֶחָד *Boni duo præ uno, Eccleſ. 4. 9. id eſt,* meliores prę, quàm, magis quàm unus, meliores uno.

הֲטוֹבִים מִן־הַמַּמְלָכוֹת הָאֵלֶּה *An boni ſunt præ regnis iſtis? Amos 6. 2. hoc eſt,* meliores.

גָּדוֹל יִהְיֶה כְּבוֹד הַבַּיִת הַזֶּה הָאַחֲרוֹן מִן־הָרִאשׁוֹן *Magna* (erit) *gloria domus hujus poſterioris præ priori illa, Hag. 2. v. 10. hoc eſt,* major, præſtantior quàm prioris.

Sæpiùs autem Præpoſitio hæc, ipſi ſubſtantivo in eandem dictionem adjungitur, eliſâ literâ נ & per Dageſch compenſatâ: ut,

טוֹבָה חָכְמָה מִפְּנִינִים *Bona eſt ſapientia præ margaritis, Prov. 8. 11. hoc eſt,* præſtantior.

מדניאל

אַשְׁרֵי תְמִימֵי דָרֶךְ *Beati integri viæ*, *Psal.* 119. 1. ut apud Horat. *Integer vitæ scelerisq; purus.*

קְטֹן בָּנָיו *Minimus filiorum ejus*, 2. *Par.* 21. 17.

אַרְבָּעָה הֵם קְטַנֵּי אָרֶץ *Quatuor sunt minima terræ*, *Prov.* 30. 24.

עָרִיצֵי גוֹיִם *Ferocissimi gentium*, *Ezech.* 28. 7.

גְּדֹלֵי הָעִיר *Optimates urbis*, 2. *Reg.* 10. 6.

Adjectiva participialia: ut,

טְמֵא שְׂפָתַיִם *Immundus labiis*, *Jes.* 6. 5.

יְרֵא יְהוָה אַתָּה *Timens DOMINI tu es*, *Genes.* 22. v. 12. Sic apud Latinos; *Timens mortis*, *Metuens legum*, *Reverentior ulla Deorum.*

מְלֵא יָמִים *Plenus dierum*, *Jerem.* 6. 11.

מְלֵאֲתִי מִשְׁפָּט *Plena judicii*, *Jes.* 1. 21. cum ׳ paragogico ex speciali anomalia.

שְׂבַע יָמִים עֹשֶׁר וְכָבוֹד *Satur dierum; divitiarum & gloriæ*, 1. *Par.* 29. v. 28.

חוֹלַת אַהֲבָה *Aegra amoris*, *Cant.* 2. 5. ut apud Latinos; *Aeger animi, consilii, timoris.*

בּוֹא בְּרוּךְ יְהוָה *Ingredere benedicte DOMINI*, *Gen.* 24. 31.

חֲגֻרַת שַׂק *Accincta sacco*, *Joel.* 1. v. 8.

וְאֶת־דַּכְּאֵי רוּחַ יוֹשִׁיעַ *Et contritos spiritu servat*, *Psal.* 34. v. 19.

Legitur etiam מָלֵא חָכְמָה *Plenus sapientiâ*, Ezech. 28. 12. formâ absolutâ. Sic מָלֵא רוּחַ חָכְמָה *Plenus Spiritu Sapientiæ*, Deut. 34. 9.

Sic & Participia purè activa, cum quibus tamen Nomen adjunctum casu accusativo exponitur, cùm Latinus sermo locutionem istam Hebraicam ignoret: ut,

מְשִׁיבַת נָפֶשׁ *Restituens animam*, *Psalm.* 19. 8. *q. d.* restitutrix animæ.

מַחְכִּימַת פֶּתִי *Sapientem efficiens imperitum*, *ibid.* *quasi dicas*, institutrix imperiti.

versionem Domini, אֲשֶׁר הָפַךְ *quâ subvertit:* אֲשֶׁר אָהֵב *quo dilexit, & sic reliqua.*

Porrò hic loquendi modus Latinis etiam usitatus est: ut, *Omni spe domum reditionis sublatâ, agros exurunt,* pro, Redeundi, Cæs. lib. 1. de Bel. Gal. *Facite ut vestra auctoritas meæ auctoritati fautrix sit,* pro, Faveat, Cic. 3. Off. *Quòd si justitia est obtemperatio scriptis legibus institutisq; populorum,* Cic. 1. de Leg. *Classi propinquum reditum ac domum itionem dari,* Cic. 1. de Divin. *Quid tibi hanc aditio est?* Plaut. Truc. *Quid tibi hanc curatio est rem?* Plaut. Amph. Act. 1. *Quid tibi hanc digito tactio est?* Plaut. Pœn. *Quid illi reditio etiam huc fuit?* Plaut. Mostel.

Sic est rectio Substantivorum: Adjectivorum sequitur.

REGULA QUARTA.

Adjectiva nominalia & participialia regunt genitivum, qui Latinè etiam per ablativum exponitur.

Rectio hæc fit iisdem legibus variationis, quibus substantivorum.

Adjectiva nominalia pluralia, juxta quosdam interpretes, superlativè sumuntur: singularibus substantivum adjunctum, sæpiùs casu ablativo Latinè exponitur. Huc itaque pertinent superlativæ locutiones Latinorum, item quæ partitivè & distributivè sumuntur, ac omninò quæ copiam, curam, desiderium, notitiam, metum, crimen, aliaq; his similia & contraria significant: ut,

גְּדוֹל הָעֵצָה וְרַב הָעֲלִילִיָּה *Magnus consilio & multus opere, Jerem. 32. 19.*

נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב *Innocens manibus & purus animi, Ps. 24. 4.*

דֶּרֶךְ

Hujus generis sunt:

לְיִרְאָה אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ *Ad timendum* DOMINUM *Deum tuum, Deut.* 10. 12. יִרְאָה aliâs nomen est *Timor*, sed hîc omninò pro Infinitivo sumitur, & ibidem mox sequitur לָלֶכֶת *Ad ambulandum.* Item, וּלְאַהֲבָה אתו *Et ad amandum ipsum :* Ubi similiter אַהֲבָה formam habet Nominis, sed pro Infin. capitur. Sic juxta Kimchium, Infinit. ingreditur formam Nominis, & Nomina sibi sumunt usum Infinitivi. Infinitivus horũ Verborum potiùs esset, לִירֹא *Ad timendum*, לֶאֱהוֹב *Ad diligendum.* Neq; ה in præcedd. propriè est paragogicum, ut volunt. Nam ex terminatione Cholem cum ה paragogico dicitur; לְדָבְקָה *Ad adhærendum, Deut.* 11. 22. לְמָשְׁחָה *Ad ungendum, Exod.* 29 .39. Cholem correpto & ad primam syllabam traducto: aut dicendum, ea sic esse ex terminatione Pathach, quæ tamen Verbo יָרֵא non convenit. Reduximus tamen ea libro 1. cap. 13. ad formam Infinitivi, ratione sensus ipsorum. Deinde forma constructa & cum affixis, potiùs Nominibus convenit, quàm Verbo Infinito, ut in sequentibus exemplis:

כְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Secundum amorem* DOMINI *filios Israel, Hos.* 3. 1.

בְּשִׂנְאַת יְהוָה אֹתָנוּ *Propter odium* DOMINI *nos, Deut.* 1. 27.

בְּחֶמְלַת יְהוָה עָלָיו *Propter clementiam* DOMINI *erga eum, Gen.* 19. v. 16.

כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדוֹם *Secundum subversionem Dei Sodomam, Jesa.* 13. v. 19.

בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ *Propter amorem ejus eam, Gen.* 29. 20.

מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ *Propter timorem ejus ipsum*, 2. *Sam.* 3. 11. Hæc & similia concisè dicuntur, hoc est, Ellipticè, omisso Pronomine & Verbo Nominis: ut, *Propter sub-*

מֵיטִיבֵי צָעַד מֵיטִיבֵי לָכֶת *Benefacientes procedere, benefacientes ambulare, Prov. 30. 29. q. d.* Benefactores incessus, qui optimè & magnificè incedunt.

Quandoq; pro Infinito reperitur Participiũ; ut, בְּעֵת מוֹלִיכֵךְ *Tempore quo duxit te,* pro הוֹלִיכֵךְ, *Jer. 2. v. 17.* Futurum; בְּעֵת יָבִיא pro, בְּעֵת הָבִיא *Tempore afferendi, quo afferebat, 2. Chron. 24. v. 11.*

REGULA TERTIA.

Substantiva verbalia, tam absoluta quàm constructa, eleganter & frequenter regunt casum Verbi sui.

Usurpantur autem sic, juxta Hebræos, loco Verbi Infiniti, quod & ipsum sæpè pro Nominibus ponitur. Unde Kimchi in Michlol fol. 152. scribit: וּלְפִי שֶׁהַמָּקוֹר וְהַשֵּׁם קְרוֹבִים יָבֹא הַמָּקוֹר בְּדֶרֶךְ הַשֵּׁם וְכֵן הַשֵּׁם יָבֹא בְּעִנְיַן הַמָּקוֹר id est, *Quandoquidem Infinitivus & Nomen affinia inter se sunt, ideò venit Infinitivus pro Nomine, & Nomen pro Infinitivo: ut,*

כִּי מָלְאָה הָאָרֶץ דֵּעָה אֶת יְהוָה *Nam plena erit terra hæc cognitione DOMINUM, Jesa. 11. 9. pro* דַּעַת יְהוָה cognitione Domini, juxta Ab. Esram, *vel* לָדַעַת אֶת־יְהוָה cognoscere Dominum.

לְמַשְּׂאוֹת אוֹתָהּ מִשָּׁרָשֶׁיהָ *Ad sublationes eam à radicibus suis, Ezech. 17. 9.* pro לְהַשִּׂיא Ad tollendum.

לְמִקְרָא הָעֵדָה וּלְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת *Ad convocationem cœtum, & motionem castra, Num. 10. 2. pro* לִקְרֹא וּלְהַסִּיעַ Ad convocandum & movendum: vide etiam Deut. 10. 11.

וּמִסְפָּר אֶת־רֹבַע יִשְׂרָאֵל *Et numerum quartam partem Israelis, Num. 3. 10. pro* לְסַפֵּר numerare. Sic Kimchi in Michlol fol. 39. & 153. hæc per Infinitivum explicat.

Hujus

קִלְלַת חִנָּם *Maledictio gratis, Proverb. 26. v. 2. hoc est*, immeritæ rei.

הֵסִירֹתָ דְּמֵי חִנָּם *Et amoveas sanguines immeritò*, 1. *Reg.* 2. 31. *q. d.* sanguinem innocentiæ, innocenter & immeritò effusum.

צָרֵי יוֹמָם *Hostes interdiu, Ezechiel.* 30.16. *h. e.* diurni temporis. Similes locutiones fuerunt suprà in fine cap. 1.

REGULA SECUNDA.

Substantiva regunt Verbum infinitum, tanquam nomen Genitivi casus: ut,

בְּיוֹם עֲשׂוֹת *In die facere, vel, faciendi, Genes.* 2. *v.* 4. *q. d.* factionis, *hoc est*, quâ die fecit.

בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים *In diebus judicare judices, Ruth.* 1. *v.* 1. *q. d.* judicationis judicum, *h. e.* quibus judicabant ac regebant rempublicam Israelis judices.

כִּימֵי צֵאתְךָ *Juxta dies egredi te, Mich.* 7. 15. *q. d.* egressionis tuæ, *ut LXX. reddunt*, κ̀ τὰς ἡμέρας τῆς ἐξοδίας σου.

לְיוֹם קוּמִי *In die surgere me, Soph.* 3. 8. ἐν ἡμέρᾳ ἀναστάσεώς μου In die resurrectionis meæ.

לְעֵת בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *Tempore occumbere solis: Jos.* 10. *v.* 27. *q. d.* Occubitus solis: Sic עֵת סְפוֹד *Tempus plangendi, Ecclesi.* 3. *v.* 4. *id est*, planctus.

בִּשְׁנַת בּוֹא תַרְתָּן *In anno venire Thartan, Jesa.* 20. *v.* 1. *hoc est*, adventus, quo venit. Sic & Participia quandoque.

מַשְׁכִּימֵי קוּם מְאַחֲרֵי שֶׁבֶת *Diluculantes surgere, tardantes sedere, Psal.* 127. *v.* 2. *q. d.* Diluculatores surrectionis, *hoc est*, qui summo diluculo surgunt, & Dilatores sessionis, qui serò admodum sedent, sessionem in multam noctem protrahunt.

אֹהֲבֵי לָנוּם *Amatores dormitare, Jesa.* 56. *v.* 10. *q. d.* Amatores dormitationis.

in Michlol innuit folio ultimo, vel per *Enallagen* ſubſtantivi conſtructi pro abſoluto, ut R. Levi Job. 18.ỽ.2. notat, & R. Salomon Jud.8.11.& alibi paſſim, item Kimchi, 2. Sam. 1. 21. & in Michlol fol.16.

Hoc verò, מִדְבַּרָה דַּמֶּשֶׂק *Verſus deſertum Damaſci*, 1. *Reg.* 19. *v.* 15. eſt conſtructum in Pathach, & cum ה locali. *Maſora notat bis ſic reperiri, nempe hìc, & Joſ.*18.*v.*12. *ubi tamen in noſtris libris cum Kametz eſt, quod pravum, juxta notam Maſorethicam in libro Regum, & juxta Kimchi in Joſuâ.*

Notandum etiam, quòd ante Pronomen אֲשֶׁר vel שֶׁ expreſſum vel ſubintellectum, nomen ſubſtantivum antecedens, conſtructi formam ſæpiſſimè aſſumit: ut,

בִּמְקוֹם אֲשֶׁר יִשְׁחַט אֶת־הָעֹלָה *In loco* (in) *quo mactat holocauſtum, Levit.* 4. *v.* 24. *Hic* מְקוֹם ponitur formâ conſtructâ, quaſi ſubaudiendum ſit aliud ſubſtantivum, veluti, *In loco mactationis holocauſti*, ut ỽ. 29. ibidem dicitur בִּמְקוֹם הָעוֹלָה *in loco holocauſti.*

בִּמְקוֹם אֲשֶׁר נִבְרֵאת *In loco* (in) *quo procreata fuiſti, Ezech.* 21. *v.* 30. quaſi *in loco* מוֹלַדְתֵּךְ *nativitatis tuæ*; vide & Geneſ. 39. ỽ. 20.

אֶל מְקוֹם שֶׁהַנְּחָלִים הוֹלְכִים *In locum* (in) *quem flumina eunt, Ecclef.* 1. *v.* 7.

מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל הָעֵץ *Loco, quo cadit arbor, ibi erit, Ibid.* 11. *v.*3.

וְזֶה מְקוֹם לֹא־יָדַע אֵל *Et iſte eſt locus,* (qui) *non novit Deum, Job.* 18. *v.* 21. *pro*, locus viri, qui, &c.

קִרְיַת חָנָה דָוִד *Urbi* (in qua) *caſtrametatus eſt David, Jeſa.* 29. *v.* 1. *q. d.* Urbi militiæ, אֲשֶׁר חָנָה *in qua caſtra poſuit David.*

שְׂפַת לֹא־יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע *Labium* (quod) *non novi, audiebam, Pſalm.* 81. *v.* 6. *quaſi*, Labium populi אֲשֶׁר quem, &c.

Denique reperitur etiam conſtructio ſubſtantivi cum Adverbio: ut,

קִלְלַת

Intercedente ל: ut,

וְעַל־טָהֳרַת לְכָל־קֹדֶשׁ *Et in purgatione ad omnem rem sanctam*, 1. *Par.* 23. 28. *pro*, cujusque rei sanctæ.

בְּעֵרֶב לַפִּשְׁתִּים וְלַצָּמֶר *In licio ad lina & ad lanam*, *Levit*. 13. v. 48. *pro*, Linorum & lanæ.

שִׁיר לַמַּעֲלוֹת *Canticum ad gradus*, *Psal*. 121. *v*. 1. *pro*, Graduum, & hinc ל Genitivum designat.

Intercedente מ: ut,

חֲזִיר מִיָּעַר *Aper de sylva*, *Psal*. 80. *v*. 14. *pro*, Sylvæ.

חֲמַת מִיָּיִן *Uter de vino*, *Hos*. 7. 5. *pro*, Vini.

לִנְבִיאֵי מִלִּבָּם *Prophetis ex corde suo*, *Ezech*. 13. *v*. 2. *q. d.* cordis, *hoc est*, secundum cor ipsorum.

הַאֱלֹהֵי מִקָּרֹב אָנִי *An Deus è propinquo sum ego? Jer*. 23. *v*. 23. *q. d.* propinqui loci. Sic, אֱלֹהֵי מֵרָחֹק Deus è longinquo, ibid.

Sic Participium,

גְּמוּלֵי מֵחָלָב עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם *Depulsi à lacte, avulsi ab uberibus*, Jesa. 28. ꝟ. 9. *q. d.* Lactis, uberum.

Huc referri possunt etiam sequentia, intercedente separatâ Præpositione: ut,

וּמְשׂוֹשׂ אֶת־רְצִין *Et gaudium cum Retzino*, *Jesa*. 8. *v*. 6.

יוֹרְדֵי אֶל־אַבְנֵי־בוֹר *Descendentes ad lapides foveæ*, *Jesa*. 14. 19.

יֹשְׁבֵי עַל־מִדִּין וְהֹלְכֵי עַל־דֶּרֶךְ *Sedentes in Middin, & proficiscentes per viam*, *Jud*. 5. *v*. 10.

מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *Plagâ non recedente*, *Jesa*. 14. *v*. 6.

מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב *Formidines ad gladium*, Ezech. 21. v. 12. in quibus omnibus Nomen Præpositionem præcedens, formam constructam habet, unde hujus Syntaxeos forma apparet, quem modum loquendi sermo Latinus ignorat. Possunt autem tam superiora quàm hæc explicari, vel per *Pleonasmum* literæ servilis, aut vocis intercedentis, ut Kimchi in Mich-

נַהֲרֵי נַחֲלֵי דְבַשׁ *Rivulos torrentum mellis*, Jobi 20. 17.

גִּבּוֹרֵי חַיִל מְלֶאכֶת עֲבוֹדַת בֵּית הָאֱלֹהִים *Fortes robore Operis ministerii domus Dei*, 1. Chron. 9. 11.

Rectio duorum synonymorum auxesin & evidentiam denotat: ut,

מִטִּיט הַיָּוֵן *E luto cœni*, *Psal.* 40. 3. *h. e.* cœnoso, ex omnibus generibus luti mixto, *ut Kimchi explicat.* Sic, *Ut eum ex lutulento cœno properè hinc ejiciat foras*, *Plautus Bacch. quod idem est cum Hebræo*, E luto cœni.

יְהוָה מְנָת חֶלְקִי DOMINUS *pars partis meæ*, *Psal.* 16. *v.* 5. *hoc est*, omnimoda pars mea.

לְעֵיט צִפּוֹר *Volucribus avium*, *Ezech.* 39. *v.* 4. *h. e.* omnis generis avibus & volucribus.

וּמְטַר גֶּשֶׁם יִתֵּן לָהֶם *Et pluviam imbris dabit vobis*, *Zach.* 10. *v.* 1. *hoc est*, רִבּוּי מָטָר multitudinem sive abundantiam pluviæ, *juxta Kimchium.* Sic, וְגֶשֶׁם מָטָר *Et imbri pluviæ*; Item, גֶּשֶׁם מְטָרוֹת *Imbri pluviarum*, *Job.* 37. *v.* 7. quorum primo, notatur copiosior, altero, vehementior pluvia.

רַבִּים מִיְּשֵׁנֵי אַדְמַת עָפָר *Multi ex dormientibus in terra pulveris*, *Dan.* 12. 2. *hoc est*, pulverulentâ.

צוּר הַחַלָּמִישׁ *Petra silicis*, *Deut.* 8. 15. & חַלָּמִישׁ צוּר *Silex petra*, *Deut.* 32. 13. h. e. Petra durissima.

Fit etiam structura substantivorum intercedentibus literis servilibus בלם cum singulari elegantia: ut,

כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *Secundum lætitiam in messe*, *Jesa.* 9. *v.* 3. *hoc est*, messis; *qualis sc. tempore abundantis messis agitari solet.*

הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *Montes in Gilboa*, 2. *Sam.* 1. *v.* 21. *pro*, Gilboæ.

Sic Participia:

עֹבְרֵי בְּעֵמֶק הַבָּכָא *Transeuntes per vallem mori*, *Ps.* 84. *v.* 7.

הַשְּׁכוּנִי בָּאֳהָלִים *Degentes in tabernaculis*, *Jud.* 8. 11.

הוֹי מַשְׁכִּימֵי בַבֹּקֶר מְאַחֲרֵי בַנֶּשֶׁף *Væ surgentibus in summum manè, prorogantibus in crepusculum*, *Jesa.* 5. 11. Inter-

exprimunt per τῷ, quia cõmuniter ſolet Dativum ל notare: ſed hîc ſenſus eſt alius. Rabbini pro tali dicunt etiam שֶׁל.

Subſtantivum ſeipſum Genitivo caſu regens, ſuperlativam locutionem cum ſingulari energia denotat: ut,

עֶבֶד עֲבָדִים *Servus ſervorum, Gen.* 9. *v.* 25. *id eſt,* ſummâ & viliſſimâ ſervitute preſſus.

נְשִׂיא נְשִׂיאֵי הַלֵּוִי *Princeps principum Levitarum, Num.* 3. *v.*32. *id eſt,* ſummus princeps ordinis Levitici.

אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים וַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *Deus Deorum, & Dominus Dominorum, Deut.*10.17. *hoc eſt,* ſumus Deus & Dominus.

שְׁמֵי הַשָּׁמַיִם *Cœli cœlorum*, 1. *Reg.* 8. *v.* 27. *hoc eſt,* ſummi.

קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים *Sanctum ſanctorum*, *Exod.* 26. *v.* 33. *hoc eſt,* ſanctiſſimum: *vel* Sanctitas ſanctitatum, *Lev.* 24. 9. *hoc eſt*, res ſanctiſſima. Talia præterea ſunt, *Vanitas vanitatum, Eccleſ.* 1. 2. *Canticum canticorum, Jerem.* 6. 26. *Malitia malitiæ, Hoſ.* 10. *v.* 15. *Fundatio fundationis, Jeſa.* 28. *v.* 16. *Flamma flammæ, Ezech.*21.3. *Lamentum lamenti, Mich.* 2. *v.* 4. *Sabbathum ſabbathi*, *Exod.* 31. 15. *Deus Deorum, Dan.* 11. 36. εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *Apoc.* 1. 6.

Rectio ſubſtantivorum per plures voces quandoque ſeriatim continuatur; ut,

מִבְצַר מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ הֵשַׁח *Munitionem altitudinis murorum tuorum deprimet, Jeſa.* 25. 12.

וְאֵלֶּה יְמֵי שְׁנֵי חַיֵּי אַבְרָהָם *Et illi ſunt dies annorum vitæ Abrahami, Gen.* 25. *v.* 7.

מַעֲשֵׂה עֲבֹדַת בֵּית הָאֱלֹהִים *Operi miniſterii domus Dei*, 1. *Par.* 23. *v.* 28.

אֶפְקֹד עַל פְּרִי־גֹדֶל לְבַב מֶלֶךְ־אַשּׁוּר *Animadvertam in fructum magnitudinis animi regis Aſſyriorum, Jeſa.* 10. 12.

חַכְמֵי יֹעֲצֵי פַרְעֹה *Sapientes conſiliariorum Pharaonis*, Eſa.19.11.

צִדְקָתְךָ כְּהַרְרֵי אֵל *Iustitia tua ut montes Dei, Psal.* 36.7. *id est,* maximi, immensi.

תַּרְדֵּמַת יְהוָה *Sopor DOMINI,* 1. *Sam.* 26. *v.* 12. *hoc est,* gravissimus.

יִשְׂבְּעוּ עֲצֵי יְהוָה *Saturantur arbores DOMINI, Ps.* 104. *v.* 16. *id est,* maximæ, excelsissimæ.

Huc pertinent quoque,

אֶרֶץ מַאְפֵּלְיָה *Terra caliginis Dei, Jer.* 2.31. *id est,* maximæ.

שַׁלְהֶבֶתְיָה *Flamma Dei, Cant.* 8. *v.* 6. *hoc est,* ardentissimæ & maximæ. Hinc Kimchi scribit 1. Sam. 26. ℣. 12. הַדָּבָר שֶׁרוֹצֶה לְהַגְדִּילוֹ סוֹמֵךְ אוֹתוֹ לְאֵל *i.e. Rem quam vult* Scriptura *magnificare, eam jungit Deo, hoc est,* nomini Dei. Et Psal. 65. ℣. 10. in eundem sensum ait, אֱלֹהִים הוּא כִּנּוּי לְדָבָר הַגָּדוֹל וְהַנִּפְלָא *id est, Vox Elohim est cognomen rei maximæ & admirabilis.*

Ex hoc etiam sermonis genere sunt, etsi structuræ diversæ; בָּרוּךְ הוּא לַיהוָה *Benedictus sit ille DOMINO, Ruth.* 2. *v.* 20. *hoc est,* omnibus modis, terque quaterque benedictus, & felix. Sic בְּרוּכָה אַתְּ לַיהוָה בִּתִּי *Benedicta esto DOMINO, filia mea, Ruth.* 3. *v.* 10. Item, חָזָק וְאַמִּיץ לַאדֹנָי *Robustus & fortis Domino, Jesa.* 28. *v.* 2. עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *Civitas magna Deo, Jonæ* 3. *vers.* 3. *id est,* perquàm maxima. Hinc & Græci; *κακοδαίμονα δίαν* & similia infinita. Et Latini dicunt; Homo *divinâ* & incredibili fide: *Divina* quædam & inaudita authoritas atq; virtus: *divinâ* mente, *divino* ingenio præditus, &c.

Genitivus possessoris per ל indicatur: ut,

מִזְמוֹר לְדָוִד *Psalmus Davidis;* quod & inverso modo reperitur לְדָוִד מִזְמוֹר.

תְּפִלָּה לְמשֶׁה *Oratio Mosis, Psal.* 90.

מִזְמוֹר לְאָסָף *Psalmus Asaphi, Psal.* 75.

מִזְמוֹר לִבְנֵי קֹרַח *Psalmus filiorum Korach, Ps.* 88. Græci hoc ל expri-

laboriosâ, 1. *ad Theß*. 1. *v*. 3. γέεννα πυρὸς *Gehenna ignis*, pro, *Ignis Gehenna*, Matth. 5. ℣. 22.

Nomen בֵּן Filius, periphrases & Hebraismos facit insignes: ut,

בֶּן־קֶשֶׁת *Filius arcus*, *Job*. 41. *v*. 19. *id est*, sagitta.

בֶּן־מָוֶת *Filius mortis*, 1. *Sam*. 20. *v*. 31. *id est*, reus mortis.

בֶּן־בָּקָר *Filius bovis*, *Gen*. 18. *v*. 7. *id est*, vitulus subrumus sive lactens.

בֶּן־גָרְנִי *Filius areæ meæ*, *Jesa*. 21. 10. *id est*, frumentum areæ, in ea trituratum & quasi editum.

בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת *Filii fidejussionum*, 2. *Reg*. 14. *v*. 14. *id est*, obsides, & similes innumeri. Sic, οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, *Filii thalami nuptialis*, *Matth*. 9. 15. οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας *Filii regni*, *Matth*. 8. 12. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, *Filius perditionis*, *Johan*. 17. 12. υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, *Filius hominis*, *pro ipso homine*, *Matth*. 8. 20. Apud Latinos, *Fortunæ filius*, *Horat*. 2. *Ser*. *Sat*. 6. *Filia sylvæ pinus*. Idem 1. Carm. *Od*. 14. *Terræ filius*; *veritas filia temporis*, & similia. Hinc etiam Rabbini nomen יְהוָה vocant שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת *id est*, *Nomen filius quatuor literarum*, *hoc est*, quatuor literis constans.

Nomina Dei אֵל, אֱלֹהִים, יְהוָה hic adhibentur epitheti loco, pro, *Divinum*, quo summum & excellentissimum, aut maximum & vehementissimum significatur: ut,

נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים *Luctationibus Dei*, *Gen*. 30. 8. *hoc est*, divinis, *id est*, vehementissimis & gravissimis. Sic, *Terror Dei*, *Gen*. 35. 5. *hoc est*, maximus: *Trepidatio Dei*, 1. *Sam*. 14. 15. *id est*, gravissima, divinitùs incussa: *Rivus Dei*, Psal. 65. 10. *Ignis Dei*, Job. 1. 16.

עֲנָפֶיהָ אַרְזֵי אֵל *Palmites ejus ut cedri Dei*, *Psal*. 80. 11. *hoc est*, cedri maximæ & procerissimæ.

אל

לֶחֶם שְׂעֹרִים *Panis hordeorum, Judic. 7. v. 13. hoc est*, hordeaceus.

אִישׁ לָשׁוֹן *Vir linguæ, Psal.* 140. 12. *i. e.* homo linguax, maledicus. Sic, ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος *Super sermonibus gratiæ, id est, gratiosis*, Luc. 4. ℣. 22. Item, *Culmen omnium rerum pretii, margaritæ tenent, Plin. id est, pretiosarum.*

Incidit hîc aliquando Hypallage, quando id, quod epitheti vel adjuncti loco est, præcedit: ut,

אַשְׁרֵי הָאִישׁ *Beatitudines viri istius, Psalm.* 1. *v.* 1. *pro*, Vir beatitudinum, *hoc est*, beatus est ille.

כֶּסֶף שְׁקָלִים *Argento siclorum, Levit.* 5. *v.* 15. *pro*, Siclis argenti, *hoc est*, argenteis.

תֻּפִינֵי מִנְחַת פִּתִּים *Coctiones oblationis frustorum, Levit.* 6. 21. *pro*, Frusta oblationis cocta.

בְּטֻמְאַת אָדָם *Immunditiam hominis, Levit.* 7. *v.* 21. *pro*, hominem immundiciei, *hoc est*, immundum.

שְׁבֻעַת אִסָּר *Juramentum obligationis, Num.* 30. 14. *pro*, obligatio juramenti, *hoc est*, jurata, sive juramento confirmata.

פְּסִילֵי אֱלֹהֵיהֶם *Sculptilia deorum illorum, Deut.* 12. *v.* 3. *pro*, Deos sculptilium, *hoc est*, sculptiles.

גַּם תָּשִׁיב צוּר חַרְבּוֹ *Etiam avertisti aciem gladii ejus*, pro חֶרֶב צוּרוֹ *Gladium aciei*, h. e. *acutum ejus*, Psal. 89. 44. sicut alibi legitur חרבות צורים *Gladios acierum*, h. e. *acutos*, Jos. 5. ℣. 2. Sic legitur תּוֹלַעַת שָׁנִי & שְׁנִי התולעת Levit. 14. ℣. 52.

כְּיֶרֶק דֶּשֶׁא *Sicut viror herbæ, Psal.* 37. 2. *pro*, Herba viroris, *id est*, viridis. Sic in textu Græco: τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, *Opus fidei, pro, Fides operis, id est, operosa*; & τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, *Laboris charitatis, pro, Charitate laborio-*

ra, שְׁאֵלָה *Petitio*, תְּאֵנָה *Ficus*, אָבֵל *Lugens*, חָמֵשׁ *Quinque*, יָוֵן *Cœnum*. Et in pluralibus, אֲבֵלִים *Lugentes*, חֲפֵצִים *Desiderantes*, שְׁכֵחִים *Obliti*, שְׂמֵחִים *Læti*, זֵיתִים *Olea*, עֵינַיִם *Oculi*, עֵינוֹת *Fontes*.

Quæ geminum habent SÆGOL, vel Tzere & Sægol, ut מֶלֶךְ , סֵפֶר nihil mutant. In his tamen duobus quidam volunt mutationem fieri; בַּחֲדַר מִשְׁכָּבְךָ *In conclavi cubilis tui*, 1. *Reg*. 6. *v*. 22. quod volunt esse ex חֶדֶר. Item, הֲבֵל הֲבָלִים *Vanitas vanitatum*, Eccles. 1. 2. quod volunt esse ex הֶבֶל. Sic forma אֲדֶרֶת immutata manet. Excipitur tamen, וּבְעַצְּבַת לֵב *Et dolore cordis*, Prov. 15. ℣. 13. à עַצֶּבֶת, Prov. 10. ℣. 10.

SÆGOL quod est in fine dictionis ante ה, mutatur in Tzere: ut,

מִקְנֵה צֹאן *Possessio ovium*, *Gen*. 26. 14. *à* מִקְנֶה. Excipitur רֵעֶה *Amicus*, in quo Sægol manet: ut, רֵעֶה דָוִד *Amicus Davidis*, 2. Sam. 15. 37. רֵעֶה הַמֶּלֶךְ *Amicus Regis*, 1. Reg. 4. ℣ 5. Item, פֶּה unde, פִּי חָכָם *Os sapientis*, *Eccl*. 10. 12. Item מָוֶת & alia, quæ suprà in Kametz adducta.

PATHACH & Chirek contrahuntur in Tzere: ut,

בֵּית הַיַּיִן *Domus vini*, *Cant*. 2. 4. *id est*, cella vinaria, à בַּיִת. Hujus formæ sunt, זַיִת *Olea*, חַיִל *Substantia*, *Robur*, יַיִן *Vinum*, לַיִל *Nox*, עַיִט *Volucris*, עַיִן *Oculus*, מַיִם *Aqua*, unde מֵי, & שָׁמַיִם unde שְׁמֵי *Cœli*.

Atq; hæc præcipua est Nominum ob hanc structurã variatio: nunc usum constructionis considerabimus.

Duorum substantivorum posterius frequentissimè adjectivi circumscriptio est, abstracto pro concreto posito: ut,

אִישׁ שֵׂכֶל *Vir ingenii*, *Esr*. 8. *v*. 18. *id est*, ingeniosus.

אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה *Vir sanguinum & fraudis*, *Psalm*. 5. *v*. 7. *hoc est*, sanguinolentus & fraudulentus.

Septimò, quædam constructa in ת præcedente Kametz, quæ illud retinent: ut,

מְנַת שֻׁעָלִים *Portio vulpium*, *Psal*. 63. *v*. 11.

וּלְמִקְצָת הַיָּמִים *Et à fine dierum istorum*, *Dan*. 1. *v*. 18. vide plura infrà in fine cap. 4.

Octavò, quædam fæminina in ה non mutantur, de quibus infrà in Enallage.

PATHACH penultimæ syllabæ, sequente Dages, in plurali numero manet: ut à מִשְׁמַנִּים dicitur, מִשְׁמַנֵּי: sed ab אֲגַמִּים est אַגְמֵי, quasi à forma אֲגָמִים.

TZERE invariatum manet, nisi quando antecedit vel sequitur Kametz, tunc *penultimæ* syllabæ, mutatur in Scheva, *ultimæ* verò in Pathach: ut,

שְׁנַת עוֹלָם *Somnus perpetuitatis*, *Jer*. 51. *v*. 39. *à* שֵׁנָה.

עֲצַת הַזְּקֵנִים *Consilium senum*, 1. *Reg*. 12. *v*. 8. *ab* עֵצָה.

יְתַד הָאֹהֶל *Clavus tabernaculi*, *Jud*. 5. *v*. 21. *à* יָתֵד.

חֲצַר הַכֹּהֲנִים *Atrium sacerdotum*, 2. *Paral*. 4. 9. *à* חָצֵר.

Sic à קֵן est קַן־צִפּוֹר *Nidus avis*, *Deut*. 22. *v*. 6. A' בֵּן dicitur בִּן Deut. 25. 2. Jonæ 4. 20. Ante Makkaph בֶּן.

In מַפְתֵּחַ Tzere manet, Esa. 22. *v*. 22. מַפְתֵּחַ בֵּית דָּוִד *Clavis domûs Davidis*; ad differentiam ꝭ מִפְתָּח, quod *Apertionem* significat.

In pluralibus Tzere *penultimæ* similiter transit in Scheva, propter quod Scheva initiale, ut antè in forma Kametz, transit in Chirek: ut,

זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל *Senes Israelis*, *Exod*. 3. *v*. 16. *à* זְקֵנִים.

גִּדְרוֹת צֹאן *Caulæ ovium*, *Num*. 32. *v*. 16. *à* גְּדֵרוֹת.

בְּחַצְרֵי בֵּית יְהוָה *In atriis domus Dei*, *à* חֲצֵרִים.

Excipe sequentia, & si quæ sunt talia plura, quæ Tzere retinent; אֵיבָה *Inimicitia*, הֵיכָל *Templum*, מֵיטָב *Optimum*, זֵעָה *Sudor*, צֵאָה *Excrementum*, תֵּבָה *Arca*, אֲבֵדָה *Perditio*, אֲפֵלָה *Caligo*, בְּרֵכָה *Piscina*, גְּזֵלָה *Rapina*, טְמֵאָה *Impura*, שאלה

nent: ut, צָרַת נַפְשׁוֹ *Angustiam animæ ejus*, *Gen.* 42. *v.* 21. Huc pertinent, קָמָה *Seges*, בָּמָה *Excelsum*, בָּבָה *Pupilla*, נָפָה *Agitatio*, מָעוֹז *Robur*, מָגֵן *Clypeus*, מָסָךְ *Tegumentum*, הָרוֹת *Gravidæ*, הָרִים *Montes*, עָרִים *Urbes*, שָׂרִים *Principes*: Sic ex Quiescentibus tertiâ radicali; גָּלוּת *Deportatio*, הָגוּת *Meditatio*, *& similia.* Sic, רָאשִׁים *Capita*; unde רָאשֵׁי הָאָבוֹת *Capita patrum*, *Num.* 36. *v.* 1.

Tertiò, תּוֹשָׁבִים, מוֹרָשִׁים, מַטָּעִים, אֲבָרִים, חַטָּאִים retinent Kametz: ut,

חַטָּאֵי עַמִּי *Peccatores populi mei*, *Amos* 9. *v.* 10.

מוֹרָשֵׁי לְבָבִי *Possessiones cordis mei*, *Job.* 17. *v.* 11.

Huc referenda; פָּרִיצִים, חָרָשִׁים, פָּרָשִׁים, quæ etiam antepenultimæ syllabæ Kametz retinent, quia illud est loco ejecti Dagesch. Nam חָרָשׁ est formæ גַּנָּב, & פָּרִיץ formæ צַדִּיק. In his ut Kametz in forma absoluta plurali manet, sic quoque in forma constructa, ut חָרָשֵׁי, פָּרִיצֵי, פָּרִיצִים.

Quartò, בַּקָּשָׁה *Petitio*, הַכָּרָה *Agnitio*, תְּעָלָה *Ascensus*, מְעָרָה *Spelunca*, & si quæ sunt similia, Kametz prius non mutant. A בַּלָּהָה *Terror*, tamen constructè in plur. num. legitur, בַּלְהוֹת צַלְמָוֶת *Terrores umbræ mortis*, Jobi 24. ℣. 17.

Quintò, אָוֶן *Iniquitas*, מָוֶת *Mors*, תָּוֶךְ *Medium*, contrahuntur in Cholem, מוֹת, אוֹן, תּוֹךְ: ut מוֹת יְשָׁרִים *Morte justorum*, *Num.* 13. *v.* 10. Ab עָוֶל constructè legitur עֱוֶל, Esa. 28. ℣. 18.

Sextò, כְּתָב *Scriptura*, Kametz retinet: ut,

בִּכְתָב בֵּית יִשְׂרָאֵל *In scriptura domus Israel*, *Ezech.* 13. *v.* 9.

Huc etiam referuntur, שְׁאָר *Residuum*, שְׁאָט *Contemptus*, יְקָר *Gloria*, (unde tamen constructè legitur, כִּיקַר כָּרִים Psal. 37. ℣. 20.) מַתָּן *Donum*, פִּתְגָם *Verbum*, אוּלָם *Porticus*.

Fœminina ſingularia in הָ desinentia, commutant præterea ה in ת: ut,

בִּרְכַּת טוֹב *Benedictio boni, Prov.* 24. 25. *à* בְּרָכָה.

צִדְקַת הַצַּדִּיק *Juſtitia juſti, Ezech.* 18. 20. *à* צְדָקָה.

צַעֲקַת דָּל *Clamor attenuati, Job.* 34. 28. *à* צְעָקָה.

Videntur quædã eſſe cum Jod paragogico, ut, דִּבְרָתִי מַלְכִּי צֶדֶק *Secundum ordinem Melchiſedeci.* Ei ſimile videtur eſſe מַלְכִּי *Rex* juſtitiæ, Pſ. 110. 4. Item, רַבָּתִי, שָׂרָתִי Thr. 1. 1. גְּנֻבְתִי לָיְלָה *Furto ablatum noctis,* Gen. 31. 39. מְלֵאֲתִי מִשְׁפָּט *Plena judicio,* Eſa. 1. 21. Cum Vau paragogico, חַיְתוֹ יַעַר *Beſtia ſylvæ, Gen.* 1. 24. pro חַיַּת: Sic לְמַעְיְנוֹ *Pſalm.* 114. 8.

Maſculina pluralia & dualia etiam commutant terminationem ִים in ֵי, ut, ex דְּבָרִים fit דִּבְרֵי *Verba*; ubi Kametz juxta præcedentem doctrinam mutatum eſt in Scheva, propter quod antecedens Scheva migrat in Chirek, ut antè quoque dictum eſt. Multa etiam pro Chirek habent Pathach ab initio: ut à מְלָכִים fit מַלְכֵי *Reges.* Sic in fæmininis, ex צְדָקוֹת fit צִדְקוֹת *Juſtitiæ.* Scheva compoſitum ab initio, tranſit in ſimplicem brevem ſuam: ut, ex עֲבָדִים fit עַבְדֵי *Servi*: ex חֲכָמוֹת fit חַכְמוֹת *Sapientes*: ex נֶאֱמָנִים fit נֶאֱמְנֵי *Fideles*: ſic à חֳדָשִׁים fit חָדְשֵׁי: ex חֳרָבוֹת eſt חָרְבוֹת *Vaſtitates.* Hîc ut in עֲבָדִים & עַבְדֵי diverſæ ſunt vocales ab initio, ſic quoq; diverſæ ſunt in חֳדָשִׁים & חָדְשֵׁי. Nam Chatephpathach tranſit in pathach, Chatephſægol in ſægol, Chatephkametz in kametzchatuph.

Excipe *primò* חָלָב & הֶבֶל, quæ poſterius Kametz, ſpeciali quadam anomaliâ, in Tzere convertunt: ut,

חֲלֵב עִזִּים *Lac caprarum, Prov.* 27. *v.* 27.

הֲבֵל הֲבָלִים *Vanitas vanitatum, Eccleſ.* 1. *v.* 2.

Secundò Nomina aliquam multa, ex Quieſcentibus & Defectivis ſecundâ radicali nata, prius Kametz retinent: ut,

REGULA PRIMA.

Subſtantivum regit ſubſtantivum diverſæ rei in genitivo caſu.

Prius hîc ſemper habet formam recti, ſed per regens exponendum eſt, & poſterius per genitivum: ut,
סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת *Liber annalium, Eſth.* 6. 1.
תִּפְאֶרֶת בַּחוּרִים *Decus juvenum, Prov.* 20. 29.
אֹרֶךְ יָמִים *Longitudo dierum, Prov.* 3. 2.
תַּבְנִית הֵיכָל *Exemplar templi, Pſalm.* 144. 12.
אֶרֶץ חֵפֶץ *Terra deſiderii, Mal.* 3. 12.
גְּבוּל רִשְׁעָה *Terminus injuſtitiæ; Mal.* 1. 4.

In his exemplis prioris ſubſtantivi nulla eſt variatio: at aliarum formarum Nomina inſigniter mutari ſolent. Nomen ſubſtantivum Rectum mutatur vel in *vocalibus*, vel in *literis*, vel in *utriq;* ſimul. Vocales mutantur vel in *penultima*, vel in *ultima* ſyllaba: Literæ in *ultima* tantùm. Forma hæc vocatur vulgò *Status conſtructus, Status Regiminis*, vel ſimpliciter *Regimen:* Formam autem integram Nominis extra conſtructionem poſiti, vocant *Statum abſolutum*, *Formam abſolutam*.

Kametz *penultimæ ſyllabæ* in utroque genere & numero mutatur in Scheva, (aut Scheva compoſitum ſub gutturali) ante quod ſi aliud Scheva ſit, id pro more convertitur in Chirek: *ultimæ* verò, (non ſequente א) mutatur in Pathach: ut,
דְּבַר שֶׁקֶר *Verbum falſitatis, Prov.* 13. 5. *à* דָּבָר.
חֲצִיר גַּגּוֹת *Herba tectorum, Jeſa.* 37. 29. *à* חָצִיר.
צְבָא מִלְחָמָה *Exercitus belli,* 1. *Par.* 7. 4. *à* צָבָא.

Tria aſſumunt' ad finem, אֲבִי, אֲחִי, חֲמִי ab abſolutis, אָב *Pater,* אָח *Frater,* חָם *Socer.*

מִגְרַח *Impulsus*, ut sit sensus, *Et caligine impulsus.* Hoc modo & alia similia explicari poterunt, ut Nomen genere discrepans, vel ad intellectum referatur, aut ex textu ipso explicetur ratione antecedentis sententiæ. Vide cap. 10. in Enallage generis Verborum.

Quidam volunt aliquando respectum haberi ad Numerum singularem, in iis scil. Nominibus, quæ in singulari sunt masculina, pluralem autem habent fœmininum: Huc referunt seqq.

וְעָשִׂיתָ אֶת נֵרוֹתֶיהָ שִׁבְעָה *Et facies lucernas ejus septem*, Exo. 27. ℣. 37. hîc נֵרוֹתֶיהָ est fœmininum, & שִׁבְעָה masc. quia נֵר in numero singulari est masculinum.

וּרְחוֹבוֹת הָעִיר יִמָּלְאוּ יְלָדִים *Et plateæ urbis replebuntur pueris*, Zach. 8. 5. hîc fœminino plurali רְחוֹבוֹת adjungitur verbum masc. יִמָּלְאוּ, quia רְחוֹב in Numero singulari est masculinum.

נֹאדוֹת יַיִן בָּלִים *Utres vini veteres*, Jos. 9. hîc Subst. נֹאדוֹת additur masc. בָּלִים, quia נֹאד in sing. est masc.

תְּאֵנִים טוֹבוֹת *Ficus bonas*, רתְאֵנִים רָעוֹת *& ficus malas*, Jerem. 24. ℣. 2.

שֵׁשׁ שְׂעוֹרִים *Sex hordea* (hordei mensuras) Ruth. 3. 15. שֵׁשׁ fœm. שְׂעוֹרִים masc. quia singulare est fœmin. שְׂעוֹרָה.

פִּשְׁתִּים שְׂרִיקוֹת *Lina pectinata*, Esa. 19. 9. פִּשְׁתִּים est à singulari fœm. פִּשְׁתָּה.

CAPUT III.

De Syntaxi Nominum, quâ unum regit alterum.

DEclarata est Nominis cũ Nomine convenientia. *Rectio* sequitur, & primò *Substantivi.*

REGU-

אֶת־כָּל־כִּכַּר הַיַּרְדֵּן כִּי כֻלָּהּ מַשְׁקֶה *Totam planiciem Jardenis, quòd tota esset irrigua, Gen.* 13. 10.

וְכָל־הַמְּלָאכָה נְמִבְזָה וְנָמֵס *Et omnem substantiam contemptibilem & tabescentem, 1. Sam.* 15. 9.

תְּאָכְלֵהוּ אֵשׁ לֹא־נֻפָּח *Consumet eum ignis non sufflatus, Job.* 20. *vers.* 26.

אֲשֶׁר אָרְחוֹתֵיהֶם עִקְּשִׁים *Quorũ semitæ perversæ sunt, Prov.* 2. 15.

וַאֲפֵלָה מְנֻדָּח *Et caligo impulsa, Jesa.* 2. 82.

In *primo* exemplo prius adjectivum fœmininum est, alterum masculinum. Hanc discrepantiam excusat Nomen substantivum רוּחַ quod generis communis. In *secundo* adjectivum רִאשׁוֹנִים non est epitheton præcedentis substantivi, sed juxta Kimchium & Ab. Esram, substantivi intellecti יָמִים *Temporũm*, vel אָבוֹת *Patrum, Majorum*. De *tertio* vide infrà cap. 18. Reg. 1. In *quarto* כִּכַּר fœmin. est, cui & respondet כֻּלָּהּ *Tota ipsa*, sed מַשְׁקֶה masculinum est. Illud ergo & supplendum per אֶרֶץ מַשְׁקָה *Terra irrigans*. In *quinto* מְלָאכָה quidem fœmininum est, sed sensum illic habet vocis מִקְנֶה quod Nomen masculinum est, cujus respectu ipsi adjectivum ultimum genere mascul. convenit. In *sexto* cum Nomine אֵשׁ jungitur verbum fœmininum & adjectivum participiale masculinum, quæ anomalia tolerari potest, quum Nomen אֵשׁ sit generis communis. In *septimo* עִקְּשִׁים non refertur ad antecedens substantivum, sed ad superiorem orationem, in qua agitur de *Viris loquentibus perversitatem*, qui hîc dicuntur עִקְּשִׁים *Perversi*. Deinde ad אָרְחוֹתֵיהֶם assumenda Præpositio ב ex sequenti versus membro, ut sit sensus, *Qui in semitis suis perversi sunt*. In *octavo* nulla quoq; discrepantia, sed מְנֻדָּח referendum ad superiorem orationem, in qua exprimitur נִקְשֶׁה וְרָעֵב *Duris-pressus & famelicus*. De eodem dicitur

אֱלֹהִים צַדִּיק *Deus juste, Psal.* 7. 10. R. David Kimchi ad locum Jesajæ notat: אֲדֹנִים לְשׁוֹן תִּפְאֶרֶת לְיָחִיד *id est, Nomen Adonim (num. plur.) honoris causâ* dicitur *de unico.* Idem in libro Radicum, in Radice אָדוֹן scribit; אֲדֹנָי בִּלְשׁוֹן רַבִּים לְכָבוֹד *Adonai numero plurali* dicitur *de unico honoris causâ.* In Michlol de Nominibus masculinis pluralibus scribit: וְיֵשׁ שֶׁיָּבוֹא הַיּוֹד וְהַמֵּם בִּלְשׁוֹן תִּפְאֶרֶת עַל הַיָּחִיד *Sunt in quibus veniunt Jod & Mem causâ decoris de unico.* Jod & Mem, *id est*, terminatio ים Nominum pluralium masculinorum. R. Salomonis Jarchi ad locum Jesajæ glossa hæc est: כָּל לְשׁוֹן אֲדְנוּת קָרוּי בִּלְשׁוֹן רַבִּים וַאֲפִילוּ יָחִיד *id est, Omne vocabulum dominii effertur numero plurali, etiam de unico.* Vide plura de hoc loquendi genere infrà cap. 9. in Enallage.

Tertiò, Enallage casus, quando substantivum, per rectionem, in genitivo casu ponitur: ut;

חַכְמוֹת נָשִׁים *Sapientes mulierum*, h. e. *Sapiens mulier unaquæq;*, Prov. 14. 1.

Talia putant esse etiam; נְסִיכֵי אָדָם *Principes hominum*, Mich. 5. 5. אֶבְיוֹנֵי אָדָם *Egeni hominum*, i. e. *homines*, Esa. 29. 19. Talia sunt apud Latinos; *Canum degeneres*, *Nigræ Lanarum.* Apud Græcos; *οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων*, *Vani hominum*, h. e. homines: *ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν*, *In una Synagogarum* &c. Horum quædam superlativè exponi possunt. Vide cap. 3. Reg. 4.

Quartò, Enallage generis judicatur esse in sequentibus: ut,

רוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק *Ventus magnus & vehemens*, 1. *Reg.* 19. *v.* 11.

אַל תִּזְכָּר־לָנוּ עֲוֹנוֹת רִאשֹׁנִים *Ne recorderis nobis iniquitatum priorum, Psal.* 79. 8.

לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ *Ad fores peccatum excubans est, Gen.* 4. 7.

משקר

בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *In uno mensis, Gen.* 8. 5. *id est*, primo die.

שֵׁם הָאַחַת עָדָה *Nomen unius Ada, Gen.* 4.19. *pro*, הָרִאשׁוֹנָה prioris.

בְּיוֹם שְׁמֹנָה לַחֹדֶשׁ *Die octo mensis*, 2. *Paral.* 29. 17. *pro*, שְׁמִנִי octavo.

In conjunctione numeralium ultra Decem, hæc Enallage perpetua est: ut, עַשְׁתֵּי עָשָׂר *Undecim, & Undecimus:* עֶשְׂרִים *Viginti, & Vigesimus:* אֶחָד וְעֶשְׂרִים *Una & Vigesima*, 1. *Paral.* 24. 17. pro, vigesima prima, quo capite plura talia occurrunt. Sic apud Cicer. in libro de senect. legitur; *Uno & octoagesimo anno mortuus est, pro*, octoagesimo primo. Ex hac dictione est, εἰς μίαν σαββάτων, *In una sabbathorum, Matth.* 28. 1. Item, κατὰ μίαν σαββάτων, *In unam sabbathorum*, 1. *Cor.* 16. 2. in quibus duplex Hebraismus: In unam, *i. e.* primam, nempe πρώτην, *ut apud Marcum legitur cap.* 16. 9. Sabbathorum, *i. e.* dierum septimanæ, quæ Hebraicè per Synecdochen appellatur שַׁבָּת *Sabbathum*, ut in illo: שֶׁבַע שַׁבָּתוֹת *Septem sabbatha*, i. e. *septimanæ*, *Lev.* 23. 15. Sic Rabbini dicunt, בְּאֶחָד בְּשַׁבָּת *In primo septimanæ*, & sic deinceps. Inde & Pharisæus dixit: νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου *Jejuno bis sabbatho, id est, bis in hebdomade, Luc.* 18. *v.* 12. *nempe*, die secundo & quinto, *hoc est*, Lunæ & Jovis, quod etiamnum hodiè ex Judæis faciunt, qui volunt præ aliis religiosi esse.

Secundò numeri pluralis pro singulari, in Nominibus substantivis Dominii: ut,

בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה *In manus dominorum duri, Jes.* 19. 4. *pro* אָדוֹן קָשֶׁה domini duri, quomodo mox ibidem sequitur, מֶלֶךְ עַז *Rex rigidus dominabitur istis.*

לִפְנֵי הָאֱלֹהִים הַקָּדוֹשׁ הַזֶּה *Coram DOMINO Deo sancto isto*, 1. *Sam.* 6. 20.

וַיִּצְבְּרוּ אֹתָם חֳמָרִם חֳמָרִם *Et colligebant eos, acervos acervos, Exod. 8. v. 14. i. e.* acervatim, per multos acervos.

הֲמוֹנִים הֲמוֹנִים *Turbæ, turbæ, Joel. 3. v. 14. id est*, Maxima multitudo populorum.

עָשֹׂה הַנַּחַל הַזֶּה גֵּבִים גֵּבִים *Fac torrentem hunc foveas, foveas, 2. Reg. 3. v. 16. id est*, fac in eo plurimas foveas.

מִדַּהֲרוֹת דַּהֲרוֹת *Propter plausus, plausus, Jud. 5. 22. id est*, per multiplicem & incitatissimum equorum plausum ac cursum.

Adjectivi continuâ geminatione, superlativa locutio significatur: ut,

מִן־הָאָדֹם הָאָדֹם הַזֶּה *De rufo, rufo isto, Gen. 25. v. 30. id est*, admodum rufo, scil. הַבָּשׁוּל *edulio sive cocto.*

וְעָמֹק עָמֹק מִי יִמְצָאֶנּוּ *Et profundum profundum, quis inveniet illud, Ecclesf. 7. v. 25. hoc est*, maximè vel summè profundum, quàm profundissimum & abstrusissimum.

וְעַתָּה הֲטוֹב טוֹב אַתָּה מִבָּלָק *Et nunc an bonus, bonus es tu præ Balako, Jud. 11. v. 25. hoc est*; an multò vel longè præstantior es.

אַל־תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ גְּבֹהָה גְבֹהָה *Ne loquamini elatum, elatum, 1. Sam. 2. 3. hoc est*, admodum elatè, superbissimè.

רַע רַע יֹאמַר הַקּוֹנֶה *Malum, malum est, ait emptor, Proverb. 20. 14. hoc est*, pessimum.

קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה צְבָאוֹת *Sanctus, sanctus, sanctus DOMINUS exercituum, Jesa. 6. v. 3. hoc est*, omnino sanctus, & omnium sanctorum sanctissimus.

ENALLAGE numeri: ut,

הַכֹּהֲנִים הַמְקֻדָּשׁ *Sacerdotibus sanctificato*, pro, *sanctificatis, Ezech. 48. v. 11.*

Deinde est frequens enallage numeri cardinalis, ut vocant, pro ordinali: ut,

יוֹם אֶחָד *Dies unus*, Gen. 15. *pro*, רִאשׁוֹן primus.

לחדש

Porrò substantivi geminatione, notatur etiam emphasis, certitudo ac vehementior omninò animi affectus: ut,

צֶדֶק צֶדֶק תִּרְדֹּף *Justitiam Justitiam sectaberis*, *Deut.* 16. 20.

חֶרֶב חֶרֶב הוּחַדָּה *Gladius, gladius exacutus est*, *Ezech.* 21. 9. *al.* 14.

בַּדֶּרֶךְ בַּדֶּרֶךְ אֵלֵךְ *Per viam, per viam ibo*, *Deut.* 2. v. 27. *quasi dicat, viâ rectâ, communi & regiâ, nullibi deflectam.*

מֵעַי מֵעַי *Viscera mea, viscera mea doleo*, *Jer.* 4. 19.

רֹאשִׁי רֹאשִׁי *Caput meum, caput meum*, 2. *Reg.* 4. 19.

אֵלִי אֵלִי *Deus mi, Deus, mi*, *Psal.* 22. 1.

אַבְשָׁלוֹם בְּנִי בְּנִי *Absalom fili mi, fili mi*, 2. *Sam.* 18. 33. Sic, cùm geminato nomine vocamus aliquem: *Abraham, Abraham*, *Genes.* 22. 11. *Moses, Moses*, *Exod.* 3. v. 4. *Samuel, Samuel*, 1. *Sam.* 3. v. 10. *Jacob, Jacob*, *Genes.* 46. 2. Vide & infrà in Verbis similia.

Si ter repetatur, major orationis vehementia indicatur: ut,

אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ *Terra, terra, terra*, *Jerem.* 22. 29. *q. d.* ô terra omnium terrarum præstantissima & laudatissima, *ut R. Sal. explicat.*

עַוָּה עַוָּה עַוָּה אֲשִׂימֶנָּה *Perversitatem, perversitatem, perversitatem, disponam eam*, *Ezech.* 21. 37. *id est*, funditùs eversam reddam eam.

קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ Vide mox inter adjectiva.

הֵיכַל יְהוָה הֵיכַל יְהוָה הֵיכַל יְהוָה הֵמָּה *Templum Domini, templum Domini, templum Domini sunt*, *Jerem.* 7. v. 4. *quasi dicat*, unicum & carissimum Domino templum.

At substantivum plurali numero continuò repetitum, majorem multitudinem significat: ut,

וְעֵמֶק הַשִּׂדִּים בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת חֵמָר *Et vallis Siddim erat putei, putei bituminis*, *Gen.* 14. 10. *id est*, puteos plurimos habebat bituminis, passim abundabat, referta erat puteis.

בִּשְׁתֵּי לְבָבוֹת duplici corde, quorum unum in ore, alterum in pectore est, ut Hebræi exponunt.
לֹא יִהְיֶה לְךָ בְּכִיסְךָ אֶבֶן וָאָבֶן *Non erit tibi in loculo tuo pondus & pondus, Deuter. 25. 13. hoc est*, diversum pondus, alterum majus, alterum minus. *Sic* אֵיפָה וְאֵיפָה *Epha & Epha, ibid. v. 14.*
אִישׁ וְאִישׁ יֻלַּד בָּהּ *Vir & vir natus est in ea, Psalm. 87. 5. id est*, hic & ille, diversi, quàmplurimi.
עַד־שְׁנֵי דּוֹר וָדוֹר *Usq; ad annos generationis & generationis, Joel. 2. v. 2. id est*, diversarum ac plurimarum generationum.

Sic in diverso genere vel numero: ut,
מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה *Scipionem & scipionem, Jesa. 3. v. 1. id est*, hunc & illum, aquæ & panis vim & facultatem nutriendi.
שָׁרִים וְשָׁרוֹת *Cantatores & cantatrices, Eccl. 2. v. 8. hoc est*, varios cantores, diversa musices genera.
שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת *Symphoniam & symphonias, ibid.*

Si nomen כֹּל præponatur, tum vis distributionis manet: ut,
בְּכָל־שָׁנָה וְשָׁנָה *In omni anno & anno, Esth. 9. v. 21. hoc est*, quotannis, singulis & omnibus annis.
בְּכָל־דּוֹר וָדוֹר מִשְׁפָּחָה וּמִשְׁפָּחָה מְדִינָה וּמְדִינָה וְעִיר וָעִיר *In omni ætate & ætate, familia & familia, provincia & provincia, civitate & civitate ibid. v. 28. hoc est*, unaquaque ætate, &c.

Hinc per Ellipsin voculæ כֹּל explicanda sunt:
בִּינוּ שְׁנוֹת דּוֹר וָדוֹר *Considerate annos ætatis & ætatis, Deut. 32. 7. id est*, cujusque ætatis. Sic Psal. 89. 2.
זִקְנֵי עִיר וָעִיר *Seniores urbis & urbis, Esr. 10. 4. id est*, cujusque urbis.
בְּאָמְרָם אֵלָיו יוֹם וָיוֹם *Quum dixissent ad illum die & die, Esth. 3. 4. hoc est*, quotidiè. Porrò

sexcenta millia & septuaginta millia, & quinq; millia, Numer. 1. 32. *pro* sexcenta septuaginta quinque millia.

Secundò, in continua repetitione, nunc *substantivi*, nunc *adjectivi*. Substantivum in singulari numero continuò repetitum, distributionem denotat. Alterũ enim loco adjectivi distributivi est, quo Hebræi carent: ut,

וַיִּהְיוּ עוֹשִׂים גּוֹי אֱלֹהָיו *Et erant facientes* (id est, faciebant) *gens gens deos suos*, 2. *Reg.* 17. 29. *id est*, singulæ gentes faciebant sibi deos.

וְקַח מֵאִתָּם מַטֶּה מַטֶּה *Accipe ab illis virgam virgam, Num.* 17. *v.* 2. *id est*, singulas virgas.

אִישׁ אִישׁ כִּי־תִשְׂטֶה אִשְׁתּוֹ *Vir vir quum declinaverit uxor ejus, Num.* 5. 12. *id est*, quum ullius viri uxor, vel, cujuscunque viri uxor declinaverit. Simile Levit. 15. 2. & 24. 15.

עֵדֶר עֵדֶר לְבַדּוֹ *Gregem gregem solum ipsum, Genes.* 32. 16. *id est*, quemque gregem seorsum.

עִשָּׂרוֹן עִשָּׂרוֹן תַּעֲשֶׂה *Decimam decimam parato, Num.* 29. 31. *id est*, singulas decimas.

שְׁנַיִם שְׁנַיִם בָּאוּ *Duo duo ingressa sunt, Genes.* 7. 9. *id est*, bina: vide & 1. Par. 26. 27. Vide præterea Genes. 7. 2. Ex. 16. 21. Deut. 14. 22. Esth. 3. 15. 1. Paral. 9. 27. 32. 2. Paral. 13. 11. Psal. 61. 9.

Sic in Novo Testamento; ἀποστέλλειν δύο δύο. *Mittere duo duo*, Marc. 6. 7. *id est, binos, singula paria*. Item συμπόσια συμπόσια, *Per convivia convivia, v.* 9. *id est, singulas convivantium atq; accumbentium classes*. Item πρασιαὶ πρασιαὶ *areolæ, areolæ, v.* 40, *id est, areolatim*.

Quòd si copula ו interveniat, tum diversitas significatur: ut,

בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ *Corde & corde loquuntur, Psal.* 12. *v.* 3. *id est*, לבבות

חֲמוּדוֹת desideratissimis, pretiosissimis, nempe vestibus regiis.

יָמוּתוּ אֲנָשִׁים *Morientur viri*, 1. *Sam.* 2. *v.* 33. *scil.* בַּחוּרִים *Electi, hoc est*, Juvenes selectâ ætate.

בָּא בַּאֲנָשִׁים *Venerat inter homines*, 1. *Sam.* 17. 13. *scil.* זְקֵנִים senes, *hoc est*, provectâ ætate, & grandævus inter homines erat.

בָּאִים בַּיָּמִים *Venerant in dies, Gen.* 18. 11. sc. רַבִּים *multos, hoc est*, vergentes, sive provecti ætate erant.

זֶרַע אֲנָשִׁים *Semen virorum*, 1. *Sam.* 1. 11. *pro* אֲנָשִׁים זְכָרִים hominum masculorum, *hoc est*, semen virile, ut Kimchi enarrat, vel צַדִּיקִים justorum, *aut* חֲכָמִים sapientum, ut R. Salomon supplet.

אֹכְלִים כָּרִים מִצֹּאן *Comedentes agnos è grege, Amos* 6. *v.* 4. *pro* כָּרִים שְׁמֵנִים agnos pinguissimos.

וְיֵשׁ בְּעֶדְרוֹ זָכָר *Si est in grege ejus masculum, Mal.* 1. 14. *scil.* זָכָר תָּמִים Masculum pecus integrum.

מָצָא אִשָּׁה מָצָא טוֹב *Inveniens uxorem, invenit bonum, Prov.* 18. *v.* 22. *nempe* אִשָּׁה טוֹבָה Uxorem bonam: nam qui malam invenit, malitiam malitiæ invenit.

נִבְחַר שֵׁם מֵעֹשֶׁר רָב *Præstantius est nomen, quàm divitiæ multa*, Proverb. 22. ℣. 1. *id est*, טוֹב bonum nomen.

חֲמוֹר לֶחֶם *Asinum* (ferentem) *panem*, 1. *Sam.* 16. 20. subintell. נוֹשֵׂא.

Pleonasmus *primò* est in locutionibus numeralibus, repetito nunc substantivo, nunc adjectivo: ut,

בִּשְׁנַת עֶשְׂרִים וְשָׁלֹשׁ שָׁנָה *In vigesimo & tertio anno*, 2. *Reg.* 13. 1. *pro* Anno vigesimo tertio.

חָמֵשׁ שָׁנִים וְשִׁשִּׁים שָׁנָה *Quinq; annos & sexaginta annos, Genes.* 5. 15.

צֹאן שֵׁשׁ מֵאוֹת אֶלֶף וְשִׁבְעִים אֶלֶף וַחֲמֵשֶׁת אֲלָפִים *Pecudum*

sexcenta

פַּעַם Vice unâ aut duabus, *id est*, Non semel atque iterum.

רְחֵלִים כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת *Sicut grex præcisarum, Cant.4. 2. sup.* קְצוּבוֹת Ovium sive pecudum tonsarum.

חָגוּר חֲדָשָׁה *Accinctus nova, 2.Sam. 21.16. sup.* חֶרֶב Gladio, ut Kimchi notat: וְכֵן דֶּרֶךְ הַמִּקְרָא בְּהַרְבֵּה מְקוֹמוֹת וְהַחֶסְרוֹן יִתְבּוֹנֵן לְפִי הָעִנְיָן *hoc est*, Et sic mos est Scripturæ in multis locis, deficiens autem subintelligitur juxta sensum.

וּמַאֲכָלוֹ בְּרִיאָה Et cibus ejus pingue (sc. שֶׂה) Pecus; Hab. 1. ℣. 16.

Tertiò, quando adjectivum respondet substantivo, quod cum altero substantivo constructum est: ut, אִמְרַת יְהוָה צְרוּפָה *Sermo Domini purgatus est, Psal.18.v.13.* תּוֹרַת יְהוָה תְּמִימָה *Lex Domini perfecta est, Psal. 19. 8.* יִרְאַת יְהוָה טְהוֹרָה *Timor Domini mundus est, ibid. vers. 10.* פִּקּוּדֵי יְהוָה יְשָׁרִים *Præcepta Domini recta sunt, v. 9.*

In his & similibus concisa est locutio. Convenientia enim semper est vocum integrarum, non autem ob aliam structuram corruptarum. Unde adjectivum cum substantivo constructo cohærere non potest, nisi subaudito substantivo absoluto, qualis locutio plena est in hoc, אִמְרוֹת יְהוָה אֲמָרוֹת טְהֹרוֹת *Eloquia Domini eloquia munda (sunt) Psal.12.7.* Sic itaq; & alia explicanda erunt; *nempe* אֲמָרָה צְרוּפָה *Sermo Domini sermo purgatus est*; & sic reliqua.

Adjectivi Ellipsis est, quando substantivum solum ponitur, adjectivo sensui commodo, subaudito: ut, הַנֹּתֵן שֶׁלֶג כַּצָּמֶר *Qui dat nivem sicut lanam, Psal. 147. v. 16. subaudiendum* הַלָּבָן albam. Sic intelligendum quoq; Jesa. 1. 18.

מְלֻבָּשִׁים בְּגָדִים *Induti vestibus, 2. Reg. 22. v. 10. scilicet*

המודות

Subſtantivi, quando adjectivum maſculinum tantùm exprimitur, ſubſtantivo commodè ſubintellecto: ut,

בָּעֲשִׂירִי בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *In decimo, in uno menſis*, Gen. 8. 5. quod plenè eſſet, בַּחֹדֶשׁ עֲשִׂירִי בְּיוֹם אֶחָד *Menſe decimo, die uno ſive primo.*

כְּסָלַי מָלְאוּ נִקְלֶה *Ilia mea plena ſunt vili*, Pſalm. 38. v. 8. hoc eſt, דָּבָר נִקְלֶה *Re vili, aut* נֶגַע נִקְלָה *Plagâ vili & contemtâ*, ut Kimchi ſupplet.

וּמֵי מָלֵא יִמָּצוּ לָמוֹ *Et aquæ pleni exprimentur eis*, Pſal. 73. 10. hoc eſt, כּוֹס מָלֵא *Poculi pleni.*

בְּחָזָק יָבוֹא *Cum forti veniet*, Jeſ. 40. 10. *ſcil.* יָד *manu*, quod aliquando maſculinum eſt, ut Ab. Eſra notat.

אֶל־פֶּתַח שַׁעַר הַפְּנִימִית *Ad oſtium portæ interioris*, Ezech. 8. 3. h. e. הֶחָצֵר הַפְּנִימִית *Atrii interioris*. Hanc Ellipſin diſcrepantia generis indicat. Nam שַׁעַר maſculinum eſt, הַפְּנִימִית fœmininum, quod ad nomen ſubintellectum חָצֵר referendum eſt.

Deinde, cùm adjectivum fœmininum abſolutè uſurpatur, ut apud Latinos Nomina generis neutri: ut,

לָשׁוֹן מְדַבֶּרֶת גְּדֹלוֹת *Lingua loquens magna*, Pſal. 12. 4. pro אֲמָרוֹת גְּדֹלוֹת *ſermones grandes.*

הַבְּרִיאָה תִּזְבָּחוּ *Opimum mactabitis*, Ezech. 34. v. 3. *ſubaudi*, צֹאן *Pecus.*

אַחַת שָׁאַלְתִּי אוֹתָהּ אֲבַקֵּשׁ *Unum petii, illud requiram*, Pſal. 72. 4. *hoc eſt*, שְׁאֵלָה אַחַת Petitionem unam.

דִּבֶּר אִתָּנוּ קָשׁוֹת *Loquitur nobiſcum dura*, Geneſ. 42. v. 30. *ſupple*, אֲמָרוֹת verba. Talia ſunt, Prov. 18. 23. Job. 40. *v*. 22. Jeſa. 32. 4.

אֵין בְּפִיהוּ נְכוֹנָה *Non eſt in ore ejus rectum*, Prov. 5. 10. *ſup.* מִלָּה Verbum.

לֹא אַחַת וְלֹא שְׁתָּיִם *Non unum neque duo*, 2. Reg. 6. 10. ſup.

פַּעַם

Ezech. 1. 11. hîc adjectivum participiale respondet in genere & numero, propiori: prius enim masculinum est.

אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת *Ira mea & excandescentia mea fusa est, Jer.* 7. 20.

Quintò, Quandoque duobus substantivis subjicitur adjectivum, conveniens posteriori, cùm deberet priori: ut,

קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *Arcus fortium confractus*, 1. *Sam.* 2. 4. hîc חַתִּים genere & numero convenit cum propiore גִּבֹּרִים sensu autem cum priore, pro קֶשֶׁת חַתָּה Arcus confractus.

וְצַפַּחַת הַשֶּׁמֶן לֹא חָסֵר *Et ampulla olei istius non erit deficiens*, 1. *Reg.* 17. 16. *pro* חָסֵרָה *ut vers.* 14. *eidem huic locutioni respondet Verbum fœmininum* תֶּחְסָר deficiet. Quidam volunt per Hypallagen hæc dici, quasi גִּבּוֹרֵי קֶשֶׁת חַתִּים *Potentes arcu fracti sunt*, שֶׁמֶן צַפַּחַת חָסֵר *Oleum ampullæ deficiens.* Sed *mos est linguæ*, scribit Kimchi ad hunc locum, *ut adjectivum vel verbum conveniat cum propiore.* Hoc tamen non semper fieri, docent antè posita exempla, & videbitur ampliùs in Verbis cap. 10.

Sextò, Duobus vel pluribus substantivis singularibus, sive unius sive diversi generis fuerint, adjungitur adjectivum plurale genere masculino: ut,

שָׁאוּל וִיהוֹנָתָן הַנֶּאֱהָבִים *Saul & Jehonatan dilecti*, 2. *Sam.* 1. 23.

אֲנִי וּבְנִי שְׁלֹמֹה חַטָּאִים *Ego & filius meus Salomon peccatores*, 1. *Reg.* 1. 21.

עָנָן וַעֲרָפֶל סְבִיבָיו *Nubes & caligo sunt circuitus ejus*, *Ps.* 97. 2.

אַבְרָהָם וְשָׂרָה זְקֵנִים *Abraham & Sara Senes*, *Gen.* 18. 11.

עִבְרִי וְהָעִבְרִיָּה חָפְשִׁים *Hebræũ & Hebræam liberos, Jer.* 34. 9.

Anomaliæ communes. ELLIPSIS quandoq; est *substantivi*, quandoque *adjectivi.*

וַתִּקַּח עִמּוֹ מָאתַיִם כֶּסֶף *Et tulit ſecum ducentos argenteos, Jud.* 17. *v.* 4.

Numeralibus in utroq; numero conjunctis, ſubſtantivum convenit numero minori: ut.

בֶּן־שָׁלֹשׁ וּשְׁמֹנִים שָׁנָה *Filius trium & octoginta annorum, Exod.* 7. *v.* 8.

שְׁמֹנִים וַחֲמִשָּׁה אִישׁ *Octoginta & quinq; viri*, 1. *Sam.* 22. 18.

שְׁמֹנִים וְשִׁבְעָה אֶלֶף *Octoginta & ſeptem millia*, 1. *Par.* 7. 5.

Sæpè tamen etiam analogam conſtructionem eſſe, paulò antè viſum eſt.

Obſervant quidam, in numeratione Dierum, & Annorum, ab Uno ad Decem, ea poni in numero plurali: ut שְׁלֹשָׁה יָמִים *Tres Dies*, שֶׁבַע שָׁנִים *Septem anni*: A Decem & ultrà in ſingulari numero: ut, אֶחָד עָשָׂר יוֹם *Undecim dies*, מֵאָה שָׁנָה *Centum anni*, עֶשְׂרִים שָׁנָה *Viginti anni*. Et ſic usque ad mille, inde rurſum, אֶלֶף שָׁנִים *Mille anni.*

Tertiò, Subſtantivis pluralibus diverſi generis, ſubjicitur adjectivum in genere maſculino tanquam digniore: ut,

חֻקִּים וּמִצְוֹת טוֹבִים *Statuta & præcepta bona*, *Neh.* 9. *v.* 13, hîc adjectivum טוֹבִים refertur juxta ſenſum ad utrunque ſubſtantivum, genere autem convenit cum maſc. חֻקִּים.

כָּל הַפְּתָחִים וְהַמְּזוּזוֹת רְבֻעִים *Omnes portæ & poſtes quadrata*, 1. *Reg.* 7. 5.

בָּנֶיךָ וּבְנֹתֶיךָ נְתֻנִים לְעַם אַחֵר *Filii tui & filiæ tuæ traditi populo alteri, Deut.* 28. 32. *vide & Job.* 1. 13.

Quartò, Quandoq; duobus vel pluribus ſubſtantivis adjectivum adjungitur, quod cum propiore tantùm conſentit: ut.

וּפְנֵיהֶם וְכַנְפֵיהֶם פְּרֻדוֹת *Vultus eorum & alæ eorum extenſa, Ezech.*

יְהוָה אֱלֹהִים *DOMINUS* Dii, Gen. 2. 5. *pro* אֱלֹהַ Deus.
בֹּעֲלַיִךְ עֹשַׂיִךְ *Conjuges tui factores tui*, *Jesa.* 54. 5. *pro*, Conjux tuus opifex tuus, de unico & vero Deo dictum.
אֱלֹהַ עֹשָׂי *Deus factores mei*, *Job.* 35. 10. De hoc loquendi genere vide plura mox infrà.

Deinde varia est anomalia inter Nomen substantivum & adjectivum. Sæpè enim in genere vel numero diversimodè conjunguntur, & quidem vel solum substantivum & adjectivum, vel unum adjectivum diversis substantivis respondens, unde speciales quædam anomaliæ oriuntur, quæ tamen ad Enallagen referri possint.

Primò, Adjectivo singulari substantivum plurale junctum, distributionem sive partitionem denotat: ut,
יָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ *Rectum est judicia tua*, *Psal.* 119. *v.* 139. *hoc est*, unumquodque judiciorum tuorum.
שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלָל *Arva Chesbonis languidum est*, *Jes.* 16. 8. *id est*, quodque arvum. Est verò hîc etiam generis discrepantia. Sed שְׁדֵמוֹת pluraliter in genere sumitur pro vitibus, arvis & agris quibuslibet, unde adjectivũ ipsi genere masculino ceu digniore, adjũgitur.
בִּתְהֹמוֹת רַבָּה *In abyssis magna*, *Psal.* 78. 15. *hoc est*, quâque abyssorum magnarum.

Secundò, Adjectivis numeralibus singularis numeri, junguntur plerunque substantiva pluralia: ut,
שְׁלֹשָׁה מְלָכִים *Tres reges*, *Dan.* 11. 2.
וַיְחִי־שֵׁת חָמֵשׁ שָׁנִים *Et vixit Seth quinq; annos*, *Gen.* 5. *v.* 6.
מֵאָה פְעָמִים *Centum vicibus*, 2. *Sam.* 24. 3.

E contrario, Numeralibus pluralibus, junguntur substantiva singularia: ut,
זֶה עֶשְׂרִים שָׁנָה *Hos viginti annos*, *Gen.* 31. 38.
שְׁלֹשִׁים אֶלֶף *Triginta millia*, *Num.* 31. 39.

Antè res gestæ, id est, præteritæ, *apud Sophoc.* ὁ πρὶν χρόνος *Antè tempus:* ἀεὶ χρόνος *Semper tempus:* ἡ πρὶν ἀκοσμία, *Pridem deformitas, pro,* Pristina; & similia plurima. Apud Latinos: *Heri semper lenitas, verebar quorsum evaderet, Terent. And.* 1. 2. *pro,* Perpetua lenitas. *Namq; erit ille mihi semper Deus, Virg. pro,* Sempiternus. *Neq; enim ignari sumus antè malorum,* idem 1. Æneid. *pro,* Præcedentium: *Peccare fuisset Antè satis, idem* 9. *Aeneid. Antè peccare* τὸ πρὶν ἁμαρτάνειν, *pro,* Pristinum peccatum. *Egressam longè Phasidos isse viam, Propert. libro* 1. *ad Gal.* ubi *Longè viam, pro,* Longinquam viam. *Vidit omnem circa regionem Jordanis,* Genes. 13. ℣. 10. in Vulgata Latina, *pro,* circumjacentem.

CAPUT II.

De anomaliis in convenientia Nominis cum Nomine.

PRimò Nomina dominii, אָדוֹן , אֱלֹהִים , בַּעַל , ex linguæ usu & proprietate, efferuntur numero plurali cum antecedenti singulari, ad summam dignitatem & honorem excellentissimum personæ indicandum, ut Hebræorum interpretes tradunt. Erit ergo *Enallage* pluralis pro singulari: ut,

תַּחַת יֶרֶךְ אַבְרָהָם אֲדֹנָיו *Sub femore Abrahami dominorum suorum, Gen.* 24. 9. *pro* אֲדֹנוֹ domini sui: dicitur enim de solo Abrahamo.

הָאִישׁ אֲדֹנֵי הָאָרֶץ *Vir ille domini* (plur.) *terræ istius, Genes.* 42. *v.* 30. *pro* אֲדוֹן Domini, de solo Josepho.

עַל־שֵׁם שֶׁמֶק אֲדֹנֵי הָהָרִי *De nomine Schemer, dominorum montis,* 1. Reg. 16. 24. pro אֲדוֹן Domini.

לַאֲדֹנֵיהֶם לְמֶלֶךְ *Dominis suis regi, Genes.* 40. *v.* 1. *pro* לַאֲדֹנוֹ Domino suo.

אלהים

dici possit, מִזְמוֹר לְהַלֵּל *Psalmus ad laudandum*, h. e. ἐπαινετικὸς, לְהִתְפַּלֵּל *Ad precandum*, εὐκτικὸς: לְהוֹדוֹת *Ad gratias agendum*, εὐχαριστικὸς, Græci etiam dicunt ad hunc modum; ψαλμὸς εἰς ἀνάμνησιν, *Psalmus ad recordationem*, Psal. 38. 1. & 70. 1. *hoc est*, memorialis: Sic, εἰς ἐξομολόγησιν, *Ad gratiarum actionem*, *Psal.* 100. 1. εἰς διδαχὴν, *Ad doctrinam*, *Psal.* 60. 1. *pro* μνημονευτικὸς, ἐξομολογητικὸς, *&c.* Sic porrò, ἔγραψε προσευχὴν εἰς ἀγαλλίασιν *Scripsit orationem ad exultationem*, *Tob.* 13. 1. *hoc est*, εὐχαριστικὴν gratulatoriam, quâ Deo gratias cum singulari animi lætitia & exsultatione ageret. Apud Latinos: *Canes ad venandum*, *pro*, Venatorii: *Penna ad scribendum*, *pro*, Scriptoria, &c.

Denique non invenustè hîc substantivum additur Adverbio, tanquam adjectivo: ut,

מִפַּחַד פִּתְאֹם *A pavore subitò*, *Prov.* 3. 25. id est, *subitaneo.*

מִשְּׁאוֹל מָטָּה *A sepulchro infrà*, *Prov.* 15. 24. *hoc est*, inferiore.

אַל־תְּהִי עֵד חִנָּם *Ne sis testis temerè*, *Prov.* 24. 28. *id est*, temerarius, absq; causa & falsò testimonium dicens.

דַּם חִנָּם *Sanguis immeritò*, 1. *Sam.* 25. 31. *id est*, innoxius, immeritò effusus.

אֲנָשִׁים מְעַט עִמִּי *Homines parum mecum*, *Neh.* 2. *v.* 12. *id est*, מְעַטִּים *pauci, ut R. Salomon interpretatur.*

בְּכָל הַגּוֹיִם סָבִיב *In omnes gentes circum*, 1. *Reg.* 4. 31. *id est*, circumjacentes. Sic Zach 12. ℣. 6. vide etiam infrà cap. 3. Reg. 1. Talia sunt & Græcis familiaria: εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς *In agros circum, id est, circumjacentes*, *Marc.* 6. 36. τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν, *Suorum olim peccatorum, id est*, pristinorum, 2. *Pet.* 1. 9. τὰ πρὶν ἔργα,

וּבְכָל־עֲבוֹדָה בַּשָּׂדֶה *Et in omni opere in agro*, Exod. 1. 14. *hoc est*, agresti, rustícano, rurali.

מַיִם בַּיַּמִּים *Aquæ in maribus*, Genes. 1. v. 22. *h. e.* marinæ.

Cum מִן sive מ: ut,

אַבִּיעָה חִידוֹת מִנִּי קֶדֶם *Eloquar ænigmata ab antiquitate*, *Psalm*. 78. 2. *hoc est*, antiqua: vide & Psal. 143. ℣. 5.

הָלַךְ בְּדֶרֶךְ מֵרָחוֹק *Abiit viâ è longinquo*, *Prov*. 7. v. 19. *id est*, longinquâ, longum iter ingressus est.

הַגִּידוּ בָאִיִּים מִמֶּרְחָק *Annunciate in regionibus è longinquo*, *Jer*. 31. 10. *id est, longinquis.*

אַרְיֵה מִיַּעַר *Leo de sylva*, *Jer*. 5. 6. *hoc est*, sylvestris.

מִמְתִים מֵחֶלֶד *Ab hominibus è mundo*, *Psalm*. 17. v. 14. *id est*, mundanis, mundum vel mundana sapientibus.

נִסְכֵּיהֶם מִדָּם *Libamina eorum ex sanguine*, *Psal*. 16. 4. *h. e.* sanguinea, cruenta. Hujus generis est; *ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, *Panem è cœlo*, *Joh*. 6. 31. *hoc est*, cœlestem: nam *è cælo*, pertinet ad *panem*, non ad sequens Verbum *ἔδωκεν*, *Dedit*. *Unde à Davide appellatur* דְּגַן הַשָּׁמַיִם Frumentum cœlorum, Psal. 78. 24. Sic apud Latinos observata sunt, *Mercenarius à villa*: Ter. Adelph. *Aper de sylva*, apud Florum: *Vicini è proximo*, hoc est, proximi, Plaut. Aul.

Cum ל: ut,

מִזְמוֹר לְתוֹדָה *Psalmus ad gratiarum actionem*, *Psal*. 100. 1. *hoc est*, *εὐχαριστικὸς*, quo gratiæ aguntur.

In hoc genere loquendi est Verbum Infinitum pro Nomine: ut,

מִזְמוֹר לְהַזְכִּיר *Psalmus ad commemorandum*, *Psal*. 38. v. 1. *hoc est*, *μνημονευτικὸς*, memorialis.

מִכְתָּם לְדָוִד לְלַמֵּד *Aureum carmen Davidis ad docendum*, Psal. 60. ℣. 1. id est, *ψαλμὸς διδασκαλικὸς*. Sic porrò dici

ctivis, neque Kimchi, neque Elias quicquam notarunt, neq; etiam ab interpretibus omnibus hoc est observatum. Gaudent verò plurimùm Hebræi hoc articulo, unde nunc substantivo, nunc adjectivo, vel utrique simul eum præponunt, ut infrà copiosiùs dicetur in Syntaxi Pronominum.

Adjectivum numerale singulare, nunc præcedit, nunc sequitur: Plurale & duale semper præcedunt: ut,

אֶלֶף וּמֵאָה הַכֶּסֶף *Mille & centum argenteos, Jud. 17. 2.*

יוֹם אֶחָד *Dies unus, Gen. 1. 5.*

בַּשָּׁנָה הַשִּׁשִּׁית *In anno sexto, Ezech. 8. 1.*

שְׁלֹשִׁים בָּנִים וּשְׁלֹשִׁים בָּנוֹת *Triginta filii & triginta filiæ, Jud. 12. v. 9.*

שְׁנַיִם עֵצִים *Duo ligna, 1. Reg. 17. 12.*

At, שָׂפָה אַחַת וּדְבָרִים אֲחָדִים *Labii unius & verborum unorum, Genes.* 11. 1. ubi plurale sequitur, quod non rationem numeri, sed identitatis habet, pro *Eorundem.* Sic Terentius in Eunucho: *Aderis unà in unis ædibus, id est,* iisdem. Et Cic. pro Flac. *Unis moribus & nunquam mutatis legibus vivere.*

Ex elegantiis linguæ Hebrææ est, cùm pro adjectivo periphrasticè usurpatur substantivum, præcedente Præpositione ב, מ, sive מִן aut ל: ut,

כָּל־חַיְתוֹ בַּיָּעַר *Omnes bestiæ in sylva, Jesa. 56. vers. 9. id est,* sylvestres. Vau cum Cholem est paragogicum: vide & Jer. 12. 9.

וְאַשְׁמוּרָה בַלָּיְלָה *Et vigilia in nocte, Psal. 90. 4. id est,* nocturna: vide & Cant. 3. 8.

יוֹעֵץ בְּשֵׂכֶל *Consiliarius cum intellectu,* 1. *Paral.* 26. 14. *hoc est,* intelligens, prudens.

בְּיַד הָרָצִים בַּסּוּסִים *Per manum cursorum in equis, Esth. 8, 10. id est,* equestrium, veredariorum.

בֵּן מֵבִין *Filius intelligens, Prov. 28. v. 7.*

חֶרֶב הוּחַדָּה וְגַם מְרוּטָה *Gladius exacutus est atque etiam expolitus, Ezech. 21. 9.*

Quandoque tamen præcedit adjectivum: ut,

בִּירַקְרַק חָרוּץ *Subflavo auro, Psal. 68. 14.*

עָב טִיט *Densum lutum, Hab. 2. 6.*

רַבִּים עַמִּים *Multi populi, Ps. 89. 51.*

Cùm adjectivum præcedit, sæpè Ellipsis est Verbi substantivi intercedentis: ut,

יָשָׁר דְּבַר יְהוָה *Rectum* est *verbum* DOMINI, *Psal. 33. v. 4.*

טוֹבָה חָכְמָה עִם נַחֲלָה *Bona* est *sapientia cum possessione, Eccles. 7. 12.*

רַבִּים מַכְאוֹבִים לָרָשָׁע *Multi* sunt *dolores improbo, Psal. 32. 10.* vide ampliùs lib. 2. cap. 14.

Et promiscuè dicitur, אִישׁ כְּסִיל *Vir stultus, Prov. 14. v. 7.* &, כְּסִיל אָדָם *Stultus homo, Prov. 15. v. 20.* item, אֲנָשִׁים חֲכָמִים *Homines sapientes*; &, חֲכָמִים מְחֻכָּמִים *Sapientes sapientissimi, Proverb. 30. 24.* Sic verò adjectiva ista, quæ substantivorum etiam naturam induunt, promiscuè antecedunt, vel sequuntur. Apud Rabbinos, אִישׁ צַדִּיק *Vir justus, &* צַדִּיק גָּמוּר *Justus perfectus:* אִישׁ עָשִׁיר *Homo dives,* & עָשִׁיר גָּדוֹל *Dives magnus.* Superius ex Prov. 15. etiam explicari possit, *Stultus hominum,* ut alibi dicitur, חַכְמוֹת נָשִׁים *Sapientes mulierum, Proverb. 14. 1.*

Adjectivum nominale cum præfixo articulo ה quidam volunt superlativè sumi: ut,

כַּשֶּׁמֶן הַטּוֹב *Sicut unguentum optimum, Psalm. 133. 2.*

אֶת־הַתְּשׁוּעָה הַגְּדֹלָה הַזֹּאת *Salutem maximam hanc, Jud. 15. vers. 18.*

תִּגְלֶה] At, תִּכְלָה *Consumetur,* 1. *Reg.* 17. 14. desinit in Kametz ad formam Quiesc. tertiâ א. A Kimchio huc refertur; וַתִּזְנִי *Et scortata est, Jerem.* 3. 6. pro וַתִּזְנֶה, ה in י commutato, ut paulò antè in תֶּמְחִי. R. Salomon vult י esse paragogicum, adjectum formæ defectæ per

גְּלוּ, ad formam פִּקְדוּ. Primâ gutturali; הֱיוּ *Estote, Num.* 16.16. עֱנוּ *Canite*, Num. 21. 17. Hinc quoque est; אֵפוּ *Coquite, Exod.* 15.23. cum Tzere, ad dilatandam pronunciationem gutturalis א. Est & hîc tertia radicalis ה expressa per י, ut antè in Participio & Præterito: ut, בְּעָיוּ *Quærite, Jesa.* 21. 12. אֵתָיוּ *Venite, ibid.* pro eodem legitur etiam הֵתָיוּ, cum ה ab initio loco א, *ibid. v.* 14. Hinc videtur contractum; קִיוּ *Vomite, Jerem.* 25. *v.*27. *pro* קְאוּ *quasi à* קָאָה.

גְּלֶינָה] Sic וּרְאֶינָה *Et videte*, Cantic. 3. 11.

AD FUTURUM.

אֶגְלֶה] Primâ gutturali; אֶחֱזֶה *Videbo, Job.* 19. 27. אֶהְיֶה *Ero, Exod.* 3. *v.* 12. At, אֶשְׁעָה *Respiciam, Psal.* 119. 117. desinit in Kametz ad formam Quiescentium tertiâ א. Legitur & ה paragogicum, cujus causâ ה radicale mutatum est in י mobile, ut in superioribus Temporibus: ut, אֶהֱמָיָה *Perstrepam, Psalm.* 77. *v.* 4. Huc pertinet, וָאֶכְרֶהָ quod vide libro 2. cap. 17. ad Futurum, ut & alia similia conjuncta cum Pronominibus. *Prima radicalis* נ *hic quoq; deficit:* ut à נָטָה dices, אַטֶּה *Inclinabo*, תַּטֶּה &c. at pauca usitata extant, quæ suis locis adducentur.

תִּגְלֶה] In Tzere, ex terminatione Imperativi, vel potiùs formâ Chaldaicâ; תַּעֲשֵׂה *Feceris, Gen.* 26. 29. quod Masorethæ notant quater per Tzere scribi: תִּהְיֵה *Sis, Jerem.* 17. 17. תֵּרָאֵה *Videris, Dan.* 1. 13. *Ex prima radicali* א in Cholem quiescente; תֹאבֶה *Acquiesces, Deut.*13.8. pro quo alibi est תֹּבֵא, *Proverb.* 1. 10. primâ radicali abjectâ, (ut & aliâs in his Verbis fit) & tertiâ ה in א commutatâ, cum terminatione Tzere, quæ in Verbis ab א incipientibus non infrequens, ut suprà capite 13. declaratum. Specialis anomaliæ sunt; תֶּמַחִי *Deleas, Jerem.*18.23. pro

תמחה

AD INFINITIVUM.

גָּלֹה] Ad formam פָּקוֹד, nisi quòd hic quiescat ה. Ex hac forma quædam habent א loco ה, ex forma Quiescentium tertiâ א; רָצוֹא *Excurrere, Ezech.1.14.* לִירוֹא *Ad jaculandum, 2. Paral.26.15.* נָצֹא *Avolando, Jerem.48.9.* Cum Apocopa tertiæ radicalis ה, aut ה in ו commutato; רָאֹן *Videndo, Genes.26.v.28.* בָּכוֹ *Flendo, Jesa.30.v.19.* Hinc & duo sunt cum Cholem ab initio loco Kametz; הֹרוֹ וְהֹגוֹ *Concipere & meditari, Jesa.59.13.* Cum ת in fine; רָאוֹת *Videre,* Esa.42.20.

גְּלֹה] Ex hac forma cum Nun paragogico est; מֵחֲרוֹן *Ab æstuando, Psalm.85.4.* Terminationis Chaldaicæ sunt; הֱיֵה *Esse, Ezech.21.10.* רְאֵה *Videndo, Psal.142.5.* Sic; לֶהֱוֵא *Esse;* in Daniele & Esra sæpè.

גְּלוֹת] Assumitur ת tanquam Infinitivi formativum, quomodo etiam ejus usus est in Defectivis & Quiescentibus primâ. Hinc; לִירוֹת *Ad jaculandum Psal.* 11.2. & ׳ abjecto, לְרוֹת *Psal.64.5.* Primâ gutturali; הֱיוֹת *Esse, Ruth.1.13.* Porrò speciale est; לְרַאֲוָה *Ad aspiciendum, Ezech.28.17.* cum ה paragogico, & tertiâ radicali ה mutatâ in ו mobile, quomodo ingreditur formam Nominum; ut, לְאַהֲבָה *Ad diligendum:* vide cap.13. ad Infin. *In Michlol Kimchi, folio 152. in hujus vocis explicatione legitur,* ה *mutari* בויו נחת *in* ו *quiescens: mendum id est, ac legendum* בויו נראת *in* ו *apparens; id est, mobile, ut legitur in Commentariis ipsius in Ezechielem.*

AD IMPERATIVUM.

גְּלֵה] Cum Chatephpathach; וּשֲׁבֵה *Et captivam duc, Jud.5.12.* Hinc est ה in א commutato ad formam Chaldaicam; הֱוֵא *Esto, Job.37.6.* הֱיֵה *Esto, Exod.18.v.19.*

גְּלוּ] Contractè pro גְּלֵהוּ & sic in fœminino גְּלִי pro

גּוֹלִים] Contractè pro גֹּלְהִים. Hinc est assumpto א ex forma præcedentis speciei; נֹשְׁאִים *Exigentes*, *Nehem.* 5. 7. *pro* נֹשִׁים.

גּוֹלָה] Contractè pro גֹּלְהָה. Huc Kimchi refert; סֹעָה *Excitatus*, *Psal.* 55. 9. quod quibusdam nomen est, *Profectio*, à נָסַע. At notat Elias primam radicalem נ à Participiis Kal, aut Nominibus inde derivatis, nunquam excidere. *Quædam commutant* ה *in* י, ut in tertiis Præteriti quoq; notatum: ut, כְּעֹטְיָה *Quasi velata*, *Cant.* 1. v. 7. בֹּכִיָּה *Flens*, *Thren.* 1. 16. צֹפִיָּה *Speculans*, *Pvoverb.* 31. 27. פֹּרִיָּה *Fructificans*, *Psal.* 128. v. 3. הֹמִיָּה *Strepera*, *Prov.* 7. 11. At, דּוּמִיָּה *Silet*, *cum* ו *loco* ֹ, *Psalm.* 62. 2. quod aliâs Nomen est, sed hîc participialiter Hebræi exponunt. Unum est in ת loco ה juxta Kimchium; פֹּרָת *Fructificans*, *Gen.* 49. 22. Quidam putant esse pro פּוֹרָה. Sic tertia fœminina Præteriti sæpiùs jam antè ex hac terminatione notata est.

גֹּלוֹת] Hinc est ex forma præcedentium cum י loco ה; אֹתִיּוֹת *Ventura*, *Jesa.* 41. 23.

AD PARTIC. PRÆT. SIVE PAHUL.

Anomalia est in tertiâ radicali ה commutatâ in י.

גָּלוּי] Duo absque י reperiuntur ex speciali anomalia; הֶעָשׂוּ *Qui factus est*, *Job.* 41. 24. & est cum solo Schurek, ad formam Quiescentium tertiâ א. Alterum est; וְצָפוּ *Et exploratus*, *Job.* 15. 22. ubi expressè notatum, legendum וְצָפוּי. Ad præcedens verò Masorethæ tantùm scripserunt, *Non reperiri sic ampliùs:* unde pars interpretum pro Præterito habet.

גְּלוּיִם] Hinc est ה in א commutato; תְּלוּאִים *Suspensi*, *Hos.* 11. 7. quod alibi dicitur תְּלוּיִם Jos. 10. 26.

גְּלוּיוֹת Hinc, רְאוּיוֹת *Visæ*, *Esth.* 2. 9.

AD

ſunt, גָּבְהוּ *Extulerunt ſe, Jeſa.* 3. *v.* 16. תָּמָהוּ *Admirati ſunt, Pſalm.* 48. *v.* 6. ubi Kametz alterum eſt propter pauſam. Accentus autem eſt in ultima, ad differentiam Verborum Quieſcentium ſecundâ ו, quæ ſunt penacuta. Hinc cum א paragogico; אָבוּא *Voluerunt, Jeſa.* 28. *v.* 12. Simile vide ſuprà capite 13. ad Præterit. Kal. Eſt & hîc י loco tertiæ radicalis ה, ut antè in tertia fœminina; חָסָיוּ *Conſiderunt, Deut.* 32. *v.* 37. נָטָיוּ *Declinarunt, Pſal.* 73. *v.* 2. & ſic accentus in penultima reſidet. Ex forma Quieſcentium tertiâ א, hîc א aſſumptum legitur; תְּלָאוּם *Suſpenderunt eos,* 2. *Sam.* 21. 12.

גְּלִיתֶם] Cum Nun loco Mem: עֲשִׂיתֶן תּוֹעֵבָה *Feciſtis abominationem,* pro תֶם, Ezech. 33. 26.

גָּלִינוּ] Hinc eſt cum Kametz in penultima ad formam Quieſcentium tertiâ א; אָתָנוּ *Venimus, Jer.* 3. *v.* 22.

AD PARTICIPIUM PRÆSENS.

Anomalia hujus Participii per omnes conjugationes eſt in tertiâ radicali ה quieſcente in prima voce in Sægol, in reliquis abjectâ.

גּוֹלֶה] Hinc eſt cum א loco ה; נֹשֶׁא *Exigens, ſive Exactor,* 1. *Sam.* 22. 2. deſinens in א ad formam præcedentis ſpeciei, ſicut è contrario illic quædam fuerunt cum Sægol in fine, ex forma hujus ſpeciei. *Quædam in Tzere deſinunt ad formam Quieſcentium tertiâ* א: ut, עֹשֵׂה *Faciens, Exod.* 15. *v.* 11. quod Maſorethæ ibidem notant octies cum Tzere ſcribi: בֹּנֵה *Aedificans, Pſalm.* 147. *v.* 2. רֹאֵה *Videns, Pſalm.* 64. 9. קֹנֵה *Poßidens, Geneſ.* 14. 19. & ſimilia alia. *Plura adducit Kimchi in Michlol fol.* 151. *quorum quædam degenerant in naturam Nominum, quæ cum alio ſubſtantivo conſtructa, mutant ultimum Sægol in Tzere, ut docetur libro ſecundo in Syntaxi Nominum.*

ſint radicales, propter multiplicem & varium uſum, quem aliis vocibus ſerviendo in fine literæ iſtæ habent, unde & ח״ veram Radicem non agnoſcit, non obſtante quòd inde defectivum ח׳ videatur quandoq; habere uſum Verbi præteriti.

גָּלִיתָ] Ad analogiam eſt; גָּבַהְתָּ *Extuliſti te, Ezech.31. v.*10. At hæc pronunciatio incommoda & ambigua eſt. Unde communiter tertia radicalis ה in ſecunda & prima perſona utriusque numeri, per omnes conjugationum formas, mutatur in י, nunc in Chirek, nunc in Tzere quieſcens, propterea quòd ה in media voce rarò ſoleat vel quieſcere, vel cum quieſcente Scheva uſurpari. Porrò י è medio ſæpiſſimè excidit, tam hîc quàm in aliis conjugationibus: ut, וְהָיִתָ *Et eris, 2. Sam.* 15. 33. בָּנִתָה *Aedificaſti, 1.Reg.*9. 3. Irregulare eſt; וּבָנִית *Et ædificabis, Prov.* 24. *v.* 27. abſque Kametz ſub ת. Debet enim eſſe maſculinum, בָּנִיתָ. Simile, וְהוֹצֵאת cap.46.

גָּלִית] Cum Scheva in fine, quod rarum; וֶהְיֵית *Et eſto, 2. Sam.*14. *v.*2. עָשִׂית *Feciſti, Gen.*3.*v.*13. quod quater inveniri Maſora notat: aliâs omitti ſolet, ut cap. 24. dictum. Simile fuit ſuprà cap. 43. ad Præteritum Kal. וּבָנִית Vide in præc. voce.

גָּלִיתִי] י è medio ejecto; בָּנִתִי *Aedificavi, 1.Reg.*8. 44. & ſemel abjecto poſteriore י, & legitur quaſi cum י ut Maſorethæ obſervarunt; בָּנִת *Aedificavi, ibid. v.*48. Cum א in medio, quaſi ex Quieſcentibus tertiâ א; רָצְאתִי *Acceptos habebo, Ezech.* 43. *v.* 27. Specialis anomaliæ eſt; שָׁלַוְתִּי *Tranquillus fui, Job.*3. *v.*36. pro שָׁלִיתִי tertiâ radicali ה in ו commutatâ, unde formam habet analogam perfectorum Verborum.

גָּלוּ] Tertia radicalis ה per omnes conjugationum formas hîc abjicitur, factâ contractione facilioris pronunciationis causâ, pro גָּלְהוּ, quomodo ad analogiam ſunt,

גַּלּוּ	גַּלֵּה	M.
גַּלֶּינָה	גַּלִּי	F.

Futurum.

Sing.

	fœmin.	mascul.
1		אֶגְלֶה
2	תִּגְלִי	תִּגְלֶה
3	תִּגְלֶה	יִגְלֶה

Plural.

1	נִגְלֶה	
2	תִּגְלוּ	תִּגְלֶינָה
3	יִגְלוּ	

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

גָּלָה] Hinc est ה in א commutato; קְרָאַנִי *Obvenit mihi, Job.* 4. *v.* 14. quasi à קָרָא.

גָּלְתָה] Tertia radicalis ה mutatur hîc per omnes conjugationes in ת, ne duę aspirationes concurrentes, difficultatem pronunciationis pariant. Unde & quandoque in י mutatur: ut, חָסָיָה *Confidit, Psal.* 57. *v.* 2. גָּבְהָא *Extulit se, Ezech.* 31. *v.* 5. ex analogis est, & cum א loco ה. Contracta & hîc forma est in ת: ו עָשָׂת *Fecit, Levit.* 25. *v.* 21. קָרָאת *Obveniat, Deuter.* 31. *v.* 29. quod cum Epenthesi א est, aut certè ad formam Quiescentium tertiâ א transformatum, ut suprà cap. 43. ad Præteritum: vide & infrà ad Præter. Hiphil. Irregulare est; וְחָיָה *Et vivat illa, Exod.* 1. *v.* 16. *pro* חָיְתָה juxta Kimchium in Michlol. *Quidam deducunt à* חַיי, *& esse debebat* חַיָּה *ad formam* סַבָּה, *unde Dagesch & vocalis brevis in longam coaluerunt, ut & aliâs sæpè fit, tum etiam ut differret à nomine* חַיָּה. *Aben Esra priorem sententiam probat, in qua explicanda prolixus est: posteriorem negat, quòd litera* י, *ut &* ו, *in fine nunquam sint ra-*

dente Pathach ad formam analogorum; ut, גָּבַהּ *Excelluit*, כָּמַהּ *Concupivit*, נָגַהּ *Splenduit*, תָּמַהּ *Admiratus fuit*.

Notandum etiam, verba הָיָה & חָיָה ab initio vocis pro Scheva ſimplici ſemper aſſumere Scheva compoſitum, quotiescunq; verò ipſis litera formativa aut alia ſervilis præmittitur, tunc recipiunt Scheva ſimplex, propter quam litera præcedens cum Chirek notatur, pro more conſueto in aliis vocibus.

CONJUGATIO KAL.

Præteritum.

Sing.

fœm.	*maſc.*	
גָּלְתָה	גָּלָה	3
גָּלִית	גָּלִיתָ	2
	גָּלִיתִי	1

Plural.

	גָּלוּ	3
גְּלִיתֶן	גְּלִיתֶם	2
	גָּלִינוּ	1

Partic. præſens.

P.	S.	
גּוֹלִים	גּוֹלֶה	M.
גּוֹלוֹת	גּוֹלָה	F.

Participium præter.

P.	S.	
גְּלוּיִם	גָּלוּי	M.
גְּלוּיוֹת	גְּלוּיָה	F.

Infinititivus.

גָּלֹה גְּלֹה גָּלוֹת גְּלוֹת

Imperativus.

P. S.

גלה M.

תִּתַּמְּצְאוּ] Per Syncopam literæ; ת: תִּטַּמְּאוּ *Polluetis vos, Levit.* 11. 43.

יִתְמַצְּאוּ] Cum Nun paragogico; יִתְמַלְּאוּן *Explent se, Job.* 16. v. 10. Per syncopam literæ ת: יִטַּמְּאוּ *Polluent se, Ezech.* 14. 11. יִדַּכְּאוּ *Contererentur, Job.* 5. v. 4.

CAPUT XLIX.

De Verbis Quiescentibus tertiâ radicali ה, *& primâ eorum Conjugatione* KAL.

ALTERA species tertii generis Verborum Quiescentium est, quorum tertia radicalis est ה; & *Quiescentia Lamed* ה, id est, tertiâ radicali ה, vulgò nominantur: ut, גָּלָה *Revelavit.* Anomalia horum generalis & communis per omnes conjugationes triplex est: *primò* ה quiescit: ut, גָּלָה, גּוֹלֶה: *secundò* mutatur in י vel ת: ut, גָּלִיתָ, גָּלְתָה: *tertiò* abjicitur, ut גּוֹלִים גְּלוּ. Habent deinde in singulis penè temporibus terminationem propriam, ab analogia communi discrepantem. In omnibus enim conjugationum formis prima vox Præteriti desinit in Kametz: Participium utrumque (excepto Participio præterito sive Pahul in Kal) & Futurum semper in Sægol, Imperativus in Tzere, Infinitivus ferè semper in Cholem, aut in וֹת. Præterea Imperativo singulari (excepto Kal & Niphal) & Futuro omnium conjugationum sæpissimè accedit Apocopa. Denique non rarò præcedentis speciei Quiescentium tertiâ א, formam assumunt, ה in א commutato, (ut & vicissim illa horum formam ingredi vidimus) sicut singulis locis declarabitur. Quatuor ex hoc Genere excipiuntur, quæ ה servant, & regulariter flectuntur, unde ה in themate cum Mappik notatur, præcedente

Futurum.

Sing.

	fœmin.	mascul.
1		אֶתְמַצֵּא
2	תִּתְמַצְּאִי	תִּתְמַצֵּא
3	תִּתְמַצֵּא	יִתְמַצֵּא

Plural.

	fœmin.	mascul.
1		נִתְמַצֵּא
2	תִּתְמַצֶּאנָה	תִּתְמַצְּאוּ
3	תִּתְמַצֶּאנָה	יִתְמַצְּאוּ

AD PARTICIP. PRÆTER.

הִתְמַצְּאָה] Hinc per ſyncopam literæ characteriſticæ ת, & formâ ex Hophal compoſitâ; הֻטַּמָּאָה *Polluta eſt, Deut.* 24. 4. Similem formam vide ſuprà cap.19. ad Infinitivum.

הִתְמַצֵּאת] Hinc א in י commutato ad formam Quieſcentium tertiâ ה : וְהִתְנַבִּיתָ *Et prophetabis,* 1. *Sam.* 10. 6.

הִתְמַצֵּאתִי] Cum ſyncopa literæ ת eſt; וְהִנַּבֵּאתִי *Et prophetavi, Ezech.* 37. 10.

הִתְמַצְּאוּ] Hinc per Syncopam literæ characteriſticæ ת : הִנַּבְּאוּ *Prophetarunt, Jer.* 23. 13.

AD INFINITIVUM.

הִתְמַצֵּא] Hinc eliſo א, & aſſumptâ terminatione ות ex forma Quieſcentium tertiâ ה : מֵהִתְנַבּוֹת *A prophetando,* 1. *Sam.* 10. 13.

AD FUTURUM.

יִתְמַצֵּא] Et in Kametz; יִתְנַשָּׂא *Extollet ſe, Num.* 24. 23. Sic per Syncopam literæ characteriſticæ ת : יִטַּמָּא *Polluito ſe, Levit.* 21. v. 1. וַיִּנַּשֵּׂא *Et elatus eſt,* 2. *Paral.* 32. 23.

תִּתְמַצֵּא] Per Syncopam; וְתִנַּשֵּׂא *Et attollet ſe, Num.* 24. 7. *pro* תִּתְנַשֵּׂא.

conjugationibus; מוּצְאת *Educta*, *Genes.* 38. 25. Plurale, מוּצָאוֹת *Educta*, *Jer.* 38.22. Ex Quiescentib. secundâ; מוּבָא *Illatum*, 2. *Paral.* 34. 14. unde fœmininum esset, מוּבָאָה: Plurale, מוּבָאִים *Adducti*, *Gen.* 43. v. 18. מוּבָאוֹת *Adducuntur*, *Psal.* 45. 15.

Futurum ex Quiescentib. secundâ; יוּבָא *Inferetur*, *Levit.* 11. 32. יוּבָאוּ *Adducentur*, *Jerem.* 27. 22.

CAPUT XLVIII.

De Conjugatione HITHPAHEL *Quiescentium tertiâ* א.

Præteritum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
הִתְמַצְּאָה	הִתְמַצֵּא	3
הִתְמַצֵּאת	הִתְמַצֵּאתָ	2
	הִתְמַצֵּאתִי	1

Plural.

	הִתְמַצְּאוּ	3
הִתְמַצֵּאתֶן	הִתְמַצֵּאתֶם	2
	הִתְמַצֵּאנוּ	1

Particip. Præsens.

P.	S.	
מִתְמַצְּאִים	מִתְמַצֵּא	M.
מִתְמַצְּאוֹת	מִתְמַצְּאָה	F.

Infinitivus.

הִתְמַצֵּא

Imperativus.

P.	S.	
הִתְמַצְּאוּ	הִתְמַצֵּא	M.
הִתְמַצֶּאנָה	הִתְמַצְּאִי	F.

Plural.

	הָמְצְאוּ	3
הָמְצֵאתֶן	הָמְצֵאתֶם	2
	הָמְצֵאנוּ	1

Particip. Præter.

P.	S.	
מֻמְצָאִים	מֻמְצָא	M.
מֻמְצָאוֹת	מֻמְצָאָה	F.

Infinitivus.

הָמְצֵא

Futurum.

Sing.

fœmin.	*masc.*	
	אֻמְצָא	1
תֻּמְצְאִי	תֻּמְצָא	2
תֻּמְצָא	יֻמְצָא	3

Plur

	נֻמְצָא	1
תֻּמְצֶאנָה	תֻּמְצְאוּ	2
	יֻמְצְאוּ	3

ANNOTATIONES.

Pauca hîc usitata leguntur. Præteritum, הָחְבָּאוּ *Abduntur*, *Jesa*. 42. 22. Ex Quiescentib. primâ ׳י : הוּצָאָה *Educta est*, *Ezech*.38.8. Ex Quiescentib. secundâ; הוּבָא *Illatus est*, *Levit*.6.27. Fœmininum in ת contractum; הֻבָאת *Adducta est*, *Genes*.33. *v*. 11. Simile vide infrà capite 49. ad Præteritum: הֻבָאתָה *Adductus es*, *Ezech*. 40. *v*.4. הוּבְאוּ *Adducti sunt*, *Genes*. 43. 18.

Participium præsens inusitatum est: Præteritum ex Quiescentib. primâ ׳י : מוּצָאִים *Educti*, *Ezech*.14.*v*.22. Fœmininum in ת formæ contractæ, ut in superioribus conju-

הַמְצִיאִי] Sic ex Quiescentib. secundâ; הָבִיאִי *Afferto*, 2. *Sam*. 13. *v*. 10. Ex Quiescente primâ ' : הוֹצִיאִי *Educito*, *Jos*. 2. *v*. 3.

AD FUTURUM.

אַמְצִיא] Ejecto ' : וָאַחְבִּא *Et occultavi*, 1. *Reg*. 18. *v*. 13. Ex quiescente primâ ' : אוֹצִיא, & cum ה paragogico; אוֹצִיאָה *Educam*, *Genes*. 19. *v*. 8. Ex Quiescente secundâ; אָבִיא *Adducam*, *Jesa*. 43. *v*. 5. unde per Apocopam, אָבִי Mich. 5. 15.

יַמְצִיא] Deficiente primâ נ : יַשִּׁיא *Decipiet*, 2. *Reg*. 18. *v*. 29. Ex Quiescentib. secundâ; יָנִיא *Infringere fecit*, *Numer*. 30. *v*. 9. & inde per Apocopam, יָנִי *Irritum faciat*, *Psal*. 141. *v*. 5. וַיָּקֵא *Et evomuit*, *Jon*. 2. *v*. 11.

תַּמְצִיא] In Tzere; תַּדְשֵׁא *Germinet*, *Gen*. 1. *v*. 11. Sic ex Quiescentib. primâ ' : תּוֹצֵא *Producat*, *Gen*. 1. *v*. 24. Ex Quiescentib. secundâ; תָּקִיא *Evomat*, *Levit*. 20. *v*. 22.

יַמְצִיאוּ] Cum נ paragogico, & ' ejecto; יָבִאוּן *Adducent*, *Exod*. 18. *v*. 26.

תַּמְצֶאנָה] Hinc cum ' epenthetico, ut sæpè in hac persona; תְּבִיאֶנָה *Adferunto*, *Levit*. 7. 20.

CAPUT XLVII.

De Conjugatione Passiva HOPHAL.

Præteritum.

Sing.

	fœm.	*masc.*
3	הָמְצְאָה	הָמְצָא
2	הָמְצֵאת	הָמְצֵאתָ
1		הָמְצֵאתִי

הַמְצָאנוּ] Ex ſecunda Quieſcente & ſpeciali forma; הֲבִיאֹנוּ *Introduximus*, *Num.* 32. 17. Maſora notat, non reperiri ampliùs, & ſic ſcriptum eſſe.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

מַמְצִיא] Hinc eſt ex forma Quieſcentium tertiâ ה; מַקְנֶה *Ad zelotypiam provocans, Ezech.* 8. *v.* 3. *pro* מַקְנִיא. Ex forma Quieſcentium primâ י: מוֹצִיא *Educens, Pſalm.* 68. *v.* 7. & ſic deinceps in reliquis vocibus. Semel reperitur in Tzere deſinens; מוֹצֵא *Pſal.* 35. *v.* 7. Ex Quieſcentib. ſecundâ; מֵבִיא *Adducens, Levit.* 18. 3. unde per Apocopam, מֵבִי *Jerem.* 19. 15. hinc מְבִיאִים &c.

AD INFINITIVUM.

הַמְצִיא] Hinc per Apocopam; הַחֲטִי *Ad peccandum inducere, Jerem.* 32. 35. In Tzere; הַפְלֵא *Res mirificas agere, Jeſa.* 29. *v.* 14. Deficiente primâ נ: הַשִּׂא *Seducendo, Jer.* 4. 10. Ex Quieſcentib. primâ י: הוֹצִיא *Educere, Jeſa.* 43. 8. Ex Quieſcentib. ſecundâ; הָבִיא *Adducere, Gen.* 18. 19. unde contractum; לָבִיא *Ad adducendum,* 2. *Paral.* 31. *v.* 10. *pro* לְהָבִיא.

AD IMPERATIVUM.

הַמְצֵא] Ex Quieſcentib. primâ י: הוֹצֵא *Educ, Lev.* 24. 14 & cum ה paragogico, הוֹצִיאָה *Pſal.* 142. 8. Ex hoc Verbo etiam prima radicalis analogiam imitatur; הַיְצֵא *Geneſ.* 8. 17. quod ſcribitur cum ו, quaſi ex antecedente forma הוֹצֵא, ſed legendum per י: הַיְצֵא ſicut הַמְצֵא, cui ſimile fuit ſuprà cap. 33. ad Imperativum. Ex Quieſcente ſecundâ; הָבֵא *Adduc, Geneſ.* 43. *v.* 16. & cum Chirek הָבִיא *Adduc*, Jer. 17. 18. & cum י redundante, הָבִיא 1. *Sam.* 20. *v.* 40. Cum ה paragogico; הָבִיאָה *Affer, Geneſ.* 27. 4.

gitur; *Spiritus*, quod hîc fœmininè accipiendum. Si eſt ſecundæ perſonæ maſculinæ, tunc irregulariter eſt Kametz in fine. Ex quieſcente ſecundâ; הֵבִיאָה *Attulit ipſa*, 1. *Sam*. 25. *v*. 35.

הִמְצֵאֹרְתָּ] Primâ נ deficiente; הִשֵּׁאתָ *Seduxiſti*, *Jer*. 4. *v*. 10. Ex primâ quieſcente י; הוֹצֵאתָ *Eduxiſti*, *Deut*. 9. *v*. 12. & irregulariter ſine Kametz, וְהוֹצֵאת *Et profers*, *Job*. 15. *v*. 13. vide ad vocem præcedentem. Ex Quieſcentibus ſecundâ; הֵבֵאתָ *Adduxiſti*, *Exod*. 32. *v*. 21. quod & ſemel cum י redundante reperitur, הֵבֵיאתָ *Jeſa*. 43. *v*. 23. & juxta literas poſſet legi הֵבִיאתָ ex altera Quieſcentium forma, ut in ſequenti, הֲבִיאֹתַנִי *Adduxiſti me*, 2. *Sam*. 7. *v*. 18. Mixtam formam habet; וַהֲקֵאתוֹ *Et evomas illud*, *Prov*. 25. *v*. 16. ubi Tzere ex formâ Quieſcentium tertiâ א, Cholem Quieſcentibus ſecundâ, aſſumptum.

הִמְצֵאֹרְתְּ] Ex Quieſcentibus primâ י; וְהוֹצֵאתְ *Et afferto*, 1. *Reg*. 17. 13. ubi & Scheva in fine expreſſum, quod hîc rarum: ſimile vide ſuprà ad Præteritum Kal.

הִמְצֵאתִי] Cum י in medio ad formam Quieſcentium tertiâ ה, & cum defectu י poſterioris; הִמְצִיתִךָ *Inveniendum dedi te*, id eſt, *Exhibui te*, 2. *Sam*. 3. *v*. 8. Ex anomalia Quieſcentium primâ י; הוֹצֵאתִי *Eduxi*, *Ezech*. 29. *v*. 46. Ex Quieſcentibus ſecundâ; הֵבֵאתִי *Attuli*, *Geneſ*. 31. *v*. 29. & ſecundum alteram formam; וַהֲבִיאֹתִיו *Et introducam eum*, *Num*. 14. *v*. 24. Hinc diverſa ſcriptio & lectio; הֲבֵיאתִיו *Introduxi eum*, *Cantic*. 3. *v*. 4. quod juxta literas poſſet legi ad antecedentem formam.

הִמְצִיאוּ] Primâ נ deficiente; הִשִּׁיאוּ *Portare facient*, *Levit*. 22. *v*. 16. Ex primâ Quieſcente י: הוֹצִיאוּ *Eduxerunt*, *Joſ*. 6. 23. Ex media quieſcente; הֵבִיאוּ *Attulerunt*, *Gen*. 43. 2.

הִמְצֵאתֶם] Prima י Quieſcente; הוֹצֵאתֶם *Eduxiſtis*, *Exo*. 6. 3. Quieſcente ſecundâ ו: הֲבֵאתֶם *Adduxiſtis*, *Num*. 20. 4.

Imperativus.

P.	S.	
הַמְצִיאוּ	הַמְצֵא	M.
הַמְצֶאנָה	הַמְצִיאִי	F.

Futurum.

Sing.

fœm.	*maſc.*	
	אַמְצִיא	1
תַּמְצִיאִי	תַּמְצִיא	2
תַּמְצִיא	יַמְצִיא	3

Plur.

	נַמְצִיא	1
תַּמְצֶאנָה	תַּמְצִיאוּ	2
	יַמְצִיאוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הִמְצִיא] Primâ gutturali; הֶחֱטִיא *Ad peccandum induxit*, 1. *Reg.* 14. *v.* 16. unde per Apocopam הֶחֱטִי 2.*Reg.* 13. *v.* 16. ' hîc ut aliâs, à Chirek per totam hanc conjugationem ſæpè excidit: ut, הִפְלִא *Mirificè agit*, *Jeſa.* 28. *v.* 29. Deficiente primâ radicali נ : הִשִּׁיא *Decepit*, *Jer.* 49. *v.* 16. Ex quieſcente primâ radicali י : הוֹצִיא *Eduxit*, *Exod.* 12. *v.* 51. Ex anomalia ſecundæ quieſcentis; הֵבִיא *Adduxit*, *Gen.* 39. *v.* 14. הֵנִיא *Infregit*, *Pſal.* 33. *v.* 10. quæ deinceps iſtorum Generum anomalias ſervant.

הִמְצִיאָה] Primâ gutturali; הֶחְבִּיאָה *Abſcondit*, *Joſ.* 6. *verſ.* 25. unde & notâ generis fœminini geminatâ, הֶחְבְּאַתָה *Joſ.* 6. *v.* 17. quaſi הֶחְבְּאָה גַּם הֶחְבְּאָה *Abſcondit etiamq; abſcondit*, hoc eſt, ut Kimchi in Michlol habet; הֶחְבִּיאָה יָפֶה יָפֶה *Abſcondit pulchrè pulchrè*, id eſt, *fideliſſimè*, *diligentiſſimè*: vide ſuprà ad Futurum Kal. Ex quieſcente primâ; הוֹצֵאת *Educit*, *profert*, *Job.* 15. *v.* 13. ſubintelligitur;

ma activa diſcrepat. Unum hîc reperitur; קֹרָא *Vocatum eſt*, *Ezech.* 10. 13. cum Cholem loco ejecti Dageſch.

Participium præſens non eſt uſitatum.

Participium præteritum, מְמֻצָּא & ſic deinceps. Hinc ſunt; מְקֹרָאִי *Vocatus meus*, *Jeſa.* 48. 12. מְמֻלָּאִים *Impleti*, *Cant.* 5. *v.* 14. מְסֻלָּאִים *Aeſtimati*, *Thren.* 4. *v.* 1. מְטֻמָּאָה *Impurata*, *Ezech.* 4. *v.* 14. מְטֻלָּאוֹת *Reſarta*, *Joſ.* 9. *v.* 5.

Futurum; אֲמֻצָּא & ſic deinceps. Hîc unum eſt ad formam Quieſcentium tertiâ ה: תְּסֻלֶּה *Aeſtimabitur*, *Job.* 28. *v.* 16. pro תְּסֻלָּא, ut antea fuit hinc Participium.

CAPUT XLVI.

De Conjugatiene HIPHIL *Quieſcentium tertiâ* א.

Præteritum.

Sing.

fœm.	*maſc.*	
הִמְצִיאָה	הִמְצִיא	3
הִמְצֵאת	הִמְצֵאתָ	2
	הִמְצֵאתִי	3

Plur.

	הִמְצִיאוּ	3
הִמְצֵאתֶן	הִמְצֵאתֶם	2
	הִמְצֵאנוּ	1

Particip. præſens.

P.	S.	
מַמְצִיאִים	מַמְצִיא	M.
מַמְצִיאוֹת	מַמְצִיאָה	F.

Infinitivus.

הַמְצֵא vel הַמְצִיא

מְצֵאתָ] Excidente Dageſch; וּבֵרֵאתָ *Et præcides, Joſ.* 17.*v.*15. Aleph in Jod converſo, נִבֵּיתָ *Prophetaſti, Jer.*26.9.

מְצֵאתִי] Et cum Chirek in penultima ad formam Quieſcentium tertiâ ה: רִפֵּאתִי *Curavi,* 2. *Reg.* 2. *v.* 21. & ſic in prima plurali; רִפֵּאנוּ *Curavimus, Jerem.* 51. *v.* 9. In ſecundâ; רִפֵּאתֶם *Sanaſtis,* Ezech. 34. 4. Unum hîc reperitur ex quatuor literis, וְטֵאטֵאתִיהָ *Et everram eam, Jeſa.* 14. 23. cujus thema quidam ponunt טוא, unde geminatâ primâ & tertiâ, quod in iſta Verborum ſpecie frequens, טֵאטֵא: alii טָאַט, inde media geminaretur: alii טָאָה ponunt.

PARTICIPIUM.

מְמַצְּאִים] Excidente Dageſch; מְיָרְאִים *Terrentes, Neh.* 6. *v.* 14.

AD INFINITIVUM.

מַצֵּא] Excidente Dageſch; לְיָרְאָם *Ad metum incutiendum eis,* 2. *Paral.* 32. 18. Quædam in fine habent Cholem, vel ſimpliciter, vel aſſumptâ tertiâ ת ad formam Quieſcentium tertiâ radicali ה: קַנֹּא *Zelando,* 1. *Reg.* 19. *v.* 10. רַפֹּא *Sanando: Exod.* 21. 19. לְמַלֹּאות *Ad implendum,* 2. *Paral.* 36. *v.* 21.

AD IMPERATIVUM.

מַצֵּא] Excidente Dageſch; בָּרֵא *Selige, Ezech.* 21. 19.

AD FUTURUM.

יְמַצֵּא] Cum ה loco א: יְמַלֶּה *Implebit, Job.* 8.21.

תְּמַצְּאוּ] Hinc cum א quieſcente, ad formam Quieſcentium tertiâ ה: תְּדַכְּאוּ *Atteretis, Job.* 19. 2.

יְמַצְּאוּ] Eliſo א: יְרַפּוּ *Curabunt, Jer.* 8. 11.

FORMA PASSIVA PYHAL.

Præteritum מֻצָּא & ſic deinceps, ſolo Kibbutz à forma acti-

מִצֵּאת	מִצֵּאתָ	2
	מִצֵּאתִי	1

Plural.

	מִצְּאוּ	3
מִצֵּאתֶן	מִצֵּאתֶם	2
	מִצֵּאנוּ	1

Particip. præsens.

P.	S.	
מְמַצְּאִים	מְמַצֵּא	M.
מְמַצְּאוֹת	מְמַצְּאָה	F.

Infinitivus.

מַצֵּא

Imperativus.

P.	S.	
מַצְּאוּ	מַצֵּא	M.
מַצֶּאנָה	מַצְּאִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אֲמַצֵּא	1
תְּמַצְּאִי	תְּמַצֵּא	2
תְּמַצֵּא	יְמַצֵּא	3

Plural.

	נְמַצֵּא	1
תְּמַצֶּאנָה	תְּמַצְּאוּ	2
}	יְמַצְּאוּ	3

ANNOTATIONES.

מִצֵּא] Sic; מִלֵּא *Implevit, Exod.* 35. 35. Quædam desinunt in Kametz ad formam Quiescentium tertiâ ה: דִּכָּא *Contrivit, Psal.* 143. *v.*3. מִלָּא *Implevit, Jer.*51. *v.* 34. נִשָּׂא *Tollet, Amos* 4. 2.

2. *Paral.* 7. *v.* 12. Unum est quod characteristicam conjugationis retinet; נֶחְבָּה *Latére, Jerem.* 49. *v.* 10. & ה est loco א. Istius formæ etiam quædam notata sunt suprà cap. 14. ad hunc Infinitivum. Tale quoque est נִקְרֹא, quod vide ad Niphal Quiescentium tertiâ ה, ex quorum formâ quoque est, הִנַּבְּאוֹת *Prophetare, Zach.* 13. 4. Sic legitur apud Talmudicos והלא במאמר אחד לְהִבָּרְאוֹת *Et annon uno verbo potuisset creari?* (scil. Mundus).

AD FUTURUM.

אֶמָּצֵא] Dagesch excidente; וָאֵחָבֵא *Et abscondi me, Genes.* 3. 10. Cum ה paragogico; אִמָּלְאָה *Replebor, Ezech.* 26. *v.* 2. cum Chirek sub א, quæ forma & capite 14. observata est.

תִּמָּצֵא] Unum hîc est ex anomalia quoq; primæ radicalis י in ו commutatæ; תִּוָּרֵא *Reverenter colaris, Psalm.* 130. *v.* 4.

יִמָּצְאוּ] Cum נ paragogico; יִמָּצְאוּן *Inventi fuerint, Genes.* 8. *v.* 30. Cum א paragogico; יִנָּשׂוּא *Portabuntur, Jer.* 10. *v.* 5. & sic est ad formam Quiescentium tertiâ ה, sicut יִגָּלוּ, cui formæ deinceps א adjicitur. Vel literis transpositis, est pro יִנָּשְׂאוּ Simile vide infrà cap. 49. ad Præteritum Kal. Sic quoque ad formam eorundem Verborum; וַיֵּרָפוּ *Et sanatæ sunt,* 2. *Reg.* 2. *v.* 22. *pro* יֵרָפְאוּ.

CAPUT XLV.

De Conjugatione PIHEL *Quiescentium tertiâ* א.

Præteritum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
מִצְּאָה	מִצֵּא	3
	מִצֵּאת	2

tertiâ ה: נִפְלֵיתִי *In admirationem traducor*, *Psal.* 138. *v.* 14. א in י commutatum est.

נִמְצְאוּ] Hinc primâ radicali deficiente; נִשְּׁאוּ *Seducti sunt*, *Jesa.* 19. 13. Aleph quiescente ad formam quiesc. tertiâ He; וְנִרְפּאוּ *Et curantur*, *Ezech.* 47. 8. *ubi malè libri quidam habent* נִרְפְּאוּ.

נִמְצֵאתֶם] Hinc excluso א: נִטְמֵתֶם *Polluti estis*, *Levit.* 14. *v.* 43. וְנַחְבֵּתֶם *Et abscondetis vos*, *Jos.* 2. *v.* 16.

נִמְצֵאנוּ] Ad formam Quiescentium tertiâ ה: נִטְמֵינוּ *Sordemus*, *Jos.* 18. *v.* 3.

AD PARTICIPIUM.

נִמְצָא] Ex anomalia primæ radicalis ' hîc unum est; נוֹרָא *Reverendus*, נוֹרָאִים &c. Ex deficiente primâ נ: נִשָּׂא נִשָּׂאִים. Sic; נִבָּא *Prophetans*, *Jer.* 32. *v.* 3.

נִמְצָאִים] Tria reperiuntur cum Scheva in penultima; הַנִּמְצְאִים *Qui inventi sunt*, *Esth.* 1. 5. & 4. 16. נִטְמְאִים *Polluti*, *Ezech.* 20. *v.* 30. נֶחְבְּאִים *Absconditi*, *Jos.* 10. *v.* 17. quæ R. Jacob Eleasaris filius scribit esse ex terminatione Tzere, נִמְצֵא, נִטְמֵא, נֶחְבֵּא. Tzere enim ultimæ syllabæ (non præcedente Kametz) mutatur in Scheva, Kametz autem ultimæ syllabæ ex forma נִמְצָא manere solet, ut in Nominum declinationibus quoque declaratum est. His simile; נִבְּאִים *Prophetantes*, *Jer.* 14. 15. quod & semel נִבָּאִים *Ezech.* 13. *v.* 2.

נִמְצָאָה] In ת hîc fit contractio, ut in Kal: ut, נִפְלֵאת *Occultum*, *Deuter.* 30. *v.* 11. נִטְמֵאת *Polluta est*, *Num.* 5. *v.* 9. Sic primâ radicali נ deficiente; נִשֵּׂאת *Allata*, *Zach.* 5. *v.* 7.

AD INFINITIVUM.

הִמָּצֵא] Hinc sunt, Dagesch ejecto, & tertiâ א in ה commutatâ; הֵרָפֵה *Sanari*, *Jer.* 19. 11. הֵחָבֵה *Abscondere se*,

2. Pa-

2	תִּמָּצֵא	תִּמָּצְאִי
3	יִמָּצֵא	תִּמָּצֵא

Plural.

1.	נִמָּצֵא	
2	תִּמָּצְאוּ	תִּמָּצֶאנָה
3	יִמָּצְאוּ	

ANNOTATIONES AD PRÆT.

נִמְצָא] Si prima sit gutturalis, characteristica notatur cum Sægol vel Pathach, ut ante Scheva compositum notari debebat: נֶחְבָּא *Abscondit se, Jud.* 9. *v.*5. Primâ נ deficiente; נִבָּא *Prophetavit,* 1. *Sam.* 10. *v.* 11. וְנִשָּׂא *Et portabitur, Exod.* 25. *v.* 28.

נִמְצְאָה] Hinc est contractum in ת: נִפְלָאת *Admirabile fuit, Psal.* 118. *v.* 23. cui vide simile infrà capite 47. ad Præterit. Hophal. Geminatur & ה fœmininum augendæ significationis ergò, sed prius facilioris pronunciationis causâ transit in ת: ut, נִפְלָאֲתָה *Longè admirabilis fuit,* 1. *Sam.* 1. *v.* 26. ubi Pathach sub א est loco Kametz, & ה inquit Kimchi, geminatum est, ad indicandum abundantem amorem Davidis erga Jonathanem. Quidam volunt compositam esse formam ex פֶּלֶא & פָּלָה: at rectiùs quidam libri habent נִפְלָאֲתָה. Simile vide infrà capite 47. ad Præteritum. Ad formam Quiescentium tertiâ ה est; נִרְפָּתָה *Sanata est, Jerem.* 51. *v.* 9. pro נִרְפְּתָה propter accentum, quod regulariter diceretur נִרְפְּאָה.

נִמְצֵאתָ] Hîc & in sequentibus Conjugationibus א ferè quiescit in Tzere. Primâ gutturali; נֶחְבֵּאתָ *Abscondisti te, Gen.* 31. *v.* 27.

נִמְצֵאתִי] Cum י loco א ad formam Quiescentium tertiâ

propter accentum à Cholem ad ſequens Sægol recedentem, ut & in ſuperioribus Verborum Generibus vidimus.

CAPUT XLIV.

De Conjugatione paſsiva NIPHAL.

Præteritum.

Sing.

	maſc.	*fœm.*
3	נִמְצָא	נִמְצְאָה
2	נִמְצֵאתָ	נִמְצֵאת
1	נִמְצֵאתִי	

Plur.

3	נִמְצְאוּ	
2	נִמְצֵאתֶם	נִמְצֵאתֶן
1	נִמְצֵאנוּ	

Particip. præter.

	Sing.	Plur.
M.	נִמְצָא	נִמְצָאִים
F.	נִמְצָאָה	נִמְצָאוֹת

Infinitivus.

הִמָּצֵא

Imperativus.

	S.	P.
M.	הִמָּצֵא	הִמָּצְאוּ
F.	הִמָּצְאִי	הִמָּצֶאנָה

Futurum.

Sing.

	maſcul.	*fœmin.*
1	אֶמָּצֵא	

2 תמצא

A בּוֹא est תָּבוֹא, אָבוֹא & sic deinceps, ex forma Quiescentium secundâ. Hinc cum ה paragogico; וְאָבוֹאָה *Et ingrediar*, *Genes.* 29. *v.* 21. Tertia fœminina singularis cum ה paragogico præter morem; וְתָבוֹאָה *Et adveniat*, *Jesa.* 5. *v.* 19. & inde, תָּבוֹאתָה *Veniat*, *Deuter.* 33. *v.* 16. geminato ה & priori mutato in ת, ut in Nominibus fœmininis quandoque fieri solet, ut dictum suprà cap. 8. *Geminatio ista auctæ significationis index est, q. d.* תָּבוֹא וְתָבוֹא *Veniat etiam veniat, hoc est, abundanter & certò veniat omnis benedictio super caput Josephi, ut Kimchi explicat: similia vide mox ad Præterit. Niphal.* Compositam formam habet; וַתָּבֹאתִי *Et venisses*, 1. *Sam.* 25. *v.* 34. ex secunda Præteriti בָּאת, & Futuri תָּבֹאִי. Scribitur autem י in fine, sed in lectione redundat, ac juxta Masorethas legendum וַתָּבֹאת formâ nihilominus irregulari. *Hanc formam compositam fervor orationis Davidi expressit: mens ipsi primò dictabat Præter. quale præcessit, ac si dicere in animo habuisset,* לוּלֵא מִהַרְתְּ וּבָאת *Nisi festinasses & venisses, fervor simul suggerebat Futurum* וְתָבֹאִי*, unde* וְתָבֹאתִי*, ad indicandum, quòd auspicatò proposuerit sibi Abigail occurrere Davidi, optimè etiam factum, quòd festinans venerit, alioquin enim ad lucem matutinam non fuisset victurus Nabal.* Sic, תְּבוֹאָתֶךָ *Obveniet tibi*, *Job.* 22. *v.* 21. compositum est ex Præterito fœminino בָּאָה & Futuro תָּבוֹא, ה autem fœmininum Præteriti solet mutari in ת ante Pronomina, ut docetur lib. 2. capite 17. Aut simpliciter est tertia Futuri cum ה paragogico, quod accedente Pronomine, servatum & mutatum in ת, ut pro more ה ante Pronomina mutari solet. Sic antea vidimus Nun paragogicum cum Affixis manere. Pluralis fœminina; תְּבֹאנָה 1. *Reg.* 3. *v.* 16. & cum י redundante, וַתָּבֹאינָה *Esth.* 4. *v.* 4. & תְּבֹאֶינָה *Venient*, *Psal.* 45. *v.* 16. ubi Kametz sub ת in Scheva mutatum, propter

poni ex forma Futuri, בֹּאנָה vel בֹּאֶינָה aut בֹּאנָה, quæ formæ in Futuro leguntur. A קוֹא irregulariter hîc legitur; קִיוּ *Vomite*, *Jer*. 25. *v*. 27. cum ׳ loco א, pro קְאוּ: aut Radix ejus est קָאָה ejusdem significationis: vide infrà cap. 49. ad Imp.

AD FUTURUM.

אֶמְצָא] Hinc א in ה commutato; אֶרְפָּה *Curabo*, *Levit*. 3. *v*.22. Cum ה paragogico: אֶקְרָאֶה *Inclamabo*, 1.*Sam*. 28. *v*. 15. cum Sægol loco Kametz euphoniæ causâ, cui simile fuit in tertia Futuri Pihel, capite 15.

תִּמְצְאוּ] Cum Nun paragogico; תִּמְצְאוּן *Invenietis*, 1. *Sam*. 9. *v*. 13. תִּירְאוּן *Timeatis*, *Deut*. 1. *v*. 29.

יִמְצְאוּ] Hinc Nun paragogicum, accedente Pronomine, quandoque manet: ut, יִמְצָאוּנְהָ *Invenient eam*, *Jer*. 2. 24. יִקְרָאֻנְנִי *Invocabunt me*, *Proverb*. 1. *v*. 28. יִמְצָאֻנְנִי *Invenient me*, *ibid*. Simile fuit capite 16. ad Futurum.

תִּמְצֶאנָה] Per Apocopen literæ ה: תִּמְצֶאןָ *Invenerint*, *Deut*. 31. *v*. 21. Ad formam Quiescentium tertiâ ה: תְּרַפֶּינָה *Medicantur*, *Job*. 5. *v*. 18. *pro* תְּרַפֶּאנָה.

Ex duplici anomalia: à נָשָׂא est תִּשָּׂא אֶשָּׂא &c. primâ deficiente & per Dagesch compensatâ, ad formam Defectivorum primâ נ. Hinc, יִשָּׂאוּנְךָ *Portabunt te*, *Psal*. 91. *v*. 12. Nun paragogico ante Affixum remanente, ut paulò antè. Pluralis fœminina; וַתִּשֶּׂאנָה *Et sustulerunt*, *Ruth*. 1. *v*. 9. & cum Epenthesi ׳ ad formam Quiescentium tertiâ ה: תִּשֶּׂאינָה *Portabitis*, *Ezech*. 23. *v*. 49. & א abjecto, וְתִשֶּׂנָה *Et levabunt*, *Jer*. 9. *v*. 18.

A יָרֵא est אִירָא *Timebo*, & sic deinceps, primâ radicali ׳ quiescente in Chirek, ut & capite 31. notatum.

A יָצָא est אֵצֵא & sic deinceps, cum duplici Tzere, ad formam Quiescentium primâ ׳. Fœminina pluralis per Apocopam; וַתֵּצֶאןָ *Egressæ sunt*, *Exod*. 15. *v*. 20.

A בּוֹא

scentibus mediâ ו unum est; בּוֹא *Venire*, 1. *Samuel.* 9.15. unde & cum ה paragogico; בְּבֹאָה *In intrando*, 1. *Reg*, 14. 12. At illud; מִלְּבוֹא *Ab adire, ab aditu*, *Amos* 6. 14. ex Chaldaica forma מ & ל conjunctum habet: Scheva autem sub ל videtur formam constructam indicare; מִלְּבוֹא חֲמָת *Ab introitu Chamatæ.*

AD IMPERATIVUM.

מְצָא] Cum ה paragogico: רְפָאָה *Sana*, *Psal.* 41. v. 5. unde contractum; רְפָה *Cura*, *Psal.* 60. 4. aut simpliciter א in ה commutatum est, quod in his Verbis non infrequens.

מְצָאוּ] Hinc ad formam Quiescentium tertiâ ה; יְראוּ *Psal.* 34. 10. *pro* יִרְאוּ, fortè etiam ad differentiam Futuri יִרְאוּ *Videbunt*, quod est à רָאָה, ut Kimchio placet in Michlól, pag. 132.

מְצֶאנָה] Sægol in penultima est ex forma Quiescentium tertiâ ה. Per Apocopam literæ ה: קְרֶאןָ *Vocate*, *Ruth.* 1. v. 20. וּמְצֶאןָ *Et invenite*, *Ruth.* 1. v. 9. Et inde Kametz ablato; קְרֶאןָ *Vocate*, *Exod.* 22. v. 20. cui simile fuit suprà cap. 13. ad Imperativum.

Ex Duplici anomalia: à נָשָׂא est שְׂאוּ שָׂא &c. Reperitur tamen etiam inde; נְשָׂא *Attolle*, *Psalm.* 10. v. 12. pro quo etiam legitur נְסָה, *Psal.* 4. v. 7. א in ה & שׂ in ס commutato.

A יָצָא est צְאוּ צֵא &c. ex forma Quiescentium primâ י. Cum ה paragogico; צְאָה *Egredere*, *Jud.* 9. v. 29. ubi Tzere manet ob accentum illic manentem, & sic in plurali; צְאוּ *Egredimini*, *Jesa.* 49. v. 9. Pluralis fœminina; צְאֶנָה *Egredimini*, *Cant.* 3. v. 11.

A בּוֹא est בֹּא בֹּאוּ &c. Cum ה paragogico; וָבֹאָה *Et veni*, 1. *Sam.* 20. v. 21. Hujus fœminina pluralis potest

poni

AD INFINITIVUM.

מָצוֹא] Cum ה paragogico, Cholem, ut in Verbis perfectis, transfertur ad primam radicalem, correptum in Kametzchatuph: ut, לְטָמְאָה *Ad impurandum se, Levit.* 22. *v.* 8. Sed & alio modo ingreditur formam Nominum; לְיִרְאָה *Ad timendum, Deut.* 6. *v.* 24. Sub prima gutturali pro Chirek est Pathach aut Sægol: ut, בַּחֲטָאָה *In peccando, Numer.* 15. *v.* 27. Hæc forma propriè oritur ex terminatione Pathach, (ut suprà capite 13. notatum) quæ in his Verbis locum non habet. Unde pro Nominibus potiùs hæc capienda, quæ usum Infinitivi habent, ejusque casum regunt, ut & Infinitivus aliâs simpliciter quoque pro Nomine usurpatur. בְּמוֹצַאֲכֶם vide libro 2. capite 17. ad Infinitum.

מְצֹא] Sic, יְרֹא *Timere, Jos.* 22. 25. unde per Aphæresin primæ radicalis; לְרֹא *Ad timendum,* 1. *Sam.* 18. *v.* 29. מַחֲאָךְ vide lib. 2. cap. 17. Cum Apocopa tertiæ radicalis; מֵחֲטוֹ *A peccando, Gen.* 20. *v.* 6. aut est sic ad formam quiescentium tertiâ ה: vide illic.

מְצֹאת] Sic; שְׂנֹאת *Odisse, Prov.* 8. 13. מְלֹאת *Implere, Levit.* 12. *v.* 8. קְרֹאת *Vocare, Jud.* 8. *v.* 1. oriturq; hæc forma ex Quiescentibus tertiâ ה, quæ ת ad Infinitivum frequenter assumunt.

Ex dupliciter imperfectis hîc tria sunt: Unum ex Defectivis primâ נ: unde שְׂאֵת *Ferre, Deuter.* 1. *v.* 9. & per crasin, שֵׂאת *Genes.* 36. *v.* 7. quæ sunt pro שְׂאֵת, cui similis forma fuit antea in Participio. Hoc tamen Verbum sequitur etiam formam communem; נְשׂוֹא *Tollendo, Hos.* 1. 6. &, נְשֹׂא *Perferendo, Jesa.* 1. 14. & per Aphæresin שׂוֹא *Psal.* 89. 10. Ex incipientibus à י est; צֵאת *Egredi, Gen.* 24. 11. ad formam præcedentem. Ex Quie-

rum; בְּאוּ *Veniant, Jer.* 27. *v.* 28. Prima pluralis abjecto א : בָּנוּ *Venimus,* 1. *Sam.* 25. *v.* 8.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

מוֹצֵא] Ad formam Quiescentium tertiâ ה: ומוֹצֶא *Et invenio, Eccles.* 7. *v.* 27. חֹטֶא *Peccans, Eccles.* 8. *v.* 12. Cum He loco Aleph, בוֹטֶה *Effutiens,* Prov. 13. 18. à בָּטָא.

מוֹצְאִים] Ad formam Quiescentium tertiâ ה, cum א in scriptura redundante; חֹטְאִים *Peccantes,* 1. *Sam.* 14. 33. קֹרְאִים *Clamantes, Psal.* 99. 6. Ex eorundem Quiescentium forma, א abjecto, est צֹבֶיהָ *Militantes ejus, Jesa.* 29. *v.* 7. *pro* צֹבְאֶיהָ.

מוֹצְאָה] Hinc est ad formam Quiescentium tertiâ ה : שֶׁיֹּצָא *Qui procedit, Eccles.* 10. *v.* 5. ad formam עֹשָׂה *Facit, Eccles.* 2. *v.* 2. Sic in forma masculina מֹצֵא fuit, sicut עֹשֶׂה. Fœmininum in ת hîc specialem formam habet; מוֹצֵאת *Inveniens, Cant.* 8. 10. נֹשֵׂאת *Afferens,* 1. Reg. 10. 22. pro מוֹצֵאֵת, נוֹשֵׂאֵת. Hinc contrahuntur in ת; מֹצֵאת *Sufficiens,* 2. *Sam.* 18. *v.* 22. נֹשֵׂאת *Obtinens, Esth.* 2. *v.* 15. יֹצֵאת *Egrediebatur, Jud.* 11. *v.* 34. unde cum defectu א est; הַיּוֹצֵת *Quæ egreditur, Deut.* 28. *v.* 57.

Monosyllabum בָּא hîc flectitur per Kametz, ad formam Quiescentium secundâ, hoc modo:

בָּאִים	בָּא	M.
בָּאוֹת	בָּאָה	F.

Sic & aliud fœmininum; קָאָה *Evomit, Levit.* 18. *v.* 28. cum accentu in ultima, ad differentiam Præteriti fœminini.

AD PARTICIP. PRÆTER.

מָצוּא] Sic קָרוּא *Vocatus,* Esth. 5. *℣.* 12. Ad formam Quiescentium tertiâ ה est; נְשׂוּי *Levatus, Psal.* 32. *v.* 1. *pro* נְשׂוּא. Sic Rabbini communiter efferunt מָצוּי, סָמוּי.

ADIN-

Formam Kal. Irregulare hîc eſt; וְצָמִת *Et ſities, Ruth.2.9.* cum Chirek, ad formam ſequentis ſpeciei Quieſcentium tertiâ ה pro וְצָמִית. Huc pertinet; וְקָרָאתִי *Et vocabis, Jerem.3, v.4.* quod ſcriptum cum ' redundante.

מָצָאתִי] Et cum Chirek in medio, ex forma Quieſcentium tertiâ ה : כָּלִאתִי *Inhibui, Pſal.* 119. *v.* 101. Abjecto א : מָלֵתִי *Plenus ſum, Job.* 32. *v.* 18. מָצָתִי, Num. 11. 11. יָצָתִי, Jobi 1. ℣. 21.

מָצְאוּ] Hinc abjecto א, ad formam Quieſcentium tertiâ ה : מָלְוּ *Plena ſunt, Ezech.* 18. *verſ.* 16. נָשׂוּ *Tulerunt, Ezech.* 39. *v.* 26. & inde cum א paragogico, נָשׂוּא *Pſal.* 139. *v.* 20. cui ſimile fuit ſuprà cap.13. ad Præteritum. Vide & in Futuro Niphal cap. ſeq.

מְצָאתֶם] Sic, יְרֵאתֶם *Timeatis, Joſ.* 4. *v.* 24. quaſi à יָרֵא, cùm aliâs ubique per Tzere flectatur.

Porrò compoſitæ anomaliæ Verbum ex media etiã quieſcente, unicum eſt, בּוֹא *Venire*, quod abjecto ו juxta iſtius Generis formam, per reliqua ſic flectitur.

Præteritum.

Sing.

	fœmin.	*maſc.*
3	בָּאָה	בָּא
2	בָּאת	בָּאתָ
1		בָּאתִי

Plural.

3		בָּאוּ
2	בָּאתֶן	בָּאתֶם
1		בָּאנוּ

בָּאת] Legitur cum Scheva in fine, quod in his Verbis non fieri, antea diximus; וּבָאת *Et ingredieris, 2. Sam.* 14. *v.* 3. ſimile vide ad Præteritum Kal, cap. 49. Tertia pluralis ex Cholem tertiâ terminatione Verbo-

Infinitivus.

מְצוֹא מְצֹא מְצֹאת

Imperativus.

P.	S.	
מִצְאוּ	מְצָא	M.
מְצֶאנָה	מִצְאִי	F.

Futurum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
	אֶמְצָא	1
תִּמְצְאִי	תִּמְצָא	2
תִּמְצָא	יִמְצָא	3

Plur.

	נִמְצָא	1
תִּמְצֶאנָה	תִּמְצְאוּ	2
	יִמְצְאוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

מָצָא] Pauca in Tzere alteram Verborum terminationem desinunt: ut, יָרֵא *Timuit*, מָלֵא *Repletus fuit*, שָׂנֵא *Odio habuit*, צָמֵא *Sitivit*, quæ in secunda & prima persona Tzere retinent, יָרֵאתָ *Timuisti, &c.*

מָצְאָה] Sic ex Tzere; יָרֵאָה *Timuit*, *Jerem. 3. v. 8.* מָלְאָה *Plena est, Genes. 6. v. 13.* Contractum hîc unum legitur in ת : וְקָרָאת *Et vocavit*, *Jesa. 7. v. 14.* aliud & alterius significationis vide infrà capite 49. ad Præteritum. Hujus formæ quoque Aben Esra & Kimchi volunt esse, וְחָטָאת עַמֶּךָ *Et peccavit populus tuus, Exod. 15. v. 16.* *pro* חָטְאָה : At si ita sumatur, tum genere discrepat à sequenti Nomine, quod masculinum est. Est ergo potiùs pro Nomine fœminino exponendum, *Peccatum, culpa, est populi tui.* Vide mox ad Præteritum Niphal.

מָצָאת] Scheva hîc omittitur, ut capite 24. ad Formam

& similia, quæ vulgò *Verba composita* appellantur, id est, compositæ, duplicis vel mixtæ anomaliæ. Prior verò ipsorum anomalia, quam in prima vel secunda radicali habent, in superioribus Verborum imperfectorum Generibus explicata est, ideoque novam doctrinam non requirit: posterior hîc traditur.

Verba in א finita, *Quiescentia Lamed* א, id est, tertiâ radicali א, vulgò appellantur, & anomaliam habent in א ut plurimùm in vocali longâ Kametz vel Tzere, quiescente. Paradigma commune ipsorum est, מָצָא *Invenit*. Sæpè verò etiam cum altera specie in ה desinentium, formam commutant, sicut & illa vicissim horum formam non rarò subeunt.

CONJUGATIO KAL.

Præteritum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
מָצְאָה	מָצָא	3
מָצָאת	מָצָאתָ	2
	מָצָאתִי	1

Plural.

	מָצְאוּ	3
מְצָאתֶן	מְצָאתֶם	2
	מָצָאנוּ	1

Particip. Præsens.

P.	S.	
מוֹצְאִים	מוֹצֵא	M.
מוֹצְאוֹת	מוֹצְאָה	F.

Particip. Præter.

P.	S.	
מְצוּאִים	מָצוּא	M.
מְצוּאוֹת	מְצוּאָה	F.

Digitized by Google

AD FUTURUM.

אֶתְקוֹמֵם] Ex terminatione Pathach; אֶתְקוֹטָט *Fastidio torqueo me*, *Psalm.* 139. *v.* 21. & sic cum ה paragogico, אֶתְקוֹטָטָה *Psal.* 119. *v.* 158. Pathach autem per accentum productum est in Kametz. Sic, אֵרוֹמָם *Extollam me*, *Jes.* 33. *v.* 10. ubi ת elisum, pro אֶתְרוֹמָם.

יִתְקוֹמֵם] At, יִתְלוֹנָן *Commorabitur*, *Psalm.* 91. *v.* 1. in Kametz, ut præcedentia

תִּתְקוֹמֵם] Hinc est cum Syncopa literæ ת characteristicæ; תִּכּוֹנֵן *Firmetur*, *Num.* 21. *v.* 27. *pro* תִּתְכּוֹנֵן. Ex terminatione Pathach, ut anteà; תִּתְמוֹגָג *Dissolvat seipsam*, *Psal.* 107. *v.* 26.

יִתְקוֹמְמוּ] Ex Pathach ut præcedentia; יִתְמוֹלָלוּ *Excisæ sint*, *Psal.* 58. *v.* 8. Unum hîc est ad formam analogam, ut antè in Præterito; וַיִּצְטַיָּרוּ *Et legatos finxerunt se*, *Jos.* 9. *v.* 4.

תִּתְקוֹמֵמְנָה] Ex terminatione Pathach; תִּתְמוֹגַגְנָה *Colliquescent*, *Amos* 9. *v.* 13.

Ita fuit secundum genus Quiescentium Verborum.

CAPUT XLIII.

De Verbis Quiescentibus tertiâ radicali א, *& primâ ipsorum Conjugatione* KAL.

TERTIUM Genus Quiescentium Verborum est, quorum tertia radicalis est א vel ה, & distinctas flectendi formas constituunt. Utraque species etiam Verba quædam complectitur, quæ duplicem anomaliam habent, primæ & tertiæ, vel secundæ & tertiæ radicalis, quiescentis & deficientis: ut, יָצָא *Egressus est*, יָרֵא *Timuit*, נָשָׂא *Tulit*, נָטָה *Inclinavit*, בּוֹא *Venire*, קוֹא *Vomere*, & si-

metz propter accentum ex terminatione Pathach, quę etiam in perfectis Verbis notata, capite 19. Hîc autem utplurimùm adhiberi videtur.

הִתְקוֹמְמוּ] Unum hîc eſt ad formam analogam, ſed cum mutatione & tranſpoſitione literæ characteriſticæ ת poſt primam radicalem צ (ut capite 19. notatum:) ut, הִצְטַיָּדְנוּ *In viaticum accepimus*, *Joſ.* 9. *v.* 12. atque hæc forma Chaldæis & Rabbinis longè uſitatior eſt, unde הִתְקַיֵּם *Stabiliri*, הִתְגַּיֵּר *Proſelytum effici*: & loco Dageſch apud Rabbinos ferè alterum ׳ exprimi ſolet, ut הִתְקַיֵּים.

AD PARTICIPIUM.

מִתְקוֹמֵמָה] At, מִתְקוֹמָמָה *Inſurgens*, *Job.* 20. 27. eſt ex terminatione Pathach, quod in Kametz productum propter accentum, ob vocem ſequentem monoſyllabam. In ת : מִתְבּוֹסֶסֶת *Conculcandam præbens ſe*, *Ezech.* 16. 6.

מִתְקוֹמְמִים] Hinc eſt per Syncopam literæ מ; וּבִתְקוֹמְמֶיךָ *Et in inſurgentes tuos*, hoc eſt; *contra te*, *Pſal.* 139. *v.* 21. *pro* וּבְמִתְקוֹמְמֶיךָ, ne quatuor literæ ſerviles ab initio thematis concurrant.

AD IMPERATIVUM.

הִתְקוֹמְמִי] Ex terminatione Pathach eſt; הִתְרוֹעָעִי *Clange*, *Pſalm.* 60. *v.* 10. Pathach autem per accentum, ad penultimam revocatum, in Kametz productum eſt.

הִתְקוֹמֵמְנָה] Ex terminatione Pathach; הִתְשׁוֹטַטְנָה *Curſitate*, *Jerem.* 49. *v.* 3. Hoc ſolum eſt illud, quod eximitur ex eorum numero, quorum prima radicalis ש non admittit poſt ſe tranſpoſitum ת characteriſticum, de quo dictum eſt capite 19. Omiſſa autem tranſpoſitio, ne geminum ט ſequens κακοφωνίαν pareret, ſi legeretur הִשְׁתּוֹטַטְנָה.

Præteritum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
הִתְקוֹמְמָה	הִתְקוֹמֵם	3
הִתְקוֹמַמְתְּ	הִתְקוֹמַמְתָּ	2
	הִתְקוֹמַמְתִּי	1

Plural.

	הִתְקוֹמְמוּ	3
הִתְקוֹמַמְתֶּן	הִתְקוֹמַמְתֶּם	2
	הִתְקוֹמַמְנוּ	1

Partic. præsens.

Plur.	Sing.	
מִתְקוֹמְמִים	מִתְקוֹמֵם	M.
מִתְקוֹמְמוֹת	מִתְקוֹמְמָה	F.

Infinitivus.

הִתְקוֹמֵם

Imperativus.

P.	S.	
הִתְקוֹמְמוּ	הִתְקוֹמֵם	M.
הִתְקוֹמֵמְנָה	הִתְקוֹמְמִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אֶתְקוֹמֵם	1
תִּתְקוֹמְמִי	תִּתְקוֹמֵם	2
תִּתְקוֹמֵם	יִתְקוֹמֵם	3

Plural.

	נִתְקוֹמֵם	1
תִּתְקוֹמֵמְנָה	תִּתְקוֹמְמוּ	2
	יִתְקוֹמְמוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הִתְקוֹמֵם] At, הִתְבּוֹנָן *Intelligit*, *Jesa.* 1. *v.* 3. in Ka-

metz pro-

AD FUTURUM.

יוּקַם] Sic; יוּשַׁב *Reducetur, Exod.* 10. *v.* 8. יוּשַׁר *Canetur*, Esa. 26. 1. Huc Kimchi in Michlol fol. 131. revocat irregulare illud; וַיִּישֶׂם *Et positus fuit, Genes.* 50. *v.* 26. *pro* וַיּוּשַׂם. At Masorethæ notant: *Non reperitur amplius, & ut scribitur, sic legitur.* Significatio omninò est Verbi שׂוּם, at forma petita quasi à יָשַׂם, quod à quibusdam thema fingi, Kimchi affirmat. Forma itaque activa, quam habet, impersonaliter exponenda est, *Et posuit*, scilicet aliquis ipsum, hoc est, positus fuit: quod loquendi genus explicatur libro 2. capite 10. Si tamen punctatum esset, ut quod proximè hîc sequitur, sensus esset simplicior & manifestior, Alterum huic, quoad literas, simile est; וַיִּישַׂם *Et appositum fuit, Genes.* 24. *v.* 33. quod juxta litteras potuisset legi, ut superius: at lectio & pronunciatio illic analoga, juxta formam Hophal, observata fuit, unde Masorethæ notarunt, Legendum וַיּוּשַׂם, restituto ו quod in alterum י scribendo degenerarat. Omnis autem dubii vitandi causâ, priori י supposuerunt Kibbutz, quasi legendum וַיֻּשַׂם, alteri י imposuerunt punctum quod repræsentaret Vau cum Schurek, quasi legendum וַיּוּשַׂם.

תּוּקַם] Cum Kibbutz, תֻּפַר *Irritum fiet, Jer.* 33. *v.* 21. *Jes.* 8. 11.

CAPUT XLII.

De Conjugatione HITHPAHEL.

HÆc Conjugatio tantùm syllabâ הִת à Pihel differt, nihilque præterea ab ea diversum habet.

Plural.

1 נוּקַם		
2 תּוּקְמוּ	}	תּוּקַמְנָה
3 יוּקְמוּ		

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הוּקַם] Et cum Kibbutz; הֻרַם *Sublatus est, Dan.* 8. *v.* 11. quod secundum literas scribitur, quasi ex forma activa, הֵרִים; at sensus postulat formam passivam, ut & aliud passivum ex Hophal ibidem sequitur in textu. Masorethæ itaq; animadvertentes ו in י transformatum & transpositum, legendum notarunt הוּרַם. Simile vide in Futuro. Vocalis longa Schurek etiam hîc in brevem & Dagesch resoluta legitur: הֻקַם *Constitutus est,* 2. *Sam.* 23. *v.* 1. הֻסַּג *Aversum est, Jesa.* 59. *v.* 15.

AD PARTICIPIUM.

Participium præsens inusitatum est, ut aliâs in Hophal: quòd si tamen quis formare velit, desinet à Præterito in Kametz: ut, הוּכָן *Præparatus est, Jes.* 30. 33. quod Kimchi in Michlol huc reduci posse ait. At sit magis Præteritum in Kametz, propter accentum Tiphcha.

AD PARTICIP. PRÆTER.

מוּקָם] Sic, מוּסָר *Amotus, Jesa.* 17. *v.* 1. Cum Kibbutz; מֻנָּד *Remotus,* 2. *Sam.* 23. 6. מוּמָת *Interfectus eris,* 1. *Sam.* 19. 11.
מוּקָמִים] Huc pertinet; הַמֻּמוֹתִים *Qui morte afficiebantur,* 2. *Reg.* 11. *v.* 2. quod scribitur literis ו & מ transpositis, & juxta Masorethas legendum, הַמּוּמָתִים.

AD INFINITIVUM.

Forma ejus ex Tzere ponitur ad analogiam Infinitivi aliorum Verborum in Hophal: nullum enim exemplum hîc usitatum reperitur.

AD FU-

producto; תְּהִימֶנָה *Perstrepent*, *Mich.* 2. *v.* 12. Kametz autem propter accentum ad Sægol translatum, correptum est in Scheva. Ex terminatione Tzere; תָּגֵלְנָה *Exultabunt*, *Psal.* 51. 10.

CAPUT XLI.

De Conjugatione Passiva HOPHAL.

Præteritum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
הוּקְמָה	הוּקַם	3
הוּקַמְתְּ	הוּקַמְתָּ	2
	הוּקַמְתִּי	1

Plural.

	הוּקְמוּ	3
הוּקַמְתֶּן	הוּקַמְתֶּם	2
	הוּקַמְנוּ	1

Participium præter.

P.	S.	
מוּקָמִים	מוּקָם	M.
מוּקָמוֹת	מוּקָמָה	F.

Infinitivus.

הוּקַם

Imperativo caret.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אוּקַם	1
תּוּקְמִי	תּוּקַם	2
תּוּקַם	יוּקַם	3

Plural.

Jesa. 45. *v.* 10. cum accentu in ultima, unde Kametz ab initio mutatur in Scheva.

יָקִים] Cum ה paragogico præter morem; יָחִישָׁה *Acceleret*, *Jerem.* 5. *v.* 19. simile vide suprà capite 14. ad Futurum Pihel. Ex Tzere; יָסֵר *Amoveat*, *Job.* 9. 34. יָרֵעַ *Malefaciet*, *Soph.* 1. *v.* 12. Hinc cum Epenthesi א: יָנֵאץ *Florescet*, *Eccles.* 12. *v.* 5. Accentu retracto; יָרֶב *Contendet*, *Jud.* 6. *v.* 32. תָּשֶׁת *Ponis*, *Psalm.* 104. *v.* 20. & in Pathach ob gutturalem, vel lit. ר: וַיָּעַד *Et contestatus es*, *Zach.* 3. 6. וַיָּעַר *Et suscitavit*, *Hag.* 1. *v.* 14. וַיָּרַע *Et malefecit*, 1. *Reg.* 16. *v.* 25. At, יָסִית *Incitabit*, *Jerem.* 16. *v.* 18. ut in Præterito.

תָּקִים] In Pathach; וַתָּסַר *Et deposuit*, *Genes.* 38. 14. ut in præcedenti persona. At, תָּלַן *Pernoctabit*, *Job.* 17. 2. est cum Pathach loco Tzere.

נָקִים] Sic, נָרִיעַ *Clangamus*, *Psal.* 95. 2. & cum ה paragogico; נָרִיעָה *ibid.* *v.* 1. Accentu retracto; נָרַע *Malefaciemus*, *Gen.* 19. *v.* 9.

תָּקִימוּ] Ex terminatione Tzere, תָּרֵעוּ *Malefaciatis*, Gen. 19. ℣. 7.

יָקִימוּ] Cum ן paragogico; יָחִלוּן *Indolescent*, *Jesa.* 13. *v.* 8. יְנִעוּן *Movebunt*, *Psalm.* 109. *v.* 25. Kametz correpto, ut antè in secunda fœminina. At, יַלִּיזוּ *Recedere facient*, *Proverb.* 4. *v.* 21. וַיַּלִּינוּ *Et ad murmurandum incitarunt*, *Num.* 14. *v.* 36. habent Kametz in vocalem brevem resolutum, ut suprà in tertia fœminina Præteriti. Ex terminatione Tzere; וַיָּפֵרוּ *Et irritum reddiderunt*, *Ezech.* 44. 7. Item, יָרֵעוּ *Malefacient*, *Jesa.* 11. *v.* 9. Kimchi huc revocat; וַיָּחֵלּוּ *Et doluerunt*, *Hos.* 8. *v.* 10. cum Dagesch euphonico, quasi à חול, quanquam in nostris exemplaribus plerisq; Dagesch abest: cum Dagesch autem est, *Et cœperunt*, à חָלַל, quam interpretationem quidam sequuntur.

תְּקִימֶנָּה] Sic Jerem. 44. 25. unde Scheva in Sægol produ-

cedentibus; הָשַׁע *Fac ut clausi sint*, *Jesa.* 6. *v.* 10. Huic simile sine gutturali; הָשֵׁב *Reduc*, *Ezechiel.* 21. *v.* 30. Cum ה paragogico; הָפֵרָה *Irritum fac*, 1. *Regum.* 15. 19. Sæpiùs autem Chirek in medio est; הָעִירָה וְהָקִיצָה *Evigila & expergiscere*, *Psal.* 35. *v.* 23. Aphæresis characteristicæ hîc frequens est; שִׂים *Pone*, *Genes.* 24. *v.* 2. in iis maximè Verbis, quæ in Kal Imperativo carent: Sic, לִין *Pernocta*, *Jud.* 19. *v.* 9. בִּינָה *Intellige*, *Psalm.* 5. 2.

הָקִימוּ] Per Aphæresin; דִּינוּ *Judicate*, *Jer.* 21. *v.* 12. לִינוּ *Pernoctate*, *Num.* 22. 8.

הָקִימִי] Per Aphæresin; לִינִי *Pernocta*, *Ruth.* 3. *v.* 13.

AD FUTURUM.

אָקִים] Formativæ Futuri succedunt in locum characteristicæ, ut moris est. Cum ה paragogico; אָעִירָה *Evigilabo*, *Psalm.* 57. *v.* 9. At, אוֹחִילָה *Dolebo*, *Jerem.* 4. *v.* 19. formam habet à יָחַל compositam, unde in quibusdam exemplaribus scribitur cum ו in medio, quasi אָחוּלָה ex Kal, à Verbo חוּל *Dolere*, in aliis autem cum ו etiam post Aleph, אוֹחוּלָה quod Masorethæ legendum notarunt cum ׳ in medio, אוֹחִילָה tanquam à יָחַל, sed significatio est à חוּל. In Pathach per crasin; אָרַע *Malefaciam*, 1. *Sam.* 26. *v.* 6. *pro* אָרִיעַ. In Tzere; אָפֵר *Irritum reddam*, *Judic.* 2. *v.* 1.

תָּקִים] In Tzere; תָּשֵׁב *Reducito*, *Genes.* 24. *v.* 8. Hinc Tzere corripitur in Sægol, quando accentus ad penultimam retrocedit, aut omnino aufertur: ut, אַל־תָּשֶׁב *Ne avertas*, 1. Reg. 2. ℣. 20. וַתָּקֶם *Et præstitisti*, *Nehem.* 9. 8. & in Pathach, propter gutturalem aut ר: וַתָּרַע *Et malè egisti*, 1. *Reg.* 14. *v.* 9. וַתָּעַד *Et contestatus es*, *Neh.* 9. *v.* 29. Et sine gutturali, quod speciale, ut; תָּלַן *Jud.* 19. *v.* 20. Bis sic reperitur: alterum mox sequitur.

תָּקִימִי] Cum Nun paragogico; תָּחִילִין *Paritura es*, *Jesa.*

מְפֵר *Irritum facturus*, *Jesa.* 44. *v.* 25. In Pathach, ut in Præterito; מֵרַע *Malefaciens*, *Jesa.* 9. *v.* 17. ex crasi pro מֵרֵעַ, ut mox in plurali. Tzere sub מ correpto, ut in Præterito; מֵסִית *Incitans*, *Jerem.* 43. *v.* 3. sic & mox in plurali.

מְקִימָה] Ex forma Tzere; מְצֵרָה *Angustiis affecta, Perpetiens tormina*, *Jerem.* 41. *v.* 49. sed hoc Nomen potiùs est ob significationem intransitivam: simile vide suprà capite 17. ad Participium. Est & hîc forma in ת: מְשִׁיבַת *Restituens*, *Psal.* 19.8. מְאִירַת *Illustrans*, *ibid. vers.* 9.

מְקִימִים] Ex forma Tzere; מְרֵעִים *Malefacientes*, *Ps.* 37. *v.* 9. Ex Tzere resoluto in Pathach & Dagesch est; מַלִּינִים *Murmurantes*, *Exod.* 16. 4.

AD INFINITIVUM.

הָקֵם] Characteristica est cum Kametz ad differentiam Præteriti. Semel cum expresso י: הָקִים *Præstando*, *Jerem.* 44. *v.* 25. quæ forma & capite 17. observata est. Præfixis Præpositionibus est semper cum Chirek, ut Verba perfecta. Cum ל extruditur ה sæpiùs, ut; לָדִין *Ad judicandum*, *pro* לְהָדִין, vide lib. 2. cap. 21. Sic cum ב: בָּעִיר *In evigilando*, *Psalm.* 73. *v.* 20. juxta Chaldæum & alios quosdam. Aphæresis literæ ה: גִּיל *Exsultando*, *Prov.* 23. *v.* 24. בִּין *Considerando*, *Proverb.* 23. *v.* 1. Unum legitur cum ה paragogico, quod propterea ingreditur formam Nominis, quod & in Verbis perfectis notatum capite 13. לַהֲנָפָה *Ad agitandum*, *Jesa.* 30. *v.* 28. *pro* לְהָנִיפָה. Cum Pronomine; לְהַפְרְכֶם vide lib. 2. cap. 17. ad Infinitivum. הָשֵׁב *Reducere*, quod Kimchi huc refert, ex Ezech. 21. potiùs pertinet ad Imperativum.

AD IMPERATIVUM.

הָקֵם] In Pathach propter gutturalem, ut in præceden-

compositam formam habent; וְהוֹשְׁבוֹתִים *Et tranquillè collocabo eos, Zach.*10.6.ex יָשַׁב unde esset הוֹשַׁבְתִּים, & שׁוּב, unde esset, הֲשִׁיבוֹתִים cum adjuncto Pronomine. Sic; וְהֵטִיבֹתִי *Et benefaciam, Ezech.* 36. v. 11. ex יָטַב à הֵטִיבוּ unde Præteritum Hiphil הֵיטִיב ut suprà declaratum in Quiescentibus primâ י, & הֲטִיבוֹתִי à טוּב. Cum simplici Pathach ob sequentem gutturalem, ut antè in secunda persona; הַעִירוֹתִי *Suscitavi, Jesa.* 41. v. 25. הַעִדֹתִי *Contestatus sum, Jerem.* 11. v. 7. Sic suprà capite 28. in Præterito Hiphil. Unum est per Aphæresin characteristicæ ה בִּינֹתִי *Consideravi, Dan.* 9. 2. pro הֲבִינוֹתִי: sic mox in tertia.

הֵקִימוּ] Per Tzere in medio; הֵפֵרוּ *Irritum fecerunt, Jesa.* 24. 5. הֵרֵעוּ *Pejus fecerunt, Jerem.* 7. 26. Tzere sub ה resolvitur etiam in Chirek & Dagesch: ut, הִזִּילוּ *Vilipendunt, Thren.* 1. 8, הִסִּיתוּ *Incitarunt, Jer.* 38.22. Similia vide ad Futurum. Cum Aphæresi He characteristici: וְדִיגוּם *Et piscabuntur eos*, pro וְהֵדִיגוּם, Jer.16.16. quidam sumunt pro Præterito Pihel, pro דִּיגוּם.

הֲקִימוֹתֶם] Ex forma Tzere; הֲשֵׁבוֹתֶם *Reddidistis*, 1. *Sam.* 6. v. 7. Cum Chirek in medio, ut antè ad personam primam; הֲמִתֶּם *Interfecistis, Num.*16. 14. ubi & syncopa est tertiæ radicalis, ut in secunda singulari: Sic, וַהֲמִתֶּן *Et interficietis, Exod.* 1. 16.

הֲקִימוֹנוּ] Cum Chatephsægol, הֱשִׁיבוֹנוּ *Retulimus*, Genes. 44. 8. Ex Tzere; וַהֲקֵמֹנוּ *Et constituemus, Mich.* 5. v. 5. Cum syncopa tertiæ radicalis Nun, & ex alterâ formâ, hîc unum est; הֲכִנּוּ *Comparavimus*, 2. *Paral.* 29. 9.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

הֵקִים] Characteristica conjugationis abjicitur, cui succedit formativa Participii, ut in perfectis. In Tzere;

מֵפֵר

הֲקִימוֹתָ] Cholem hîc in penultima accedit, ut in Niphal. Cum Chateph Sægol, הֵטִיבוֹתָ *Benefecisti*, 1. Reg. 8. 18. הֱבִישׁוֹתָ *Pudefecisti*, Pſ. 44. 8. Ex terminatione Tzere; וַהֲרֵמֹתָ *Et extolles*, *Numer.* 31. *v.* 26. הַעֲדֹתָה *Conteſtatus es*, *Exod.* 18. *v.* 23. cum ſimplici Pathach ſub ה ob ſequentem gutturalem, quæ Scheva compoſitum ante ſe averſatur. Cum Aphæreſi characteriſticæ ה: רִיבוֹתָ *Contendiſti*, *Job.* 33. *v.* 33. cui ſimile mox in prima perſona. Cæterùm eſt & alia forma in ſecunda & prima perſona, omiſſo Cholem: ut,

Sing.

	fœm.	*maſc.*
3	הֵקִימָה	הֵקִים
2	הֲקַמְתְּ	הֲקַמְתָּ
1		הֲקַמְתִּי

Plural.

3		הֵקִימוּ
2	הֲקַמְתֶּן	הֲקַמְתֶּם
1		הֲקַמְנוּ

Sic; הֵנַפְתָּ *Agitaveris*, *Exod.* 20. *v.* 25. וְהֵפַרְתָּה *Et irritum reddes*, 2. *Samuel.* 15. *v.* 34. ubi & ה paragogicum. A בוש legitur & הוֹבַשְׁתָּ *Pudefeciſti*, 2. Sam. 19. 6. formâ hinc & quieſc. primâ ' compoſitâ. Hinc & cum defectu tertiæ radicalis ת: וְהֵמַתָּה *Et interficies*, *Num.* 14. 15. de quo defectu vide cap. 13. ad Præteritum,

הֲקִימוֹתִי] Ex forma Tzere; הֲרֵעֹתִי *Malefeci*, *Num.* 16. *v.* 15. Ex altera forma; הֵטַלְתִּי *Ejiciam*, *Jer.* 16. *v.* 13. הֵמַתִּי *Interfeci*, *Hoſ.* 9. *v.* 16. cum defectu tertiæ radicalis ת, ut antea. Hinc cum Chirek in penultima, quæ forma etiam capite 13. obſervata: וַהֲמִיתִּיו *Et interfeci eum*, 1. *Sam.* 17. *v.* 35. Chirek longum autem eſt pro brevi, cum quo ſcribitur Hoſeæ 2. ỳ. 3. ſic mox in ſecunda plurali. Duo

compo-

Futurum.

Sing.

	masc.	*fœmin.*
1	אָקִים	
2	תָּקִים	תָּקִימִי
3	יָקִים	תָּקִים

Plur

	masc.	*fœmin.*
1	נָקִים	
2	תָּקִימוּ	תְּקִימֶנָה
3	יָקִימוּ	תְּקִימֶנָה

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הֵקִים] Tzere ſub characteriſtica ה in tertiis tantùm perſonis manet, ob accentum eodem loco manentem: at in reliquis corripitur vel in Chatephpathach vel Chatephſægol. Cum Jod inſerto poſt Tzere, הֲהֵימִיר *An mutavit*, Jer. 2. 10. quaſi eſſet à יָמַר. Significatio verò eſt à מוּר. Vide Kimchium. Litera י in ultima ſyllaba non radicalis eſt, ſed vocalis Chirek index, ut in הִפְקִיד. Excidit quoque in ſingulis temporibus non rarò, ut & in Verbis perfectis capite 17. Ex terminatione Tzere; הֵפֵר *Irritum fecit*, *Ezech*. 17. *v*. 16. Si tamen tertia ſit gutturalis vel ר, ſæpiùs uſurpatur Pathach in fine: ut, הֵרַע *Malefecit*, *Exod*. 5. *v*. 23. quod eſt pro הֵרֵיעַ per craſin, הֵפַר *Irritum reddidit*, *Gen*. 17. *v*. 14. הֵצַר *Premet te*, *Deut*. 28. 25. A בּוֹשׁ dicitur, formâ hinc, & ex quieſc. primâ Jod compoſitâ, הוֹבִישׁ *Pudefecit: Erubuit*, Eſa. 30. *ỷ*. 5. Sic, הוֹבִישׁוּ, הוֹבִשָׁה Erubuerunt.

הֵקִימֹתָ] Ex Terminatione Tzere; הֵקֵרָה *Manat*, *Jer*. 6. *v*. 7. Aliter eſt, הֵסַתָּה *Incitavit*, 1. *Reg*. 21. *v*. 25. pro הֵסִיתָה, vocali longâ Chirek in brevem & Dageſch reſolutâ, ut aliâs ſæpè.

CAPUT XL.

De Conjugatione HIPHIL *Quiescentium secundâ* ו.

ANOMALIA in utraque forma est in media radicali ejectâ. Characteristica ה utrobique cum vocali longa notatur, ob causam suprà capite 25. ad Niphal expositam: In forma activa cum Tzere, הֵקִים: in forma passiva cum Schurek, הוּקַם: pro Chirek in forma activa promiscuè etiam usurpatur Tzere.

Præteritum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
הֵקִימָה	הֵקִים	3
הֲקִימוֹת	הֲקִימוֹתָ	2
	הֲקִימוֹתִי	1

Plural.

	הֵקִימוּ	3
הֲקִימוֹתֶן	הֲקִימוֹתֶם	2
	הֲקִימוֹנוּ	1

Partic. præsens.

P.	S.	
מְקִימִים	מֵקִים	M.
מְקִימוֹת	מְקִימָה / מְקִימֶת	F.

Infinitivus.

הָקֵם הָקִים

Imperativus.

P.	S.	
הָקִימוּ	הָקֵם	M.
הָקֵמְנָה	הָקִימִי	F.

Futu-

קוֹמַמְתֶּן	קוֹמַמְתֶּם	2
	קוֹמַמְנוּ	3

Particip. præteritum ſive Pahul.

P.	S.	
מְקוֹמָמִים	מְקוֹמָם	M.
מְקוֹמָמוֹת	מְקוֹמָמָה	F.

Infinitivus.

קוֹמֵם

Futurum.

Sing.

fœmin.	*maſcul.*	
	אֲקוֹמֵם	1
תְּקוֹמְמִי	תְּקוֹמֵם	2
תְּקוֹמֵם	יְקוֹמֵם	3

Plural.

	נְקוֹמֵם	1
תְּקוֹמֵמְנָה	תְּקוֹמְמוּ	2
	יְקוֹמְמוּ	3

ANNOTATIONES.

Sola vox prima Præteriti, per terminationem Pathach differt à forma activa, reliquæ omnes cum ea conveniunt. Senſu itaq; cautè diſtinguenda ſunt. Pauca verò in univerſum uſitata reperiuntur. PRÆTERITUM; עוֹלַל *Factus eſt, Thren.* 1. 12. רוֹמַם *Exaltatus fuit, Pſal.* 66. 17. חוֹלַלְתָּ *Formatus es, Job.* 15. 7. חוֹלַלְתִּי *Formatus ſum, Pſal.* 51. *v.* 7. PARTICIPIUM præſens inuſitatum eſt: ſi quis formare velit, deſinet in Kametz à Præterito: ut, קוֹמָם. Participium præteritum; מְרוֹמָם *Exaltatum, Neh.* 9. *v.* 5. מְחוֹלָל *Dolore affectus, Jeſ.* 53. 5. Fœmin. in ת: מְשׁוֹבֶבֶת *Redux, Redire facta, Ezech.* 38. *v.* 8. FUTURUM, יְרֹעָע *Vociferatio agitatur, Jeſ.* 16. 10. יְחוֹלָלוּ *Reformabuntur, Job.* 26. 5. תְּרוֹמַמְנָה *Exaltabuntur, Pſ.* 75. 11.

v. 5. *pro* יְעֹרְרוּ, (penultimâ per accentum productâ) ab עור, juxta Aben Esram. In altero geminata est tertia radicalis, & præposita primæ, formâ deinceps assumptâ analogâ; יְעַלְעוּ *Absorbebunt*, *Job.* 39. *v.* 39. pro יְלוּעְעוּ ne duplex ע ad majorem prounciationis difficultatem concurreret. Thema enim est לוּעַ, non עָלַע: nullum enim Verbum perfectum & primitivum reperitur in Bibliis Hebraicis, cujus prima & tertia radicalis sit eadem. In imperfectis pauca sunt; ut, נָתַן *Dedit*, הָיָה *Fuit*: שֵׁרֵשׁ *Eradicavit*, derivatum est à Nomine שֹׁרֶשׁ *Radix*. In superiori autem exemplo duplex ע conjunctum est, ut externo verbo κακοφωνῳ, rem ipsam, fragosam scilicet & inconditam tumultuantium vocem, significaret. Unde & quidam fictam, ac è medio petitam vocem esse existimaut.

תְּקוֹמֵמְנָה] Sic; תְּצוֹדֵדְנָה *Venamini*, *Ezech.* 13. *vers.* 18. Tertiæ radicalis נ syncopa facta in תְּקוֹנֵנָּה *Lamentabuntur*, *Ezech.* 32. *v.* 16. *pro* תְּקוֹנֵנְנָה: similia vide suprà capite 13. & 14. ad Futurum.

CAPUT XXXIX.

De Conjugatione passiva PYHAL.

Præteritum

Sing.

	fœmin.	*mascul.*
3	קוֹמְמָה	קוֹמַם
2	קוֹמַמְתְּ	קוֹמַמְתָּ
1		קוֹמַמְתִּי

Plural.

3		קוֹמְמוּ
2		קוממתם

2 תְּקוֹמֵמוּ } תְּקוֹמֵמְנָה
3 יְקוֹמֵמוּ }

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

קוֹמֵם] Analogum eſt, & in Pathach, (quæ terminatio & cap. 15. notata;) קִיַּם *Stabilivit, Eſth, 9. 31.*

קוֹמַמְתָּ] Cum ה paragogico; כּוֹנַנְתָּה *Adaptaſti, Pſal.8. 4.* & Kametz in penultima eſt ob accentum.

קוֹמַמְתִּי] Cum ſyncopa tertiæ radicalis ת ו מֹתַתִּי *Interfeci, 2. Sam. 1. 16.*

קוֹמְמוּ] Analogum eſt; קִיְּמוּ *Stabiliverunt, Eſth.9.v.31.*

קוֹמַמְתֶּם] Analogum eſt; וְחִיַּבְתֶּם *Et reum peragitis, Dan. 1. 10.*

AD PARTICIPIUM.

מְקוֹמֵם] Sic; מְמוֹתֵת *Interficiebat, 1. Sam. 14. 13.*

מְקוֹמְמִים] Sic; מְשׁוֹטְטִים *Peragrantes, Zach. 4. v.10.*

מְקוֹמֶמֶת] Et in ת ו מְחוֹלֶלֶת *Dolore aſſiciens, Jeſ.51.9.*

מְקוֹמְמוֹת] Sic; מְשׁוֹטְטוֹת *Diſcurrunt, 2. Par. 16. v. 9.*

AD INFINITIVUM.

קוֹמֵם] Analogum eſt; לְקַיֵּם *Ad ſtatuendum, Eſth.9.21.*

AD IMPERATIVUM.

קוֹמֵם] Cum ה paragogico; כּוֹנְנָה *Dirige, Pſal. 90. v. 17.* עוֹרְרָה *Excita, Pſal. 8. v. 3.* A tertia fœminina Præteriti, ſenſu duntaxat hîc diſtinguenda eſt.

AD FUTURUM.

אֲקוֹמֵם] Analogum hîc eſt & cum ה paragogico; וָאֲקַיֵּמָה *Et præſtabo, Pſal. 119. 106.*

יְקוֹמְמוּ] Duo hîc ſpecialis anomaliæ ſunt; in uno geminatur prima radicalis: ut, יְעֹעֵרוּ *Excitabunt, Jeſ. 15.*

ſequentibus conjugationibus exempta manent: ut, עִוֵּת *Pervertit*, שִׁוַּע *Vociferatus eſt*, חִיָּה *Vivificavit*, קִוָּה *Exſpectavit*, quæ analogiam ſequuntur, quoad mediam radicalem.

Præteritum.

Sing.

fœmin.	*maſcul.*	
קוֹמְמָה	קוֹמֵם	3
קוֹמַמְתְּ	קוֹמַמְתָּ	2
	קוֹמַמְתִּי	1

Plural.

	קוֹמְמוּ	3
קוֹמַמְתֶּן	קוֹמַמְתֶּם	2
	קוֹמַמְנוּ	1

Particip. Præſens.

P.	S.	
מְקוֹמְמִים	מְקוֹמֵם	M.
מְקוֹמְמוֹת	מְקוֹמְמָה	F.

Infinitivus.

קוֹמֵם

Imperativus.

P.	S.	
קוֹמְמוּ	קוֹמֵם	M.
קוֹמֵמְנָה	קוֹמְמִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*maſcul.*	
	אֲקוֹמֵם	1
תְּקוֹמְמִי	תְּקוֹמֵם	2
תְּקוֹמֵם	יְקוֹמֵם	3

Plural.

	נְקוֹמֵם	1

2 תקוממו

CAPUT XXXVIII.

De Conjugatione PIHEL.

ANOMALIA hîc *duplex* occurrit: *Una*, cùm prima & tertia thematis literæ geminantur, appoſitis vocalibus utrique formæ, activæ & paſſivæ, analogis: ut, כִּלְכֵּל, פִּרְפֵּר, à כּוּל & פּוּר, & ſic ſimilia plura. Hæc autem, quia Verbis perfectis in conjugando conformia ſunt, niſi quòd loco Dageſch habeant quartam literam, idcirco ea capite 15. & 19. explicata ſunt, & perfectorum analogiæ ſubjecta. *Altera*, cùm Chirek convertitur in Cholem, in quo media radicalis ו quieſcit, & loco illius per Dageſch characteriſticum geminandæ, geminatur ultima, terminatione communi Tzere manente: ut, קוֹמֵם *Surgere fecit*, id eſt, *Erexit*, *Statuit*, פוֹצֵץ *Diſſilire fecit*, hoc eſt, *Diſſipavit*, *Disjecit*. *Forma hæc in Defectivis ſecundâ quoq; fuit, ſed formationis ratio diverſa eſt. Illic tertia litera ad Radicem pertinet, hîc ad formam conjugationis tantùm: illic litera* ו *rariùs exprimitur, tanquam adventitia ob Cholem, hîc ſæpiùs, & quidem communiter, tanquam radicalis, unde & horum conjugationem quidam Hebræorum vocarunt* בִּנְיָן מְרֻבָּע Conjugationem quadratam, *quaſi quatuor literis conſtantem, ut & ſuprà dictum.* In paucis quibusdam ſervatur analogia communis, Dageſch characteriſtico mediæ literæ י impoſito: ut, קִיֵּם *Erexit, Stabilivit:* חִיֵּב *Reum peregit*, quorum exempla in ſingulis Temporibus adducentur. Rarior quidem hæc forma apud priſcos Hebræos fuit, at apud Chaldæos trita, unde poſteriores Rabbini eam in ſuum quoque uſum frequenter traduxêre. Ea denique, quæ in Kal diximus ex hoc quieſcentium genere eximi, hîc quoque & in

quiescentem antepenultimæ syllabæ distinguuntur. Schurek autem hîc est euphoniæ causâ, ne duo Cholem concurrant, quod tamen quandoq; fit, ut sequitur.

נְקוּמוֹתֶם] Duo hîc cum duplici Cholem reperiuntur; נְקֹטֹתֶם *Fastidio eritis*, *Ezech*. 20. *v*. 43. נְפוֹצוֹתֶם *Dispersi estis*, *Ezech*. 11. *v*. 17.

AD PARTICIPIUM.

נָקוֹם] In Schurek; נָצוּר *Obsessus*, *Ezech*.6. *v*. 12

נְקוֹמִים] Cum Schurek; נְבֻכִים *Perplexi*, *Exod*.14. *v*.3. Kametz sub נ mutatur in Scheva ob mutatam sedem accentus.

נְקוֹמָה] Accentus transfertur ad ultimam, ut differat à Præterito fœminino. Cum Schurek; נְצוּרָה *Obsessa*, *Jesa*. 1. *v*. 8. In ת ׃ נָפוֹצֶת *Sparsum*, 2. *Sam*. 18. 8. ubi Kametz sub נ manet ob accentum suo loco manentem.

AD INFINITIVUM.

הִקּוֹם] Unum est cum Schurek loco Cholem; הִדּוּשׁ *Triturari*, *Jesa*. 25. *v*. 10. Si prima sit gutturalis, pro Chirek sub ה erit Tzere; ut הֵאוֹר, unde hoc contractum, לֵאוֹר *Ad illustrandum, hoc est, ut illustretur*, *Job*. 33. 30. de qua contractione vide lib. 2. cap. 21.

AD IMPERATIVUM.

הִקּוֹם] Sic; הִכּוֹן *Comparate*, *Ezech*. 38. *v*. 7.

הִקּוֹמוּ] Sic; הִמֹּלוּ *Circumcidimini*, *Jer*. 4. *v*. 4.

AD FUTURUM.

יִקּוֹם] Primâ gutturali; וַיֵּאוֹר *Et illuxit*, 2. *Sam*. 2. *vers*. 32. יֵעוֹר *Excitatur*, *Zach*. 4. *v*. 2. ubi Tzere est loco ejecti Dagesch.

CAPUT

הִקּוֹמוּ	הִקּוֹם	M.
הִקּוֹמְנָה	הִקּוֹמִי	F.

Futurum.

Sing.

	fœm.	*masc.*
1		אֶקּוֹם
2	תִּקּוֹמִי	תִּקּוֹם
3	תִּקּוֹם	יִקּוֹם

Plur.

1		נִקּוֹם
2	תִּקּוֹמְנָה	תִּקּוֹמוּ
3		יִקּוֹמוּ

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

נָקוֹם] Characteriſtica נ hîc ſe habet ut in Præterito Niphal Defectivorum ſecundâ : vide illic. Cholem autem eſt ex tertia terminatione Verborum perfectorum, quod etiam quandoque illa in Niphal retinent, ut capite 14. notatum eſt. Tum etiam Cholem magis adhibetur in his, ut diſtinguantur à Defectivis ſecundâ. Videtur autem hîc majus indicium eſſe mediæ radicalis ו cum Cholem communiter expreſſæ per totam conjugationem : ex analoga enim forma נִקְוַם facta eſt anomala ob ו quieſcens נָקוֹם. Semel reperitur נ cum Tzere; נֵעוֹר *Excitatus fuit, Zach.* 2. *v.* 13.

נְקוֹמָה] Diſcrepat; נָקֹטָה *Faſtidit, Job.* 10.1. quæ forma quandoque in Defectivis ſecundâ hoc loco uſurpatur, quaſi & hoc ſit à קָטַט, quod tamen in uſu non eſt; vide ſuprà cap. 25. ad Præteritum.

נְקוּמוֹתָ] Cholem in penultima, hîc & in prima perſona, in utroque numero aſſumitur ad imitationem Defectivorum ſecundâ, à quibus rurſum per literam

Lumen receperunt, 1. *Sam.* 14. *v.* 27. Scriptum id in textu תָּראֶנָה sed legendum juxta Masorethas, ut posui, א & ר transpositis. Cum Apocopa literæ ה, ut alibi quoque notatum; תָּשֹׁבְן *Revertentur*, *Ezech.* 16. 55. Sæpè tamen assumitur epenthesis literæ ' præcedente Sægol, ut in Defectivis secundâ: ut, תְּשֻׁבֶינָה *Revertemini*, *ibid.* תְּמוּטֶינָה *Dimovebuntur*, *Jesa.* 54. 10. תְּעוּפֶינָה *Convolant*, *Jesa.* 60.8. Hinc absque ': תְּפוּצֶנָה *Dispergentur*, *Zach.* 1. *v.* 17. quod & תְּפוּצֶין *Zach.* 13. *v.* 17. per Apocopam.

CAPUT XXXVII.

De Conjugatione passiva NIPHAL.

Præteritum.

Sing.

	masc.	*fœm.*
3	נָקוֹם	נָקוֹמָה
2	נְקוּמוֹתָ	נְקוּמוֹת
1	נְקוּמוֹתִי	

Plur.

3	נָקוֹמוּ	
2	נְקוּמוֹתֶם	נְקוּמוֹתֶן
1	נְקוּמוֹנוּ	

Particip. præsens.

	Sing.	Plur.
M.	נָקוֹם	נְקוֹמִים
F.	נְקוֹמָה	נְקוֹמוֹת

Infinitivus.

הִקּוֹם

Imperativus.

	S.	P.
M.	הִקּוֹם	

Kametzchatuph, si accentus ad penultimam retrocedat: ut, וַתָּשָׁב *Et reversus es*, 1. *Regum* 13. *v.* 22. Si autem ultima fuerit gutturalis vel ר, in fine est Pathach: ut, וַתָּנַח *Et prodis*, *Ez.* 32. 2. אַל־תָּצַר *Ne hostiliter agito, Deut.* 2. 9.

יָקוּם] In Cholem: וְיָרֹם *Et exaltabitur*, *Num.* 24. *v.* 7. יָמוּת *Morietur, Exod.* 9. 4. יָמֹת *Deut.* 33. *v.* 6. Hinc ultimâ ob accentum correptâ, ut antea; וַיָּרָם *Et elevatum est, Hos.* 13. *v.* 6. Ultimâ gutturali vel ר ut antea; וַיָּנַע *Et commotum est, Jesa.* 7. *v.* 2. וַיָּצַר *Et formavit, Exod.* 32. 4. וַיָּסַר *Et divertit, Jud.* 4. *v.* 18. At, וַיָּעַף *Et fessus erat, Jud.* 4. 21. desinit in Pathach ad differentiam significationis, וַיָּעָף *Et advolavit, Jesa.* 6. 6. sic וַיָּעַט *Et invectus est*, 1. *Sam.* 25. 14.

תָּקוּם] Ultimâ ex Cholem correptâ ut antea; וַתָּשָׁב *Et reversa est, Genes.* 8. 9. Ultimâ gutturali; וַתָּנַח *Et quievit, Gen.* 8. 4. Speciale est cum Pathach duplici; וַתַּחַשׁ *Et festinavit, Job.* 31. 5.

נָקוּם] Cum ה paragogico; נָקוּמָה *Surgamus, Gen.* 35. 3.

יָקוּמוּ] Cum נ paragogico, accentus ferè transfertur ad ultimam, unde Kametz principio dictionis convertitur in Scheva: ut, יְקֻמוּן *Resurgent*, 2. *Sam.* 22. 39. יְשׁוּבוּן *Revertentur, Psal.* 104. 29. Schurek autem hîc & in תָּקוּמוּ manet, ob accentum manentem, eâdem ratione, quâ à יִפְקֹד accentu manente, dicitur יִפְקְדוּ. *Vau ergo exprimitur, non quòd sit radicale, ut quidam volunt, sed quòd Schurek absq;* ו *scribi non posit. Neq; sequitur quod dicunt:* Nisi ו esset radicale, diceretur יָקֻמוּ vel יָקֻמוּ ut dicitur יִפְקְדוּ. *Hoc enim repugnaret analogiæ flexionis, quæ requirit, ut forma singularis integra servetur, si accentus sedes maneat eadem. Hîc autem, ut & in defectivis secundâ, accentus sedes eadem manet. Sic in defectivis secundâ à* יָסוֹב *dicitur* יָסֹבּוּ. *In Imperativo à* רֹנִּי רוּן *est* רֹנִּי: *sic mox in Niphal à* נָקוֹם *in plurali est* נָקוֹמוּ, *& sic in universum.*

תְּקוּמֶנָה] Et cum Cholem in penultima; תָּאֹרְנָה

Lumen

Hinc etiam ex ſpeciali anomalia eſt cum א paragogico loco ה : רָצוֹא *Excurrendo*, *Ezech.* 1. *v.* 14. quod omnino habet formam quaſi à רָצָא vel רָצָה. Eſt & protheſis literæ א : אָדוֹשׁ *Triturando*, *Jeſa.* 28. 28.

AD IMPERATIVUM.

קוּם] Forma ſe hîc habet, ut in Infinitivo. Cum Kibbutz euphoniæ causâ; שֻׁב *Revertere*, *Exod.* 4. *v.* 19. Cum Cholem; מוֹל *Circumcide*, *Joſ.* 5. *v.* 2. צוֹר *Liga*, *Jeſa.*8.16. Cum ה paragogico quædam ſunt Milhel, quædam Milrah: ut, שׁוּבָה *Revertere*, *Jer.* 3. 12. & שׁוּבָה *Num.* 10. *v.* 36. quod quinquies eſt Milrah: vel שֻׁבָה 2. *Sam.* 15. *v.* 27. וָבֹאָה *Et veni*, 1. *Sam.* 20. 21. קוּמָה *Surge*, *Num.* 10. *v.* 35. quod bis Milra.

קוּמִי] Ex Cholem; קוּמִי וָדוֹשִׁי *Surge & tritura*, *Mich.* 4. *v.* 13. Sed accentus ſæpiuſculè etiam in ultima eſt: ut, עוּרִי עוּרִי *Evigila, Evigila*, *Jud.* 5. *v.* 12. שׁוּבִי *Revertere*, *Pſal.* 116. *verſ.* 17.

קוּמְנָה] Cum Cholem; שֹׁבְנָה *Revertimini*, *Ruth.* 1. *v.* 8. קֹמְנָה *Surgite*, *Jeſa.* 32. *v.* 9.

AD FUTURUM.

אָקוּם] Futurum eſt cum Cholem vel Schurek, ut præcedentia Tempora, unde & utraque forma quandoq; in eodem Verbo reperitur. Cum ה paragogico; אָקוּמָה *Surgam*, 2. *Sam.* 17. *v.* 1. Verbum בּוֹשׁ ſub characteriſticis Futuri habet Tzere, formâ hinc & à יָבֵשׁ compoſitâ: ut, אֵבוֹשׁ *Erubeſcam*, *Jeſa.* 50. *v.* 7. אֵבוֹשָׁה *Jerem.* 17. *v.* 18. & ſic in reliquis perſonis.

תָּקוּם] Hinc eſt cum ה paragogico præter morem: תָּעֻפָה *Obtenebratus fueris*, *Job.* 11. 7. ſimile vide infrà cap. 43. ad Futurum. Terminatio Cholem corripitur in

Kametz-

קָמוּרֹת] Cum epenthesi א : רָאמוֹת *Altæ, Prov.24.7.* cui simile ad initium Præteriti.

AD PARTIC. PRÆTERITUM.

קוּם] Hinc est; מוּל *Circumcisus, Jer. 9. v. 25.* בּוּז, *Jobi.* 12. *v.* 5. Huc Kimchi in Michlol fol. 136. reducit etiam; הַלּוֹט *Quod opertum est, Jesa.* 25. *v.* 7. hoc est, *expansum ut operiat.* Sed speciale hoc est, ac possit etiam accipi pro Participio præsenti activæ formæ, *Quod operit, obvelat:* & sic quoque constructio benè convenit. Nam verba *Tegendi* communiter cum Præpositione עַל construuntur, ut videre est in lib. 2. Prius, הַלּוֹט est Nomen, *Velum.*

קוּמִים] Sic; מוּלִים *Circumcisi, Jos.* 5. *v.* 5. שׁוּבֵי *Redeuntibus, Reversis è bello, Mich.* 2. *v.* 8.

קוּמָה] Sic; לוּטָה *Involutus,* 1. *Sam.* 21. *v.* 9. Cum Cholem שֵׁן רֹעָה *Dens confractus,* Prov. 25. ℣. 18. juxta quosdam. Rarum omnino est hoc Participium, cùm significatio activa in hoc Verborum genere rara sit. Kimchi etiam huc reducit; זוּרֶה *Compressum, pro* זוּרָה *Jesa.* 59. 5. cui simile fuit antea in Præterito. Vide etiam de hoc infrà capite 52. ad formam passivam.

AD INFINITIVUM.

קוּם] Communiter est cum Schurek, ad differentiam Defectivorum secundâ, quæ habent Cholem, quod tamen hîc etiam reperitur. Schurek correpto; לָנֻס *Ad fugiendum, Deut.* 4. *v.* 42. Cum Cholem; ut, קוֹם *Surgendo, Jer.* 44. *v.* 29. רֹב *Litigando, Jud.* 11. 25. שׁוֹב *Revertendo, Jerem.* 42. *v.* 10. Cum ה paragogico; רוֹעָה *Confringendo, Jesa.*24. *v.* 19. quod etiam possit referri ad Defectiva secundâ, à רָעַע : בְּבֹאָהּ *In intrando,* 1. *Reg.* 14. *v.* 12.

Huc

ingrediuntur, ut & alia imperfectorum Verborum Genera alibi faciunt. Accentus etiam contra analogiam quandoque in ultima est: ut, צָדוּ *Venati sunt*, *Thren.* 4. *v.* 18. רָשׁוּ *Pauperantur*, *Psal.* 34. 11. נָמוּ *Dormitabunt*, *Nah.* 3. *v.* 18. פָּקוּ *Titubant*, *Jesa.* 28. 7. רָמוּ *Elati sunt*, *Psal.* 131. *v.* 1. נָעוּ *Evagantur*, *Thren.* 4. *v.* 14. & *sic Proverb.* 5. *v.* 6. רָבוּ *Litigarunt*, *Gen.* 26. *v.* 22. & *sic Num.* 20. *v.* 13.

קַמְתֶּם] Est hîc unum cum Chirek in penultima, quæ forma etiam suprà cap. 13, annotata est; וּפִשְׁתֶּם *Et crescetis*, *Malach.* 4. 2.

קַמְנוּ] Ex Cholem; בֹּשְׁנוּ *Erubescimus*, *Jer.* 51. *v.* 51. Unum est cum Syncopa sive defectu tertiæ radicalis נ: וָלַנוּ *Et pernoctemus*, *Jud.* 19. *v.* 13. de qua Syncopa dictum est cap. 13. ad Præteritum.

AD PARTICIPIUM.

קָם] Ex forma Tzere; עֵר *Vigilans est*, *Cant.* 5. *v.* 2. מֵת *Moriturus*, *Jesa.* 38. *v.* 1. Ex forma Cholem; וָאוֹר *Et lucens*, *Prov.* 4. *v.* 18. unde & hæc cum Pronominibus; גוֹזִי *Abripiens me*, *Psal.* 71. 6. גוֹחִי *Educens me*, *Psal.* 22. *v.* 10. Sed hoc Participium sæpiùs degenerat in purum Nomen, ut quæ sunt ex formis, חָכָם *Sapiens*, גָּדוֹל *Magnus*, יָרֵא *Timens*, *Timidus*, אָבֵל *Lugens*, & similia. Hinc etiam quædam ex Schurek reperiuntur: סוּרָה *Fugitiva*, *Jesa.* 49. 21. חוּשִׁים *Festini*, *Celeres*, *Num.* 23. *v.* 17. סוּרֵי *Degeneres*, *Jer.* 2. *v.* 21. שׁוּבֵי *Quieti vel Reduces*, *Mich.* 2. *v.* 8. Talia quædam etiam inter perfecta sunt, ut שָׁרוּעַ , שְׂבֵעֵי , שְׁכוּנֵי, & alia similia.

קָמָה] Accentus est in ultima ad differentiam tertiæ fœmininæ Præteriti, quæ est Milhel sive penacuta.

קָמִים] Ex forma Tzere; לֵנִים *Commorantes*, *Neh.* 1. 21. Ex forma Cholem; הַקּוֹמִים *Qui insurgentes sunt*, 2. *Reg.* 16. 7.

קמות

Tzere; מֵתָה *Mortuus est, Exod.7.v.21.* A' forma Cholem; בּוֹשָׁה *Pudore suffusa est, Jerem.50.v.12.* Ad formam Chaldaicam est in ת : וְשָׁבַת *Et revertetur, Ezech. 46. v. 17.* simile vide capite 43. ad Præteritum. Aliud est, quod præter morem desinit in Sægol loco Kametz; וְלָנֶה *Et commorabitur, Zach. 5. v. 4. pro* וְלָנָה: Simile vide mox ad Particip. præteritum Pahul. Unum reperitur Milrah sive acutitonum, ob præfixum ו conversivum: ובושה *Et pudore suffundetur, Jesa. 24. v. 23.* Sed & aliâs, rariùs tamen & impropriè; בָּזָה *Sprevit, Jesa. 37. v. 22.*

קַמְתָּ] Pathach hîc & in prima persona adhibetur ad ostendendam mediam radicalem quasi per contractionem ejectam. Si enim ו esset mobile, diceretur קוּמְתָּ: hinc ergo contractè est קַמְתָּ. Tertiæ radicalis ת syncopa fit, quando aliud ת sequitur, ut in perfectis Verbis: ut, וָמַתָּה *Et morieris, Ezech. 28. v. 8.* שַׁתָּה *Posuisti, Psal. 8. v. 7.* quæ etiam sunt cum ה paragogico.

קַמְתְּ] Ex forma Cholem; וָבֹשְׁתְּ *Et pudore suffundaris, Ezech. 16. v. 63.*

קַמְתִּי] Cum Syncopa literæ ת, ut antè; וָמַתִּי *Et moriar, Gen. 19. v. 19.* שַׁתִּי *Posui, Psalm. 73. v. 28.* quod & præter normam est Milrah. Ex Cholem; בֹּשְׁתִּי *Erubesco, Jerem. 31. v. 19.*

קָמוּ] Ex forma Tzere; מֵתוּ *Mortui sunt, Exod. 4. v. 9.* Ex forma Cholem; בֹּשׁוּ *Pudore suffusi sunt, Jer. 14. v. 3.* אֹרוּ *Illuminati sunt, 1. Sam. 14. v. 29.* מַה טֹּבוּ *Quàm boni sunt, Cant. 4. v. 10.* זֹרוּ *Alienati sunt, Psal. 58. v. 4. quod &* זָרוּ *Psal. 78. v. 30.* Speciale est; שַׁתּוּ *Posuerunt, Psal. 49. v. 15. pro* שָׁתוּ ut legitur Exod. 33. ℣. 4. vocali longâ in brevem & Dagesch, ut aliâs sæpè, resolutâ, & sic Psal. 73. ℣. 9. aut forma mutuata est à Defectivis secundâ, quasi à שָׁתַת. Hæc enim duo Genera mutuos terminos sæpè ingre-

Futurum.

Sing.

	fœmin.	*maſc.*
1		אָקוּם
2	תָּקוּמִי	תָּקוּם
3	תָּקוּם	יָקוּם

Plur.

1		נָקוּם
2	תְּקוּמֶנָה	תָּקוּמוּ
3	תְּקוּמֶנָה	יָקוּמוּ

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

קָם] Kametz hîc & in tertia fœminina, & tertia plurali tantùm manet, in aliis tranſit in Pathach. Sic Tzere; מֵת *Mortuus eſt.* At, אוֹר , בּוֹשׁ Cholem per totum Præteritum retinent, ut videbitur. Cum Epentheſi א : קָאם *Exſurgit*, *Hoſ.* 10. *v.* 14. cui ſimile mox in fœminino. *Kametz in his Verbis eſt, ad differentiam Verborum defectivorum ſecundâ, quæ hîc habent Pathach: vel, ut Kimchi docet in Michlol, fol.* 135. *quòd hîc media quieſcens* ו *vel* י *videatur commutari in* א, *pro natura quieſcentium literarum: quod antecedens exemplum manifeſtè indicat, & literæ* א *competit quieſcere in Kametz, ut* קָם *dicatur, quaſi* קָוַם *vel* קָיַם. *Sed prior ratio potior eſt.* Speciale eſt; שָׁת־לִי *Poſuit mihi, Geneſ.* 4. *v.* 25. cum Kametz longo ante Makkaph, quod Metheg indicat. Nam aliâs Kametz ante Makkaph ſolet eſſe Kametz breve, id eſt, O. Duo ſpeciali anomaliâ in Pathach deſinunt, ad formam defectivorum ſecundâ; בַּז *Sprevit, Zach.*4.10. טַח *Obduxit, Jeſa.*4.18.

קָמָה] Eſt & hîc Epentheſis literæ א, ſed mobilis, ſecus quàm fuit in præcedenti voce: ut, וְרָאֲמָה *Et exaltabitur*, *Zach.*14. *v.*10. vide & Participium. Ex forma Tzere;

hoc genere quiescentium, quæcunque in ה desinunt: illa enim mediam radicalem sive ו sive י semper efferunt: ut, קָוָה *Exspectavit*, אָוָה *Cupivit*, הָיָה *Fuit*, חָיָה *Vixit*, & pauca quædam alia: ut, גָוַע *Exspiravit*, עָוַת sive, עִוֵּת *Pervertit*, שָׁוַע *Vociferatus est*, אָיַב *Inimicatus est*.

CONJUGATIO KAL.

Præteritum.

Sing.

fæmin.	*mascul.*	
קָמָה	קָם	3
קַמְתְּ	קַמְתָּ	2
	קַמְתִּי	1

Plur.

	קָמוּ	3
קַמְתֶּן	קַמְתֶּם	2
	קַמְנוּ	3

Particip. præsens.

P.	S.	
קָמִים	קָם	M.
קָמוֹת	קָמָה	F.

Particip. Præter.

P.	S.	
קוּמִים	קוּם	M.
קוּמוֹת	קוּמָה	F.

Infinitivus.

קוּם

Imperativus.

P.	S.	
קוּמוּ	קוּם	M.
קוּמְנָה	קוּמִי	F.

A` יָכַח reperitur Futurum; יִתְוַכָּח *Disceptabit, Mich.6. v.2.* ex qua forma deducitur Nomen apud Rabbinos usitatum; וִכּוּחַ *Disceptatio, Disputatio.* Sic à יָדָה dicunt, וִדּוּי *Confeßio.*

A` יָסַר est Præteritum, formâ anomalâ præterea ex Niphal assumptâ, elisâ etiam literâ Characteristicâ ת per syncopam usitatam: ut, נִוַּסְּרוּ *Erudientur, Ezech.23. v.48.* pro תִּוַּסְּרוּ literâ sumptâ ex Niphal pro ה, quomodo Rabbinis usitatissimum est, Verba ex Niphal & Hithpahel componere. Simile vide infrà cap.55. ad Participium.

CAPUT XXXVI.

De Verbis Quiescentibus secundâ radicali ו *&* י*, ac primâ earum Conjugatione* Kal.

SECUNDUM Genus Verborum quiescentium est, quorum secunda radicalis est ו vel י, & *Quiescentia Ajin Vau,* id est, secundâ radicali ו vel י, vulgò appellantur: ut, קוּם *Surgere,* בִּין *Intelligere,* גִּיל *Lætari.* Hæc in Præterito, (quod ipsum thema in prima sua forma & origine continere solet) duas tantùm exprimunt literas radicales, & efferuntur communiter cum Kametz, קָם, בָּן: & cum Tzere, מֵת *Mortuus est,* & cum Cholem, בּוֹשׁ *Erubuit,* אוֹר *Illuxit;* sed hæ formæ priori rariores sunt. At ut thematis forma aliis Verbis analoga sit, tribus literis ea notari solet ex forma Infinitivi, ubi communiter per Schurek efferuntur: ut, קוּם, בּוּן *vel* בִּין. Ratio autem conjugandi utramque formam eadem est, unde & unum Genus flexionis tantùm constituunt, cujus anomalia perpetua est in media radicali, vel quiescente, vel abjectâ. Excipiuntur autem ex

hoc ge-

AD PARTICIPIUM.

Participium præſens inuſitatum eſt, neque à Kimchio formatur.

מוֹשְׁבוֹת] Et in ת : מוּדַעַת *Notum fiat*, *Jeſa*. 12. *v*. 5. *Defectivum* hîc unum eſt; מֻצָּב *Erecta*, *Geneſ*. 28. *verſ*. 12. immò & alterum; מֻנָּח *Relictum*, *Ezech*. 41. *v*. 9. quod tamen & Nominís naturam habet, quia ſtructuram duorum ſubſtantivorum ſubit, verſ. 11.

מוֹשְׁבִים] Sic, מוּעָדִים *Conſtitutorum*, Jerem. 24. ℣. 1. & fœmin. cum Kybbutz מֻעָדוֹת *Conſtitutæ*, Ezech. 21. 16.

AD INFINITIVUM.

הוּשַׁב] Mixtam anomaliam hîc habet; הוּלֶּדֶת *Naſci*, *Ezech*. 16. *v*. 4. vel, הֻלֶּדֶת *Gen*. 40. *v*. 20. compoſitâ formâ ex Infinitivo Kal לֶדֶת & Hophal הוּלַד Dageſch autem euphonicum eſt.

AD FUTURUM.

Hinc ſunt; אוּבָל *Ducar*, *Job*. 9. *v*. 19. תּוּקַד *Succendetur*, *Levit*. 6. *v*. 9. תּוּרַד *Demittêris*, *Jeſa*. 14. *v*. 15. תּוּשַׁב *Habitaberis*, *Jeſa*. 44. *v*. 26. Item cum Cholem loco Schurek, juxta Kimchiũ & Aben Eſram; תּוֹתַר *Excelles*, *Gen*. 49. 4.

CAPUT XXXV.

De Conjugatione HITHPAHEL.

HANC analogam eſſe, ſuprà diximus. Tria tamen ſpecialem anomaliam habent, primâ radicali י in ו conſonam mobilem, commutatâ; nempe à יָדַע fit הִתְוַדַּע, ſic הִתְוַסֵּף הִתְוַכַּח.

A` יָדַע eſt Infinitivus; בְּהִתְוַדַּע *Cùm cognoſcendum præbuit ſe*, *Gen*. 45. *v*. 1. Futurum: אֶתְוַדָּע *Notum faciam me*, *Numer*. 12. *v*. 6.

2 הוּשַׁבְתֶּם הוּשַׁבְתֶּן

1 הוּשַׁבְנוּ

Particip. Præter.

	P.	S.
M.	מוּשָׁבִים	מוּשָׁב
F.	מוּשָׁבוֹת	מוּשָׁבָה / מוּשֶׁבֶת

Infinitivus.

הוּשַׁב

Imperat. caret.

Futurum.

Sing.

	fœm.	*masc.*
1		אוּשַׁב
2	תּוּשְׁבִי	תּוּשַׁב
3	תּוּשַׁב	יוּשַׁב

Plural.

1		נוּשַׁב
2	תּוּשַׁבְנָה	תּוּשְׁבוּ
3		יוּשְׁבוּ

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הוּשַׁב] Sic; הוּעַד *Testificatum fuit, Exod.* 21. *v.*29. הוּרַד *Descendere factus, Genes.* 39. *v.* 1. Kimchi etiam huc refert unum cum Cholem loco Schurek; הוֹדַע *Notum factum fuerit, Levit.* 4. *v.* 23. ſed id Præteritum Hiphil eſſe poteſt, pro, *Et notum fecerit, Indicaverit,* ſcilicet, *quiſpiam.*

. הוּשַׁבְתֶּם] Extat *Jeſa.* 5. *v.* 8.

Defectivum hîc unum eſt, ex forma activa & paſſiva compoſitum; וְהֻנִּיחָה *Et collocetur, Zach.* 5. *v.* 11. Chirek enim ex forma activa Hiphil eſt.

AD

alii ex Pihel esse volunt, pro יְדַע *Penitùs cognoscit, pernoscit*, quæ significatio loco isti magis convenit.

תּוֹשִׁב] In Pathach loco Tzere propter ר : תּוֹתַר *Reliquum fecit, Ruth.* 2. *v.* 14.

נוֹשִׁב] Cum ה paragogico : נוֹדִיעָה *Notum faciemus,* 1. *Sam.* 14. *v.* 12.

תּוֹשִׁיבוּ] Cum Nun paragogico : תּוֹסִפוּן *Addatis, Hos.* 7. *v.* 12. quod & cum א legitur loco ו : תֹּאסִפוּן *Exod.* 5. *v.* 7. Sic ; תֵּאֲמִינוּ *Dexteram petetis, Jesa.* 30. 21. pro תֵּימִינוּ.

יוֹשִׁיבוּ] ו suppresso ; יֹרִידוּ *Descendere fecerunt*, 2. *Reg.* 11. *v.* 19. Analogum est ; יֵישִׁרוּ *Dirigant, Prov.* 4. *v.* 25. Irregulare ; יְהֵילִילוּ *Ejulabunt*, cum expressa characteristica, Jesa. 52. 5.

Defectiva hîc extant ; יַנִּיחַ *Relinquet, Levit.* 7. 15. תַּצִּתוּ *Succendetis, Jos.* 8. *v.* 8. אַצִּיעָה *Stratum ponam, Psal.* 139. *v.* 8. יַצֵּב *Statuet, Prov.* 15. *v.* 25. Et in Pathach ; וַיַּקַּף *Et cinxit, Thren.* 3. 5. Hinc etiam est juxta quosdam, אַצִּיתֶנָּה *Comburam eam*, pro אַצִּיתֶנָּה ad formam quiescentium secundâ. Simile fuit paulò antè.

CAPUT XXXIV.

De Conjugatione passiva HOPHAL.

Præteritum.

Sing.

	fœmin.	*mascul.*
3	הוּשְׁבָה	הוּשַׁב
2	הוּשַׁבְתְּ	הוּשַׁבְתָּ
1		הוּשַׁבְתִּי

Plural.

3	הוּשְׁבוּ

Terminatio Tzere hic etiam promiſcua eſt: וָאוֹלֵךְ *Et eduxi, Levit* 26. v. 13. תּוֹרֵד *Deſcendere fines*, 1. *Reg*. 2. v. 26. Hinc ultima pro more corripitur in Sægol, ſi vox fiat Milhel: ut, וַתּוֹשֶׁב *Et collocaſti*, 2. *Reg*. 17. v. 26.

אוֹשִׁיב] Ex altera forma; אֵיטִיב *Benefaciam*, *Gen*. 32. v. 12. Et aliter; אֵילִיל *Ejulabo*, *Jer*. 48. v. 31. vide & mox in tertia perſona. Cum ה paragogico; אוֹדִיעָה *Notum faciam, Jeſ*. 5. v. 5. Sic ׳ formativo ejecto; אֵימְנָה *Dexteram petam, Geneſ*. 13. v. 9. Analogum eſt; אַיסִירֵם *Caſtigabo eos*, *Hoſ*. 7. v. 12. atque hinc forma anomala orta eſt, cùm non ſit conveniens pronunciationi, literam ׳ ſubjecto Scheva, inſtar reliquarum literarum, ſyllabam claudere. Similem formam vide mox in plurali.

תּוֹשִׁיב] Ex tertia ח: תּוֹכִיחַ *Corripito, Levit*. 19. v. 17. Unde & per craſin; תּוֹכַח *Prov*. 9. 8. Sic tamen etiam eſt; תּוֹסַף *Addas, Job*. 40. v. 27. & aliud in fine hujus Temporis: unde contractè תּוֹסְףְ *Prov*. 30. v. 6. Ex altera forma; תֵּטִיב *Benefeceris, Pſal*. 49. v. 19. In Tzere; תּוֹחֵל *Expectabis*, 1. *Sam*. 10. v. 8.

תּוֹשִׁיבִי] Præter morem reperitur bis cum accentu in ultima; תּוֹסִיפִי *Perges, Jeſa*. 47. v. 1. 5. id quod Maſorethæ ſpeciatim annotarunt. Ex altera formâ; תֵּיטִבִי *Bonam facis, Jerem*. 2. v. 33. & altero ׳ in Scheva commutato accelerandæ pronunciationis causâ; הֲתֵיטְבִי *Num bona eris? Nah*. 3. v. 8.

יוֹשִׁיב] Per craſin; יוֹכַח *Arguat, Hoſ*. 4. v. 4. In Tzere: וַיּוֹשֶׁב *Et ſedere fecit, Geneſ*. 47. v. 11. Ex altera forma: יֵיטִיב *Benefaciet, Sophon*. 1. v. 12. & defectè, יֵיטַב 1. *Sam*. 20. v. 13. & in Tzere, יֵיטֵב 1. *Reg*. 1. v. 47. & primâ radicali mobili, יְיֵטִיב *Job*. 24. v. 21. quod Kimchi factum exiſtimat ex integra forma יְהֵיטִיב, ה extrito. Tale quoq; a quibusdam eſſe putatur, יְיֵדַע *Notum faciet, Pſal*. 138. 6. alii

alii ex Pihel esse volunt, pro יְדַע *Penitùs cognoscit, pernoscit*, quæ significatio loco isti magis convenit.

תּוֹשִׁב] In Pathach loco Tzere propter ר: תּוֹתַר *Reliquum fecit, Ruth. 2. v. 14.*

נוֹשִׁב] Cum ה paragogico: נוֹדִיעָה *Notum faciemus, 1. Sam. 14. v. 12.*

תּוֹשִׁיבוּ] Cum Nun paragogico: תּוֹסִפוּן *Addatis, Hos. 7. v. 12.* quod & cum א legitur loco ו: תּאסִפוּן *Exod. 5. v. 7.* Sic; תֵּאָמִינוּ *Dexteram petetis, Jesa. 30. 21.* pro תֵּימִינוּ.

יוֹשִׁיבוּ] ו suppresso; וַיֹּרִידוּ *Descendere fecerunt, 2. Reg. 11. v. 19.* Analogum est; יֵישִׁרוּ *Dirigant, Prov. 4. v. 25.* Irregulare; יְהֵילִילוּ *Ejulabunt*, cum expressa characteristica, Jesa. 52. 5.

Defectiva hîc extant; יַנִּיחַ *Relinquet, Levit. 7. 15.* תַּצִּתוּ *Succendetis, Jos. 8. v. 8.* אַצִּיעָה *Stratum ponam, Psal. 139. v. 8.* יַצֵּב *Statuet, Prov. 15. v. 25.* Et in Pathach; וַיַּקַּף *Et cinxit, Thren. 3. 5.* Hinc etiam est juxta quosdam, אַצִּיתֶנָּה *Comburam eam*, pro אַצִּיתֵנָה ad formam quiescentium secundâ. Simile fuit paulò antè.

CAPUT XXXIV.

De Conjugatione passiva HOPHAL.

Præteritum.

Sing.

	fœmin.	*mascul.*
3	הוּשְׁבָה	הוּשַׁב
2	הוּשַׁבְתְּ	הוּשַׁבְתָּ
1		הוּשַׁבְתִּי

Plural.

3		הוּשְׁבוּ

Terminatio Tzere hic etiam promiscua est: וָאוֹלֵךְ *Et eduxi, Levit. 26. v. 13.* תּוֹרֵד *Descendere sines, 1. Reg. 2. v. 26.* Hinc ultima pro more corripitur in Sægol, si vox fiat Milhel: ut, וַתּוֹשֶׁב *Et collocasti, 2. Reg. 17. v. 26.*

אוֹשִׁיב] Ex altera forma; אֵיטִיב *Benefaciam, Gen. 32. v. 12.* Et aliter; אֵילִיל *Ejulabo, Jer. 48. v. 31.* vide & mox in tertia persona. Cum ה paragogico; אוֹדִיעָה *Notum faciam, Jes. 5. v. 5.* Sic ' formativo ejecto; אֵימְנָה *Dexteram petam, Genes. 13. v. 9.* Analogum est; אַיְסִירֵם *Castigabo eos, Hos. 7. v. 12.* atque hinc forma anomala orta est, cùm non sit conveniens pronunciationi, literam ' subjecto Scheva, instar reliquarum literarum, syllabam claudere. Similem formam vide mox in plurali.

תּוֹשִׁיב] Ex tertia ח: תּוֹכִיחַ *Corripito, Levit. 19. v. 17.* Unde & per crasin; תּוֹכַח *Prov. 9. 8.* Sic tamen etiam est; תּוֹסְףְּ *Addas, Job. 40. v. 27.* & aliud in fine hujus Temporis: unde contractè תּוֹסְףְּ *Prov. 30. v. 6.* Ex altera forma; תֵּטִיב *Benefeceris, Psal. 49. v. 19.* In Tzere; תּוֹחֵל *Exspectabis, 1. Sam. 10. v. 8.*

תּוֹשִׁיבִי] Præter morem reperitur bis cum accentu in ultima; תּוֹסִיפִי *Perges, Jesa. 47. v. 1. 5.* id quod Masorethæ speciatim annotarunt. Ex altera formâ; תֵּיטִבִי *Bonam facis, Jerem. 2. v. 33.* & altero ' in Scheva commutato accelerandæ pronunciationis causâ; הֲתֵיטְבִי *Num bona eris? Nah. 3. v. 8.*

יוֹשִׁיב] Per crasin; יוֹכַח *Arguat, Hos. 4. v. 4.* In Tzere: וַיּוֹשֵׁב *Et sedere fecit, Genes. 47. v. 11.* Ex altera forma: יֵיטִיב *Benefaciet, Sophon. 1. v. 12.* & defectè, יֵיטֵב *1. Sam. 20. v. 13.* & in Tzere, יֵיטֵב *1. Reg. 1. v. 47.* & primâ radicali ' mobili, יְיֵטִיב *Job. 24. v. 21.* quod Kimchi factum existimat ex integra forma יְהֵיטִיב, ה extrito. Tale quoq; à quibusdam esse putatur, יְיֵדַע *Notum faciet, Psal. 138. 6.*

alii

fectis Verbis. Rarum eſt י expreſſum cum Tzete: הוֹלִיד *Pariendo, Jeſa.* 59. 4. הֵיטִיב *Benefacere, Jer.* 10. *v.* 5. י ſuppreſſo; לְהֹשִׁיב *Collocando, Neh.* 13. *v.* 27. Ex altera forma: הֵיטֵב *Benefaciendo, Geneſ.* 32. *v.* 12. Hinc etiam י radicali ſuppreſſo; לְהֵמִין *Dextrare,* 1. *Samuel.* 14. 19. Cum י paragogico; לְהוֹשִׁיבִי *Ad collocandum, Pſal.* 113. *v.* 8.

Defectiva hîc ſunt; הַקֵּף *Circumdando, Joſua* 6. *v.* 3. לְהַנִּיחוֹ *Relinquere eum, Numer.* 32. *v.*15. לְהַצִּיב *Ad aptandum,* 1. *Sam.* 13. *v.* 21.

AD IMPERATIVUM.

הוֹשֵׁב] Cum ה paragogico ſemper eſt cum Chirek: הוֹשִׁיעָה *Serva, Pſal.* 12. *v.* 2. Hinc per craſin: הוֹשַׁע pro הוֹשִׁיעַ *Jerem.* 31. *v.* 7. ſic, הוֹדַע *Significa, Ezech.* 16. 2. Analogum eſt; הַיְשַׁר *Dirige, Pſalm.* 5. 9. quod ſecundum ſcripturam ſive literas, legendum הוֹשַׁר, & juxta vocales הַיְשַׁר juxta formam analogam communem, quomodo Maſorethæ legendum notarunt: Simile vide infrà cap. 46. in Imperativo Hiphil. Ex Terminatione Pathach, הוֹקַר *Pretioſum habe,* Prov. 25. 17.

הוֹשִׁיבִי] Ex altera forma; הֵילִיכִי *Abduc, Exod.* 2. *v.* 9. הֵימִינִי *Dexteram pete, Ezech.* 21. 16.

Defectiva hîc reperiuntur; הַנַּח *Sinito, Hoſ.* 4.17. quod per craſin eſt, ut paulò antè in aliis notatum: Hinc cum ה paragogico; הַנִּיחָה, *Jud.* 16. 26. הַצִּיתוּהָ *Succendite eam,* 2. *Samuel* 14. *v.* 30. הַצִּיבִי *Statue, Jerem.* 31 *v.* 21.

AD FUTURUM.

Characteriſtica Conjugationis ה excluditur, ut in perfectis Verbis. Quandoque tamen expreſſa legitur, quod Chaldaicæ linguæ magis proprium: ut, אֲהוֹדֶנּוּ *Celebrabo eum, Pſal.* 28. *v.* 7. יְהוֹדֶה *Celebrabit, Nehem.* 11. *v.* 17. יְהוֹשִׁיעַ *Servabit, Pſal.* 116. *v.* 6. יְהֵילִילוּ *Ejulabunt, Jeſ.* 52. 5.

Masorethæ. ' quiescente: הֵיטִיב *Benefacit, Gen.* 12. *v.* 16. ' formativo abjecto: וְהֵילִל *Ejulabit, Jer.* 47. *v.* 2. וְהוֹשִׁעַ *Et servabit, Zach.* 12. *v.* 7. הוֹרִיד *Descendere fecit,* 2. *Regum* 16. 17. & sic deinceps in aliis vocibus & Temporibus.

הוֹשַׁבְתִּי] Specialis anomaliæ est; יוֹדַעְתִּי *Notum feci,* 1. *Sam.* 21. 2. *pro* הוֹדַעְתִּי ut notant Kimchi & R. Levi in Commentariis. *Quidam ad peculiarem formam conjugationis hoc referunt, quam appellant* מְרֻבָּע *Quadratam, cujus etiam suprà cap.* 15. *mentionem fecimus: at hæc ab Elia jam explosa est, tum etiam constructio & significatio hujus Verbi planè convenit conjugationi Hiphil.* Duo compositam habent formam; הוֹשְׁבוֹתִי & הֵשִׁיבוֹתִי quæ vide infrà cap. 40. ad Præteritum.

Ex *Defectivis* hîc usitata sunt; הֵנִיחַ *Manere fecit, Jud.* 3. *v.* 1. וְהֵנַחְתִּי *Et collocem, Jud.* 6. *v.* 18. הִצִּיב *Statuit,* 1. *Reg.* 16. *v.* 34. וְהִצִּיגַנִי *Et statuet me, Job.* 17. *v.* 16. הִצִּית *Incendit, Jer.* 11. *v.* 16. הִקִּיף *Circumegit, Job.* 19. *v.* 6. & sic deinceps in reliquis personis.

AD PARTICIPIUM.

מוֹשִׁיב] Contractè ab initio, pro מְהוֹשִׁיב, ut & capite 17. ostensum. Ex altera forma est; מֵיטִיב *Benefaciens,* 1. *Sam.* 16. *v.* 17. Cum ' paragogico, quod & c. 13. observatum; מוֹשִׁיבִי *Faciens sedere, Psal.* 113. 9.

מוֹשִׁיבִים] Analogum est; מֵימִינִים *Dextrantes, dextram petentes,* 1. *Paral.* 12. *v.* 12. Simile vide in Imperativo.

מוֹשִׁיבָה] Et in ת ex altera forma; מֵינֶקֶת *Lactans, Exod.* 2. *v.* 7.

Ex *Defectivis* hîc sunt; מַצִּית *Incendens, Lev.* 20. 47. מַנִּיחַ *Permittens, Eccles.* 5. *v.* 11. מַקִּיפִים *Ambientes,* 1. *Reg.* 7. *v.* 24.

AD INFINITIVUM.

Terminatio Chirek vel Tzere hîc se habet, ut in perfectis

הוֹשַׁבְתְּ	הוֹשַׁבְתָּ	2
	הוֹשַׁבְתִּי	1

Plur.

	הוֹשִׁיבוּ	3
הוֹשַׁבְתֶּן	הוֹשַׁבְתֶּם	2
	הוֹשַׁבְנוּ	1

Particip. præsens.

P.	S.	
מוֹשִׁיבִים	מוֹשִׁיב	M.
מוֹשִׁיבוֹת	מוֹשִׁיבָה / מוֹשֶׁבֶת	F.

Infinititivus.

הוֹשֵׁב vel הוֹשִׁיב

Imperativus.

P.	S.	
הוֹשִׁיבוּ	הוֹשֵׁב	M.
הוֹשֵׁבְנָה	הוֹשִׁיבִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אוֹשִׁיב	1
תּוֹשִׁיבִי	תּוֹשִׁיב	2
תּוֹשִׁיב	יוֹשִׁיב	3

Plural.

	נוֹשִׁיב	1
תּוֹשֵׁבְנָה	תּוֹשִׁיבוּ	2
	יוֹשִׁיבוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆT.

הוֹשִׁיב] י suppresso; הֹרִשׁ *Expulit*, 2. *Paral.* 28. *v.* 3. הַהשִׁב *Qui habitare fecit*, *Esr.* 10. *v.* 14. הֹלִד *Genuit*, 1. *Paral.* 2. *v.* 36. quod undecies sic scribitur, ut observarunt

ſunt: ut, אִוָּרֵשׁ *Inopiâ premar*, *Prov.* 30. *v.* 9. אִוָּשֵׁעַ *Servabor*, *Pſal.* 18. *v.* 4.

יִוָּשֵׁב] In Pathach, ut & aliâs in aliis obſervatum: וַיִּוָּעַץ *Et conſilium iniit*, 1. *Reg.* 12. *verſ.* 6. Analogum eſt; וַיִּיָּחֶל *Et exſpectavit*, *Geneſ.* 8. *v.* 12. cui ſimile vide ad Futurum Niphal, cap. 50.

In *Pihel* & *Pyhal* analoga ſunt, proinde eorum ratio ex doctrina perfectorum Verborum patet.

CAPUT XXXIII.

De Conjugatione HIPHIL *Quieſcentium primâ* י.

ANOMALIA eſt in primâ radicali י commutatâ in ו, quod in Hiphil quieſcit in Cholem, in Hophal in Schurek: ut, הוֹשִׁיב *Habitare fecit, Collocavit*, הוּשַׁב *Collocatus fuit*. ו tamen à Cholem ſæpè abjicitur: id cùm impropriè fiat, à Maſorethis obſervatum eſt, & notatum *Defectivè* eas voces ſcribi. Quædam in forma activa י radicale imutatum retinent, ſed quieſcens in Tzere: ut, הֵיטִיב *Benefecit*, הֵינִיק *Lactavit*: attamen & inde י prius quandoque rejectum eſt. Poſterius י ad formam conjugationis pertinens, ſæpè abjicitur, ut & in perfectis Verbis dictum. Excipiuntur denique hîc ea, quæ primam radicalem י deficientem habent, more defectivorum primâ נ, ut in ſingulis Temporibus annotabitur.

Præteritum Hiphil.

Sing.

	fœm.	*maſc.*
3	הוֹשִׁיבָה	הוֹשִׁיב
2		הוֹשַׁבְתָּ

נוֹשַׁבְנוּ] Sic נוֹשָׁעְנוּ *Servati sumus*, Jerem. 8. 20.

Ex *defectivis* primâ ׳ hîc duo reperiuntur; נִצַּבְתָּ *Sistas te, Exod. 7. 15.* נִצְּתוּ *Succensæ sunt, Neh. 1. v. 3.*

AD PARTICIPIUM.

נוֹשָׁב] Sic; נוֹלָד *Nasciturus est, 1. Reg. 13. 2.*

נוֹשָׁבָה] Et in ת: נוֹשֶׁבֶת *Habitata, Ezech. 26. 17.*

נוֹשָׁבִים] Discrepat; נֵחָמִים *Incalescentes, Jesa. 57. v. 5.* & est ex istorum forma, quæ ׳ retinent quiescens in Tzere, pro נִחָמִים, quæ forma in Hiphil sæpè occurrit. Kimchi in Michlol vult esse ex forma defectivorum, quasi Tzere sit loco ejecti Dagesch ex Gutturali.

Ex *defectivis* unum est; נִצָּב *Consistens, Genes. 24. v. 13.* Plurale; נִצָּבִים *Sistentes se, Genes. 18. v. 2.* Fœmininum in ת: הַנִּצֶּבֶת *Quæ stabat, 1. Sam. 1. 26.*

AD INFINITIVUM.

Prima radicalis hîc accipit Dagesch, ad compensandum defectum literæ characteristicæ conjugationis ׳, ob accedentem formativam Infinitivi literam ה: hinc ו quod antea fuit quiescens, hîc fit consona mobilis: ut, הִוָּשֵׁב pro הִיָּשֵׁב. Sic; בְּהִוָּלֶד *In nascendo, quum nasceretur, Genes. 21. 5.*

AD IMPERATIVUM.

Duo tantùm hîc usitata sunt; הִוָּסְרוּ *Eruditionem percipite, Psal. 2. v. 10* הִוָּשְׁעוּ *Servemini, Jesa. 45. 22.*

AD FUTURUM.

אִוָּשֵׁב] א hîc etiam cum Chirek est, cujus formæ quoque suprà capite 14. ad Futurum Niphal notata sunt:

Particip. præter.

P.	S.	
נוֹשָׁבִים	נוֹשָׁב	M.
נוֹשָׁבוֹת	נוֹשָׁבָה / נוֹשֶׁבֶת	F.

Infinitivus.

הִוָּשֵׁב

Imperativus.

P.	S.	
הִוָּשְׁבוּ	הִוָּשֵׁב	M.
הִוָּשֵׁבְנָה	הִוָּשְׁבִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*masc.*	
	אִוָּשֵׁב	1
תִּוָּשְׁבִי	תִּוָּשֵׁב	2
תִּוָּשֵׁב	יִוָּשֵׁב	3

Plural.

	נִוָּשֵׁב	1
תִּוָּשֵׁבְנָה	תִּוָּשְׁבוּ	2
	יִוָּשְׁבוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆT.

נוֹשַׁבְתִּי] Vau ſuppreſſo; נֹעַדְתִּי *Conveniam, Ex.29.49.*

נוֹשְׁבָה] Huc refert Kimchi in Michlol fol. 10. fœmininum in ת ad formam Chaldaicam; וְנֹכַחַת *Et erudita fuit, cautè egit, Geneſ. 20. v. 16.* vide ſimile infrà cap.36. ad Præteritum Kal.

נוֹשְׁבוּ] Compoſitam formam ex Pyhal habet; נוּלְּדוּ *Editi ſunt, 1. Paral. 3. v. 5.* quaſi ex יֻלְּדוּ & נוֹלְדוּ. Simile fuit ſuprà cap. 16. ad Præteritum. Eſt & aliud mixtæ formæ נִוַּסְּרוּ quod vide infrà in Hithpahel.

נושבו

וַיִּצֹק , יִצֹּק *Et effudit*, Gen. 28. ℣.18. ſine Dages. Sic alibi, וַיִּצְקוּ Et effuderunt, 2. Reg. 4. ℣. 40. *unde & ad Quieſcentium formam*, וַיִּצֶק Et effluxit, 1. Reg. 22. ℣. 35. *quæ omnia ſunt à* יָצַק. *Sic &* יָצַר *utramq, formam imitatur: Futurum*, אֶצּוֹרְךָ Formarem te, Jerem. 1. ℣. 5. *quod ſcribitur plenè cum* ו, *quod tamen in lectione redundat: legitur enim* אֶצָּרְךָ, *quomodo ſcribitur* Jeſa. 49. ℣. 8. *Hoc Verbum etiam Quieſcentium formam imitatur, ut antè in tertia ſingulari maſculina poſitum.* תִּצַּת Exardeſcet, Jeſa. 9. ℣. 18. יִצַּתּוּ Exurentur, Jeſa. 33. ℣. 12. *cum Dageſch euphoniæ causâ.* וְיִסְּרֵנִי Et erudiet me, Jeſa. 8. 11. *quod quidam Præteritum Pihel eſſe volunt: At tunc deberet notari Pathach ſub* ר, *ut requirit forma Præteriti: nam* נִי *Præterito,* נִי *Futuro jungitur, ut videre eſt lib. 2. cap. 17.*

CAPUT XXXII.

De Conjugatione paſſiva NYPHAL.

ANOMALIA hîc eſt in primâ radicali י commutatâ in ו, quod in Præterito & Participio quieſcit in Cholem, in reliquis autem temporibus fit mobile propter inferendum Dageſch. Vau tamen ſub Cholem Quieſcens, non ſemper exprimitur.

Præteritum.

Sing.

	fœmin.	*maſcul.*
3	נוֹשְׁבָה	נוֹשַׁב
2	נוֹשַׁבְתְּ	נוֹשַׁבְתָּ
1		נוֹשַׁבְתִּי

Plural.

3		נוֹשְׁבוּ
2	נוֹשַׁבְתֶּן	נוֹשַׁבְתֶּם
1		נוֹשַׁבְנוּ

Parti-

Defectiva primâ י.

Porrò ex hoc Genere Verborum incipientium à י, *Octo excipiuntur, quæ certis Temporibus & Conjugationibus, formam Defectivorum primâ* נ *imitantur, nempe* יָקַף, יָנַח, יָצַב, יָצַג, יָצַע, יָצַק, יָצַר, יָצַת, *ex quibus peculiare imperfectorum Verborum Genus vulgò constituunt, appellantq́ illa,* Defectiva Pe י. *At cùm major pars Verborum à* י *incipientium, ad Quiescentium genus referantur, hæc verò defectiva pauciora sint, neq́ in singulis conjugationibus aut Temporibus usitata, nos ea tanquam specialia exempla, quæ à Quiescentium genere excipiuntur, singulis locis annotabimus. Ratio autem anomaliæ ipsorum, sive literæ deficientis, ex Defectivorum doctrina patet. Porrò hæc Verba (excepto* יָצַר *) in Præterito Kal usitata non sunt, ac proinde ex conjectura potiùs, quàm rei veritate, prima radicalis in plerisq́ ipsorum statuitur* י, *scribit* Kimchi *in Michlol fol. 93. Conjectura autem desumpta ex uno alteróve derivato, in quo prima radicalis* י *exprimitur: ut cùm legitur* יָצוּעַ *&* יְצִיעַ, *thema etiam positum fuit* יָצַע, *unde in Hiphil defectivorum more fit* הִצִּיעַ. *Sic ex* יָצוּק *&* יְצוּקָה *positum thema est* יָצַק, *unde defectivè dicitur in Futuro* אֶצֹּק, *etsi etiam hoc Verbum Quiescentium formam aliàs imitetur, ut videbitur in sequentibus. Sic & Verbum* יָצַר *sæpiùs Quiescentium formam servat.* יָנַח *potiùs thema ponere voluerunt, quàm* נָנַח, *quòd nullum thema exstet à duplici Nun inchoatum.* יָצַב *positum, quia lingua Chaldaica primam radicalem* י *exprimit. Ad horum analogiam reliqua facta sunt.*

In hac conjugatione reperiuntur, Infinitivus juxta quosdam; בְּצֶקֶת In durescendo, Quum duresceret, Job. 38. ℣. 38. לָצֶקֶת Ad fundendum, Exod. 38. v. 27. *quæ etiam ex Quiescentium forma esse possunt. Imperativus;* צַק Infunde, 2.Reg. 4. ℣. 41. *Futurum,* אֶצֹּק Effundam, Jesa. 44. ℣. 3. cum Dages, ad compensationem literę primę radicalis Jod;

וַיִּצֹק

timâ correptâ propter accentum, triplex occurrit forma: וַיִּיצֶר *Et formavit, Gen. 2. v. 7.* וַיִּצֶר *Et cùm formavisset, v. 19.* וַיֵּצֶר *Et angustia fuit, Genes. 32. v. 7.* Unum est, quod ex analogia mixtam formam habet; יְיֵדָע *Pernoscit, Psal. 138. v. 6.*

תֵּשֵׁב] In Pathach; תֵּרַד *Descendat, Thren. 3. v. 48.* Accentu retracto; תֵּשֶׁב *Jud. 10. 9.*

נֵשֵׁב] Speciale hîc est cum Cholem; נֵאוֹת *Acquiescemus, Gen. 34. v. 15.* Et sic, נֵאֹתָה *Conquiescamus, v. 23.* יֵאוֹתוּ Genes. 34. 22. Cum ה paragogico ex communi forma; נֵרְדָה *Descendamus, Genes. 11. v. 7.*

יֵשְׁבוּ] Discrepat hinc propter gutturalem; וַיֶּחֱמוּ *Et incalescebant, Genes. 30. v. 38.* ubi Aben Esra scribit esse cum Sægol, propter sequentem gutturalem cum Chatephsægol. Ex altera forma cum Pathach est, יִשְׁנוּ *Dormient,* Prov. 4. 16. cum defectu י pro יִישְׁנוּ.

תֵּשַׁבְנָה] Et cum Pathach in penultima; וַתֵּלַדְנָה *Et pepererunt, Ezech. 23. v. 4.* תֵּלַכְנָה *Ibitis, Ruth. 1. v. 11.* Duo sunt, quæ ab initio habent literam י, notam generis masculini; וַיֵּחַמְנָה *Ut incalescerent vel coirent, Gen. 30. v. 38.* וַיִּשַּׁרְנָה *Et recta contenderunt, 1. Samuel. 6. v. 12. Est,* inquit R. Salomon, תֵּיבָה אַנְדְרוֹגִינוֹס *Dictio androgynos,* nempe ob notam utriusque sexus. Masculina autem nota vires masculas & validiores significat. Masorethæ notant: *Tres sunt* מִלִּין אַנְדְרוֹגִינוֹס *Dictiones androgynæ,* una in Lege, una in Hagiographis. Tertiam ex Propheta, vide suprà ad Futurum Kal, cap. 13.

Specialis anomaliæ est Verbum יָכֹל *Potuit,* quod literam י commutat in ו quiescens in Schurek: ut, אוּכַל *Potero,* תוּכַל *Poteris &c.* Ratio quam Santes adducit ex Michlol Kimchi, non est sufficiens, notante id etiam ad Kimchium Eliâ, fol. 125.

Defe-

צוּק בּוֹ *Effunde*, Ezech. 24. 3. Cum ה paragogico: יְרָשָׁה *Poßide*, Deut. 33. 23.

שְׁבוּ] Accentu retracto; לְכוּ *Ite*, *Jos*. 2. 16. & sic in fœminino, לְכִי *Ito*, *Exod*. 2. *v*. 8. Quidam huc referunt עֻצוּ *Consilium inite*, Esa. 8. 11. pro עֲצוּ sicut suprà ad גְּשׁוּ notatum exemplum גשו cum Cholem.

שֵׁבְנָה] Cum Apocopa literæ ה: לֵכְןָ *Abite*, *Ruth*. 1. 11.

AD FUTURUM.

אֵשֵׁב] Prima radicalis ' occultatur in Tzere, ut liquet ex hoc; אֵילְכָה *Incedam*, *Mich*. 1. 8. sic אֵישֵׁב &c. Sæpè etiam exprimitur in Chirek quiescens, & tum desinunt in Pathach ad formam perfectorum: ut, אִישַׁן *Obdormiscam*, *Psalm*. 13. *v*. 4. אִינַק *Sugam*, *Job*. 3. 12. אִיבַשׁ *Arescam*, *Psalm*. 102. *v*. 12. Est & aliâs quandoque Pathach in fine: ut, וָאֵלַךְ *Et ivi*, *Job*. 19. 10. אֵדַע *Sciam*, *Genes*. 15. 8. Cum ה paragogico: וָאֵשְׁבָה *Et sedebam*, *Esr*. 9. *v*. 3. Accentu ad penultimam retracto, Tzere redit: ut, וְאֵשֵׁבָה *Ut habitem*, *Jesa*. 49. 20. Sic & Pathach redit, sed producitur in Kametz: ut, וְאִישָׁנָה *Et dormiam*, *Psal*. 3. 6.

יֵשֵׁב] Accentu ad penultimam rejecto, vel planè ablato, corripitur ultima in Sægol: ut, וַיֵּשֶׁב *Et consedit*, *Genes*. 4. *v*. 16. Est & hîc terminatio Pathach: ut, וְיֵלַךְ *Et abeat*, *Job*. 27. *v*. 21. יֵצַר *Arctabit se*, *Prov*. 4. *v*. 12. יֵקַד *Ardebit*, *Jesa*. 10. *v*. 16. יֵדַע *Sciat*, *Jesa*. 7. *v*. 16. At cùm ab initio est Chirek, tum ultima regulariter est cum Pathach: ' autem prima radicalis & hîc sæpè abjicitur: יִחַם *Incalescebat*, 1. *Reg*. 1. *v*. 1. וַיִּשַׁר *Et rectum fuit*, 1. *Samuel*. 18. *v*. 20. וַיִּטַב *Et bonum visum fuit*, *Jos*. 22. *v*. 20. יִבַשׁ *Arescet*, *Jesa*. 19. *v*. 7. Hinc & cum Dagesch; וַיִּקַץ *Et expergefactus*, 1. *Reg*. 3. *v*. 15. ubi Dagesch est loco Jod. Sic וַיִּצוֹק &c. Sic Kimchi etiam legit Judic. 16. ℣. 20. Psal. 78. ℣. 65. Hinc ultima

etiam analogiam ſervant: ut, יָשׁוֹב *Manendo*, 1. *Sam.* 20. *v.* 5. unde per Aphæreſin שׁוֹב *Jerem.* 42. *v.* 10. quod tamen etiam à שׁוּב eſſe poſſit: יְלֹד *Parere, Job.* 15. 35. בִּיבוֹשׁ *In areſcendo, Jeſa.* 27. *v.* 11. לִיסוֹד *Ad fundandum*, *Jeſa.* 51. 16. ex יָבוֹשׁ, יָסוֹד. Hinc reperitur cum Dageſch ornatus, ut Hebræi loquuntur; לִיסּוֹד *Fundare*, 2. *Paral.* 31. 7. quam formam Rabbini frequentiſſimè imitantur. Duo mixtim ſunt; יְכֹלֶת *Poſſe*, *Num.* 14. *v.* 16. יְבֹשֶׁת *Exſiccari*, *Geneſ.* 8. *v.* 7. ex forma perfecta יְכֹל vel יְכֹל & כֹּלֶת, aut ſunt Nomina verbalia infinitè uſurpata, ut & in aliis contingit. Ex forma imperfecta unum reperitur contractum ſpeciali anomaliâ; לָלַת *Ad pariendum*, 1. *Sam.* 4. *v.* 19. *pro* לָלֶדֶת, à qua interpretatione ſtat Chaldæus paraphraſtes, qui reddit לְמֵילַד eadem ſignificatione. Alienum eſt, quòd quidam poſitum velint pro לְלִלַת Ad ejulandum, (more ſcil. parturientium,) à יָלַל. Contractio ſimilis eſt in אַחַת pro אַחֶדֶת.

AD IMPERATIVUM.

שֵׁב] Quædam in Pathach deſinunt: ut, דַּע *Scito*, *Geneſ.* 20. *v.* 7. הַב *Dato, Proverb.* 30. *v.* 15. צַק *Funde*, 2. *Reg.* 4. *v.* 41. רָשׁ *Poſſide, Deuter.* 2. *v.* 31. cum Kametz propter accentum. Cum ה paragogico ab initio eſt Scheva: לְכָה *Ito*, *Geneſ.* 19. *v.* 23. Hinc ה paragogicum ter abjectum reperitur, quod à Maſorethis obſervatum: ut, לְךָ *Ito*, *Num.* 23. 13. *al.* 17. *Jud.* 19. 13. 2. *Par.* 25. *v.* 17. רְדָה *Deſcende, Gen.* 4. *v.* 59. דְּעָה vide paulò antè ad Infinitum. Accentu autem ad penultimam redeunte, redit Tzere: ut, רֵדָה *Deſcende*, 2. *Reg.* 1. *v.* 11. Pathach verò producitur in Kametz: ut, הָבָה *Da*, 1. *Sam.* 14. 41. quod ſemel præter morem reperitur Milrah, hoc eſt, cum accentu in ultima, Gen. 9. ℣. 21. Quædam analogiam ſervant: ut,

Infinitivus.

שֶׁבֶת

Imperativus.

P.	S.	
שְׁבוּ	שֵׁב	M.
שֵׁבְנָה	שְׁבִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אֵשֵׁב	1
תֵּשְׁבִי	תֵּשֵׁב	2
תֵּשֵׁב	יֵשֵׁב	3

Plural.

	נֵשֵׁב	1
תֵּשֵׁבְנָה	תֵּשְׁבוּ	2
	יֵשְׁבוּ	3

ANNOTAT. AD INFINIT.

שֶׁבֶת] Propter gutturalem duplex Pathach eſt: ut, דַּעַת *Cognoſcere*, *Jerem.* 9. *v.* 6. quæ forma etiam ſuprà fuit in Defectivis primâ radicali: ſed ſignificatis & adhibito Lexico Radices diſtinguendæ ſunt. Reperitur & alia forma anomala: ut, דֵּעָה אֶת־יְהוָה *Cognoſcere DOMINUM*, *Jeſa.* 11. *v.* 9. לְדֵעָה *Ad ſciendum*, *Exod.* 2. *v.* 4. לְלֵדָה *Ad pariendum*, 2. *Reg.* 19. *v.* 3. מֵרְדָה *A deſcendendo*, *Geneſ.* 46. *v.* 3. Sed hæc & alia cum ה aſcititio in fine, uſum Verbi Infiniti habentia, potiùs pura Nomina ſunt, pro Infinitivis uſurpata, quomodo caſum Verbi ſui regunt, ut & ſuprà capite 13. ad Infinitivum dictum eſt. Sic & דֵּעָה *Scire*, *Scientia*, *Cognitio*, *Proverb.* 24. *v.* 14. quod quibusdam Imperativus eſt, & Sægol loco Kametz uſurpatum, cui ſimile ſuprà capite 15. ad Futurum. Sæpè etiam

CAPUT XXXI.

De Verbis Quiescentibus primâ radicali, & primâ ipsorum Conjugatione KAL.

EXPOSITUM *est primum genus anomaliæ in* Defectivis: *sequitur alterum, quod est* Verborum Quiescentium.

Quiescentia Verba sunt, quæ ex una vel altera quatuor quiescentium literarum אהוי constant, ex quibus diversa in conjugando anomalia existit: suntq; *Trium generum*, juxta numerum trium literarum radicalium.

Primum est Verborum, quæ ab א vel י incipiunt, & *Quiescentia Pe Aleph* vel *Jod* vulgò appellantur: ut, אָמַר *Dixit*, יָשַׁב *Habitavit*. At cùm ab א incipientia, nullam generalem in conjugando anomaliam contineant, eorum varietas in specie explicata est capite 13. & sequentibus.

Quiescentia primâ radicali י sunt, quæ י vel abjiciunt, vel in ו commutant. Differunt à Defectivis, (quæ & ipsa literam thematis abjiciunt) quòd ubi Defectiva defectum per Dagesch complent, illic Quiescentia literam abjectam vocali longâ indicant, in quibus literæ quiescentes occultantur & quiescunt. Cæterùm & hîc quædam Tempora, nunc regulariter, nunc irregulariter flectuntur: Præteritum deinde & utrumque Participium in Kal, integræ deniq; conjugationes Pihel & Hithpahel, ad analogiam comunem formantur.

CONJUGATIO KAL.

Præteritum & utrumq; Participium analoga sunt.

Futurum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
	אֶסְתּוֹבֵב	1
תִּסְתּוֹבְבִי	תִּסְתּוֹבֵב	2
&c.	יִסְתּוֹבֵב	3

ANNOTATIONES.

PRÆTERITUM: הִתְרֹצְצוּ *Conquassabant sese, Gen.* 25. *v.* 22. אֶשְׁתּוֹלְלוּ *In prædam dediderunt se, Psal.* 76. *v.* 6. quod est cum transpositione literæ ת, & ה characteristicum in א commutatum est, juxta formam Chaldæis usitatam, ut in illo, אִשְׁתּוֹמַם *Obstupuit, Dan.* 4. *v.* 16. Item, אִתְיָעֲטוּ *Consilium inierunt, Dan.* 6. 17. Simile vide ad Præteritum Hiphil cap. 17. אֶשְׁתּוֹנָן quod Kimchi huc refert, vide ad Futurum.

PARTICIPIUM: מִתְרוֹנֵן *Cantillans, Psalm.* 78. *v.* 65. מִסְתּוֹלֵל *Extollens seipsum, Exod.* 9. 17. Plural. מִתְגֹּדְדִים *Incidentes se, Jerem.* 41. *v.* 5. Fœmin. plur. מִתְנוֹסְסוֹת *Pro vexillis erunt, Zach.* 9. 6.

INFINITIVUS: לְהִתְגּוֹלֵל *Ad volutandum se, Gen.* 43. *v.* 18.

IMPERATIVUS: הִתְקוֹשְׁשׁוּ *Excutite vos, Soph.* 2. *v.* 1.

FUTURUM: וָאֶשְׁתּוֹמֵם *Et obstupui, Jesa.* 63. 5. יִשְׁתּוֹמֵם *Obstupescit, Psal.* 143. *v.* 4. אֶשְׁתּוֹנָן *Acuar, Psal.* 73. *v.*21. ex terminatione Pathach, in quibus litera ת transposita est: וַיִּתְרֹצְצוּ *Et conquassabant se, Gen.* 25. 22. Cum syncopa literæ ת: תִּשּׁוֹמֵם *Desolationem accerses tibi, Eccles.* 7. 17. אֵרוֹמָם *Exaltabor, Jesa.* 33. *v.* 10. *pro* אֶתְרוֹמָם, quod tamen etiam à רום esse possit, ut videre est capite 42.

CAPUT

deficientis, q. יִכְּתַת. Sic in plurali, יֻכַּתּוּ *Conterentur*, Jobi 4. ℣. 20.

CAPUT XXX.

De Conjugatione HITHPAHEL *Defectivorum secundâ.*

Quòd hæc conjugatio communiter analoga sit, initio capitis 24. dictum est. Anomalia autem sequitur formam Pihel, cui simpliciter syllabam הִתְ præponit, nec præterea quicquam ab ea differt. Ideoq; flexio cum ea conferenda est.

Præteritum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
הִסְתּוֹבְבָה	הִסְתּוֹבֵב	3
הִסְתּוֹבַבְתְּ	הִסְתּוֹבַבְתָּ	2
&c.	הִסְתּוֹבַבְתִּי	1
	Vel	
הִתְגּוֹלְלָה	הִתְגּוֹלֵל	3
&c.	הִתְגּוֹלַלְתָּ	2

Participium præsens.

P.	S.	
מִסְתּוֹבְבִים	מִסְתּוֹבֵב	M.
מִסְתּוֹבְבוֹת	מִסְתּוֹבְבָה	F.

Infinitivus.

הִסְתּוֹבֵב

Imperativus.

P.	S.	
הִסְתּוֹבְבוּ	הִסְתּוֹבֵב	M.
הִסְתּוֹבֵבְנָה	הִסְתּוֹבְבִי	F.

Plural.

1 נוסב
2 תוסבו } תוסבינה
3 יוסבו

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הוסבו] Discrepat; המכו *Deprimuntur, Job.*24.24.*pro* הומכו, cui similia vide suprà c.25. ad Futurum Niphal.

AD PARTICIPIUM.

Participium præsens inusitatum est, neque à Kimchio formatur.

מוסב] Ablato accentu Kametz corripitur in Pathach: ut, מוסב *Ambitibus circumdata, Ezech.* 41. 7.

מוסבות] Cum Kibbutz loco Schurek; מסבת *Circumclusi, Exod.* 28. 11.

AD INFINITIVUM.

הוסב] Hinc est; השמה *Desolari ejus, Levit.* 26. 35. ubi Schurek in vocalem brevem Kametzchatuph & Dagesch resolutum est, ut jam antea aliquoties ostensum, & litera ה in fine caret Mappik, quod itidem sæpiùs obvenit. Dagesch autem versu 34. ex eadem voce abest. Inde quoque; בהשמה *In desolari illam,* id est, *dum desolata esset,* 43. per metathesin punctorum, pro בהשמה: quorum notatio omnem regulam egreditur, ac proinde specialis sunt observationis.

AD FUTURUM.

יוסב] Sic יואר *Maledicetur: Numer.*22. 6. יחן *Gratia exhibebitur, Jesa.* 26. *v.* 10. Est & Dagesch euphonicum post Schurek; יוסב *Circumagitur, Jesa.* 28. 27. יושד *Vastabitur, Hos.* 10. *v.* 14. Et sic post Kibbutz; יכת *Contereretur, Jesa.* 24. *v.* 12. ubi Dagesch est compensativum literæ defi-

תְּסַבֶּינָה] Sic; וַתְּחִלֶּינָה *Et cœperunt, Gen.*41.54. Et ſic cum defectu י: תְּצִלֶּנָה *Tinnient,* 1. *Sam.*3.11.

CAPUT XXIX.

De Conjugatione Paſſiva HOPHAL.

CHARACTERISTICÆ ה vocalis propria hîc eſt Schurek, ſed id promiſcuè in Kibbutz euphoniæ causâ convertitur.

Præteritum.

Sing.

	maſc.	*fœm.*
3	הוּסַב	הוּסַבָּה
2	הוּסַבּוֹתָ	הוּסַבּוֹת
1	הוּסַבּוֹתִי	

Plural.

3	הוּסַבּוּ	
2	הוּסַבּוֹתֶם	הוּסַבּוֹתֶן
1	הוּסַבּוֹנוּ	

Partic. præſens.

	S.	P.
M.	מוּסָב	מוּסַבִּים
F.	מוּסַבָּה	מוּסַבּוֹת

Infinitivus.

הוּסֵב

Futurum.

Sing.

	maſcul.	*fœmin.*
1	אוּסַב	
2	תּוּסַב	תּוּסַבִּי
3	יוּסַב	תּוּסַב

יָסֵב] Simile hîc est præcedentibus; וַיַּסֵּב *Et circumduxit, Exod.* 13. *v.* 18. Item, וַיַּתֵּם *Ut absolvat*, 2. *Reg.* 22. *v.* 4. Sic in Chirek præter communem formam: יַשִּׁים *Desolet, Jerem.* 49. *v.* 20. Aben Esra vult esse pro יַאְשִׁים, ab אָשַׁם. Accentu ad penultimam retracto, Tzere corripitur pro more in Sægol: ut, יָסֶךְ לָךְ *Obtegat te, Psal.* 91. 4. Neque hæc trajectio accentus fit tantummodò propter Vau hippuch vel cum Vau hippuch, ut vulgò docent: Vide & Quiescentia secundâ radicali in Futuro Hiphil. Cum Vau; וַיָּגֶל *Et devolvit, Genes.* 29. *v.* 10. & ita hæc eadem forma occurrit, quæ in Quiescentibus secundâ radicali, (de quibus infrà cap. 40.) sed tum significationibus, & adhibito Lexico, Radices discernendæ sunt.

תָּסֵב] Irregulare est; וַתָּרֶץ *Et confregit, Jud.* 9. 53. pro וַתָּרֵץ, scribit hîc Kimchi. Sægol enim, retracto accentu est loco Tzere, ut in præcedenti masculina.

נָסֵב] Cum He paragogico, נָסֹבָּה *Divertamus*, 1. Chron. 13. 3. In Chirek ut antea; וַנַּשִּׁים *Et desolavimus, Num.* 21. *v.* 30. Huc quidam revocant illud cum ה paragogico; וְנָבְלָה *Et confundamus, Gen.* 11. 7. *pro* נָבֹלָּה ut dictum suprà ad Futurum Kal.

יָסֵבּוּ] Cum Dagesch ut anteà, וַיַּסֵּבּוּ *Et circumduxerunt*, 1. Sam. 5. 8. Jud. 18. 23. Discrepat; וַיַּכְּתוּ *Et contriverunt, Deut.* 1. 44. ubi vocalis longa Kametz resoluta in brevem & Dagesch, & Dagesch ex ת sublatum euphoniæ causâ, pro וַיָּכֻתּוּ: simile vide mox ad Præteritum Hophal. Hinc novam Radicem quidam fingunt נָכַת vel יָכַת, quasi prima radicalis deficiat: כָּתַת autem notæ significationis est pro *Conterere, Contundere.* Cum Nun paragogico: יְמִישׁוּן *Palpant, Psal.* 115. *v.* 7. formam habet à Quiescentibus secundâ, sed significationem ex hujus classis Verbo מָשַׁשׁ.

תְּסֻבֶּינָה

rentiam Præteriti. Sic; הָחֵל *Incipiendo*, 1. *Sam*. 3. 12. כַּהֲתֵם *Quum consummabunt*, *Dan*. 8. *v*. 23. Huc juxta Masorethas revocandum; וְלַחְתֵּם quod legendum notatur וּלְהָתֵם *Et consumendo*, *Perficiendo*, *Dan*. 9. *v*. 24. Et in Pathach, ut in præcedentibus Temporibus; לְהָבַר *Ad purgandum*, *Jer*. 4. *v*. 11. לְהָדַק *Comminuendo*, 2. *Paral*. 34. *v*. 7. ubi ה ex speciali anomalia, retinet vocalem Præteriti. Hinc sunt cum Pronominibus; כַּהֲתִמְּךָ, בְּהִלּוֹ quæ vide libro 2. capite 17. ad Infinitivum. Analogam formam habet; הַשְׁמֵם *Desolando*, *Mich*. 6. *v*. 13.

AD IMPERATIVUM.

הָסֵבּוּ] Excidente Dagesch; הָבֵרוּ *Purgate*, *Jer*. 51. *v*. 11. Ex terminatione Pathach, quæ & antea fuit; וְהָשַׁמּוּ *Et stupore corripiamini*, *Job*. 21. *v*. 5. estque intransitivum ut in Participio. Variant exemplaria in hujus vocis orthographia: quædam enim habent שׁ cum Dagesch, & alia sub ה Kametzchatuph, quasi ex forma Hophal. At ea conjugatio Imperativo caret ex communi Grammaticorum consensu. Analogam formam habet; הַרְנִינוּ *Cantate*, *Deuter*. 32. *v*. 43.

AD FUTURUM.

אָסֵב] Sic; אָחֵל *Incipiam*, *Deuter*. 2. *v*. 2. At, אַחֵל *Profanabo*, *Ezech*. 39. *v*. 7. notatur cum Pathach distinguendæ significationis causâ, & sic in reliquis personis, pro diversa significatione, diversa notatio servatur. אָרִיקֵם vide lib. 2. cap. 17. ad Futurum. Analogum est; אַרְנִן *Cantare faciam*, *Job*. 29. *v*. 13.

תָּסֵב] Vocalis longa sub characteristicis literis, & hîc, & in aliis personis, resolvitur quandoque in brevem & Dagesch, ut & ad Futurum Kal suprà observatum est: ut, תַּתֵּם *Integras facis*, *Job*. 22. *v*. 3. תַּמֵּר *Exacerbas*, *Exod*. 23. *v*. 21.

הֵסֵבָּה] Sic; הֵחֵלָּה *Cœpit*, *Jud.* 20. 40. At, הֵעֵזָה *Obfirmavit*, *Prov.* 7. *v.* 13. ſine Dageſch eſt euphoniæ causâ.

הֲסִבּוֹתָ] Sic; הֲשִׁמּוֹתָ *Deſolaſti*, *Job.* 16. 7. At primâ gutturali; הַחִתֹּתָ *Contriviſti*, *Jeſa.* 9. *v.* 4. cum ſimplici Pathach ſub ה ob cauſam jam notatam. הֲפִתִּיתָ vide infrà cap. 23. ad Præteritum.

הֲסִבּוֹרת] Sic; וַהֲדִקּוֹת *Et comminues*, *Mich.* 4. 13.

הֲסִבּוֹתִי] Primâ gutturali; הַחִלֹּתִי *Cœpi*, *Deut.* 2. *v.* 31. Analogiam imitatur; וְהַחִתֹּתִי *Et conſternatos reddam*, *Jerem.* 49. *v.* 37. & ה habet Pathach propter ſequens חְ, quod habere debebat Chatephpathach, quod in ſimplex Scheva reſolutum eſt, euphoniæ causâ, manente interea eadem vocali ſub præcedente, quæ ante Scheva compoſitum eſſe debebat, ut dictum ſuprà capite 4. Tertia autem radicalis ת in ſequenti ת per Dageſch occultata eſt, de qua ratione dictum capite 13.

הֵסַבּוּ] Ex terminatione Pathach; הֵסַבּוּ *Circumduxerunt*, 1. *Sam.* 5. 10. הֵשַׁמּוּ *Deſolaverunt*, *Jer.* 10. 25. הֵתַמּוּ *Abſolverunt*, 2. *Sam.* 20. 18.

AD PARTICIPIUM.

מֵסַב] Quandoque in Pathach, ut in Præterito; מֵצַל *Umbram faciens*, *Ezech.* 31. *v.* 3. מֵסַב *Circumdans*, 1. *Reg.* 6. *v.* 29. quod & Nomen eſſe poteſt. Analogum eſt; מַשְׁמִים *Stupore correptus*, *Ezech.* 3. 15. eſtq; intranſitivum, quomodo & in Imperativo ſumitur, ut illic videre eſt.

מְסִבִּים] Hîc & in aliis duabus vocibus, ſemper in medio eſt Chirek, ad diſcrimen Participii Pihel Quieſcentium tertiâ ה, de quibus capite 52. Hinc eſt; מְסִבַּי *Circumdantium me*, *Pſal.* 140. 10.

AD INFINITIVUM.

הָסֵב] Characteriſtica ה eſt cum Kametz ad differentiam

מְסִבִּים	מֵסֵב	M.
מְסִבּוֹת	מְסִבָּה	F.

Infinitivus.

הָסֵב

Imperativus.

Plur.	*Sing.*	
הָסֵבּוּ	הָסֵב	M.
הֲסִבֶּינָה	הָסֵבִּי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אָסֵב	1
תָּסֵבִּי	תָּסֵב	2
תָּסֵב	יָסֵב	3

Plural.

	נָסֵב	1
תְּסִבֶּינָה }	תָּסֵבּוּ	2
	יָסֵבּוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הָסֵב] Tzere ſub ה manet in tertiis tantùm perſonis, accentu ſcilicet ſuo loco manente: aut in reliquis perſonis tranſit in Chatephpathach, accentu ad aliam ſyllabam tranſeunte, ut ad Niphal quoque notatum eſt. Ante ה tamen vel aliam gutturalem, notatur ה cum ſimplici Pathach, quòd Scheva compoſitum gutturales præcedere non ſoleat, ad vitandam acceleratam pronunciationem, quam gutturalium concurſus ſpernit. Exempla erunt in ſequentibus. Vulgariter etiam in Pathach deſinunt: ut, הֵשַׁח *Depreſſit*, *Jeſa*. 25. *v*. 12. הֵמַר *Amaritudine affecit*, *Job*. 27. 2. הֵדַק *Comminuit*, 2. *Reg*. 23. 15. הֵקַל *Leviùs affecit*, *Jeſ*. 9. 1. הֵתַז *Amputavit*, *Jeſ*. 18. 5.

[הסבה

תְּסוֹבְבִי	תְּסוֹבַב	2
&c.	יְסוֹבַב	3

ANNOTATIONES.

Prima vox Præteriti tantùm terminatione Pathach differt à voce activa, & sic Participium per Kametz à Præterito distinguitur, reliqua omnia comunia sunt.

Præteritum reperitur; עוֹלַל *Factus est*, *Thren.* 1. *v.* 12. רוֹמַם *Exaltatus fuit*, *Psal.* 66.17. Participium præsens inusitatum est. Particip. præter. מְחוֹלָל *Vulneratus est*, *Jesa.* 53. *v.* 5. מְהוֹלָל *Insanus factus*, *Eccles.* 2.2. Plur. מְהוֹלָלַי *Insani mei, vel, Insanientes contra me*, *Psal.* 102. 9. Fœmin. מְגוֹלָלָה *Volutatum*, *Jesa.* 9. *v.* 5. Plur. מְגֹרָרוֹת *Serrati*, *Serrâ dissecti.*

CAPUT XXVIII.

De HIPHIL, *Defectivorum secundâ.*

CHARACTERISTICA litera ה notatur in utraq; forma cum vocali longa, eadem ratione ut antè in Præterito notatum est.

Præteritum Hiphil.

Sing.

fœm.	*masc.*	
הֵסֵבָּה	הֵסֵב	3
הֲסִבּוֹת	הֲסִבּוֹתָ	2
	הֲסִבּוֹתִי	1

Plural.

	הֵסֵבּוּ	3
הֲסִבּוֹתֶן	הֲסִבּוֹתֶם	2
	הֲסִבּוֹנוּ	1

Partic. præsens.

Plur. Sing.

AD INFINITIVUM.

Talia sunt; עֹלֵל *Racemando*, *Jerem.* 6. *v.* 9. לְקֹשֵׁשׁ *Ad conquirendum*, *Exod.* 5. *v.* 12.

AD IMPERATIVUM.

סוֹבֵב] Simile; עוֹלֵל *Fac*, *Thren.* 1. *v.* 22.

AD FUTURUM.

Hinc sunt; תְּעוֹלֵל *Racemabis*, *Levit.* 19. *v.* 10. יְעוֹלְלוּ *Racemabunt*, *Jerem.* 6. *v.* 9. וַיְרֹצְצוּ *Et conquassaverant*, *Judic.* 10. *v.* 8.

CAPUT XXVII.

De Conjugatione passiva PYHAL.

Præteritum.

Sing.

	masful.	*fœmin.*
3	סוֹבַב	סוֹבְבָה
2	סוֹבַבְתָּ	&c.

Particip. præsens.

סֹבָב &c.

Particip. Præter.

	S.	P.
M.	מְסוֹבָב	מְסוֹבָבִים
F.	מְסוֹבָבָה	מְסוֹבָבוֹת

Infinitivus.

סוֹבַב

Futurum.

Sing.

	masc.	*fœm.*
1	אֲסוֹבַב	

2 תסובב

Plur.

&c.	סוֹבְבוּ

Particip. Præsens.

Plur.	Sing.	
מְסוֹבְבִים	מְסוֹבֵב	M.
מְסוֹבְבוֹת	מְסוֹבְבָה	F.
	מְסוֹבֶבֶת	

Infinitivus.

סוֹבֵב

Imperativus.

P.	S.	
סוֹבְבוּ	סוֹבֵב	M.
סוֹבֵבְנָה	סוֹבְבִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אֲסוֹבֵב	1
תְּסוֹבְבִי	תְּסוֹבֵב	2
&c.	יְסוֹבֵב	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

Huc pertinent; עוֹלַלְתָּ *Fecisti, Thren.* 1. *v.* 22. וְעוֹלַלְתִּי *Et confeci, Job.* 16. *v.* 15. וְדוֹמַמְתִּי *Et sedavi, Psal.* 131. *v.* 2. עוֹלְלָה *Conficit, Thren.* 3. *v.* 51.

AD PARTICIPIUM.

Huc pertinent; מְקֹשֵׁשׁ *Conquirens, Num.* 15. *v.* 32. מְעוֹנֵן *Ex nubibus conjectans, Deuter.* 18. *v.* 10. מְחוֹנֵן *Gratiam faciens, Prov.* 14. *v.* 21. מְעוֹלֵל *Conficit, Jesa.* 3. *v.* 12. מְחוֹקֵק *Legem ferens, Deut.* 33. *v.* 21. מְחֹקְקִים *Legislatores, Jud.* 5. *v.* 14. Fœmininum in ת, מְקֹשֶׁשֶׁת *Colligens,* 1. *Reg.* 17. *v.* 12. Plurale, מְתֹפְפוֹת *Tympanizantes, tympana pulsantes, Nah.* 2. *v.* 7.

AD

turum Hiphil. Unum etiam analogiam imitatur, per commutationem mediæ radicalis, euphoniæ causâ; יִמָּאֲסוּ *Liquefiant Psal.* 58. *v.* 8. *pro* יִמַּסּוּ. vide paulò antè tertiam singularem.

תְּסַבֶּינָה] Epenthesis י ex forma activa tolerari potest, vel sit תְּסַבֶּנָה. Discrepat; תְּצִלֶּנָה *Tinnient*, 2. *Reg.* 21. *v.* 12. Dagesch ex ל accelerandæ pronunciationis causâ sublato.

CAPUT XXVI.

De Conjugatione PIHEL *Defectivorum secundâ.*

HAs communiter analogas esse, in principio capitis præcedentis dictum est. Frequenter tamen etiam ab analogia recedunt, idque *duplici* modo: *primò* quando prima litera thematis loco Dagesch geminatur, secundæ radicali postposita: ut, גִּלְגֵּל, à גָּלַל: sic טִלְטֵל, à טָלַל, & similia. Horum verò conjugandi ratio cùm analogiæ maximè conveniat, ibi explicata est, & pleraque hujus generis adducta illic reperiuntur. *Secundò* cùm Dagesch secundæ radicali imponendum, convertitur in Cholem, ad vitandam κακοφωνίαν trium similium literarum: ut, סוֹבֵב pro סִבֵּב. Præter Cholem flexio reliqua perficitur ad formam analogã.

Præteritum Pihel.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
סוֹבְבָה	סוֹבֵב	3
סוֹבַבְתְּ	סוֹבַבְתָּ	2
	סוֹבַבְתִּי	1

Plur.

תִּסֹּב] Ex terminatione Cholem, תָּרוֹץ *Conquassêris*, Ezech. 29. 7.

תִּסֹּבִּי] Ex terminatione Cholem est; תִּרֹפִּי. *Exscinderis*, *Jer.* 48. *v.* 2.

יִסֹּב] Ex Cholem וַיִּתֹּם *Et absumpta fuit*, *Gen.* 47. 15. יִשֹּׁם *Obstupescat*, 1. *Reg.* 9. 8. יִדֹּם *Silebit*, *Amos* 5. *v.* 13. sed hæc ex Kal esse possunt, vide illic. Dagesch excidente יֵרַךְ *Mollescat*, *Deuter.* 20. *v.* 3. Hanc formam imitatur euphoniæ causâ; יֵמַר *Amarescet*, *Jesa.* 24. *v.* 9. pro יָמֹר. Unum analogiam imitatur, sed mediâ radicali in א commutatâ; יִמָּאֵס *Liquefit*, *Job.* 7. *v.* 15. pro יִמַּס, cui simile vide suprà cap. præced. in tertia plurali præteriti.

תִּסֵּב] In Tzere, ut in Infinitivo; תֵּחֵל *Prophanaverit se*, *Levit.* 21. *v.* 9. Alii faciunt ex eo Futurum Aphel, pro תָּחֵל. In Kibbutz loco Cholem; תִּתֻּם *Consumatur*, *Ezech.* 24. *v.* 11.

נִסֹּב] Cum ה paragogico; וְנִדְּמָה *Et sileamus*, *Jerem.* 8. *v.* 14. ubi Pathach in Scheva mutatum, & Dagesch sublatum, allevandæ pronunciationis causâ, qualia & antea fuerunt in Præterito.

יִסֹּבוּ] Dagesch vel alterutro vel utroque excidente; וַיֵּרֹמּוּ *Et extulerunt se*, *Ezech.* 10. *v.* 15. quod quidam ad Hithpahel referunt, pro יִתְרֹמּוּ, ut & de simili dictum paulò antè ad Imperativum: יֵקַלּוּ *Leves fient*, 1. Sam. 2. 30. cum Tzere ut antè ad pers. 1. יָשֹׁחוּ *Deprimentur*, *Ecclef.* 12. 4. יֵחָרוּ *Adurentur*, *Ezech.* 24. *v.* 10. Tollitur & Dagesch levandæ vocis causâ: וַיִּתְּמוּ *Et absoluti sunt*, *Deut.* 34. *v.* 8. *pro* יִתַּמּוּ: vel pro יִתְמְמוּ literâ deficiente per Dagesch compensatâ. Sic וַיִּקְּדוּ, pro וַיִּקְדְדוּ Hinc in pausa cum ֵ loco Scheva: יִתָּמוּ Ps. 102. ℣. ult. Idem fuit in præcedenti persona: vide etiam cap. 21. ad Futurum

נִסַבָּה] Cum Chirek in medio est; נִסִבָּה *Causatum*, 1. *Paral.* 10. *v.* 15. quod quidam ex terminatione Tzere deducunt: וְנָשַׁמָּה *Et desolata erit*, *Ezech.* 32. *v.* 15.

נְסַבּוֹת] Sic; נְשַׁמּוֹת *Desolatæ*, *Jesa.* 54. *v.* 3.

AD INFINITIVUM.

הִסּוֹב] Et in Tzere; הִמֵּס *Liquescendo*, 2. *Sam.* 19. 10. Hinc primâ gutturali; הֵחַל *Prophanari*, *Ezech.* 20. *v.* 9. quod etiam ex terminatione Pathach usurpatum legitur; unde, לְהֵחַלּוֹ *Ad polluendum se*, *Levit.* 21. *v.* 4. Nam hæc terminatio in sequentibus Temporibus primaria est.

AD IMPERATIVUM.

הִסַּבּוּ] Sic Dagesch compensato; הִבָּרוּ *Purgate vos*, *Jesa.* 52. *v.* 11. quod est ex terminatione Pathach: Sic possit esse, הִזַּכּוּ *Purificate vos*, Jesa. 1. 16. à זָכַךְ. Sed malunt referre ad זָכָה. Vide cap. 55. ad Imperativum: at ex Cholem; הֵרֹמּוּ *Tollite vos*, *Numer.* 16. *v.* 45. quod quidam ad Hithpahel referunt per syncopam literę ת characteristicæ.

AD FUTURUM.

אֶסַּב] Et cum Chirek sub א: quæ forma & suprà cap. 14. ad Futurum Niphal notata; אִכַּף *Incurvabo me*, *Mich.* 6. *v.* 6. Si Dagesch ex prima gutturali excidat, formativæ Futuri ferè habent Tzere: ut, וָאֵחַל *Et prophanor*, *Ezech.* 22. *v.* 26. Sic cum ה paragogico; אֵחַתָּה *Terrear*, *Jer.* 17. *v.* 18. Hanc formam imitatur præter necessitatem: וָאֵקַל *Et levis habebor*, *Genes.* 16. *v.* 5. sic, אֵיתָם *Integer ero*, *Psal.* 19. *v.* 14. quod cum epenthesi vel redundante ' scribitur. Ex terminatione Cholem, אֵתּוֹם Jobi 31. 34.

Psalm. 18. *v.* 35. Item; וַנְּבָלָה *Et confusa sit vel confundatur, Genes.* 11. *v.* 7. quod & antè in Futuro Kal notatum est.

נְסַבּוֹת] Mixtam hîc formam habent; נֵחַנְתְּ *Grata vel gratiosa eris, Jer.* 22. *v.* 23. נִחַלְתְּ *Profana effecta es, Ezech.* 22. *v.* 16. Dagesch utrobique abjectum est, & duplex Scheva ex Perfectorum forma assumptum, quasi נֶחֱנַנְתְּ & נִחֲלַלְתְּ.

נְסַבּוֹתִי] Sic; נְקַלֹּתִי *Vilior fiam,* 2. *Sam.* 6. *v.* 22.

נָסַבּוּ] Dagesch excidente; וְנִחַלּוּ *Et polluantur, Ezech.* 7. *v.* 24. At; נִחָרוּ *Exardescunt, Psal.* 102. *v.* 4. habet Kametz loco Dagesch ejecti. Ex terminatione Cholem sunt; וְנָגֹלּוּ *Et convolventur, Jesa.* 34. *v.* 4. נָגֹזּוּ *Tonsi fuerunt, Nah.* 1. *v.* 12. וְנָקֹטּוּ *Et succidentur, Ezech.* 6. *v.* 9. juxta Kimchium in Commentariis, etsi quædam exemplaria non habeant Dagesch, & sic est à קוט.

נְסַבּוֹנוּ] Discrepat; נְשַׁדֻּנוּ *Vastati sumus, Mich.* 2. *v.* 4. ubi Kibbutz est loco Schurek, ut inquit Kimchi in Michlol folio 178. Schurek autem loco Cholem. Quidam volunt נו esse Pronomen, quasi idem quod נָשַׁדּוּ מִמֶּנּוּ *Vastati sunt à nobis.* At hoc alienius est.

AD PARTICIPIUM.

נָסָב] Et in Tzere; וְנָמֵס *Et liquescens,* 1. *Sam.* 15. *v.* 9.

נְסַבִּים] Kametz sub נ in Scheva mutatum est ob accentum aliò translatum. Est & נ cum Tzere præter normam; נֵאָרִים *Maledicti, Mal.* 3. *v.* 9. ubi & excidens Dagesch compensatur per vocalem longam: Tzere autem dilatandæ pronunciationis causâ, ob sequentem gutturalem, abjectum est. Quidam etiam à נָאַר deducunt, & sic Tzere esset compensativum primæ radicalis. Huic simile; הַנֵּחָמִים *Qui incalescunt, Jesa.* 57. *v.* 5. quod à יָחַם deducunt.

נסבה

F	נָסַבָּה	נְסַבּוֹרת

Infinitivus.

הִסּוֹב

Imperativus.

	S.	*P.*
M.	הִסַּב	הִסַּבּוּ
F.	הִסַּבִּי	הִסַּבֶּינָה

Futurum.

Sing.

	masc.	*fœm.*
1	אֶסַּב	
2	תִּסַּב	תִּסַּבִּי
3	יִסַּב	תִּסַּב

Plural.

1	נִסַּב	
2	תִּסַּבּוּ	תִּסַּבֶּינָה
3	יִסַּבּוּ	

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

נָסַב] Ante ח characteristica נ retinet Chirek: ut, נִחַר *Exsiccatur, Psal.* 69. *v.* 8. נִחַת *Contritus fuit, Mal.*2. *v.*5. נִחַל *Prophanatus fuit, Ezech.* 25. *v.* 3. quasi נִחְרַר, נִחְתַּת, נִחְלַל. A חָרַר tamen etiam legitur נָחַר, Jer. 6. 29. Sunt quoque hîc terminationes Tzere & Cholem, sed rariores: Ex Tzere; וְנָמֵס *Et liquescet*, *Ezech.* 21. *v.* 7. נָקֵל *Leve est, Jesa.* 49. *v.* 6.

נָסַבָּה·] Sic; נָשַׁמָּה *Desolatur, Ezech.* 25. *v.* 3. Ex terminatione Tzere; נָסֵבָּה *Convertit se*, *Ezech.* 26. 2. Hinc Tzere mutatur in Scheva & Dagesch tollitur, allevandæ vocis causâ: ut, וְנָבְקָה *Et exhaurietur*, *Jesa.* 19. *v.* 13. וְנָסְבָה *Et ambiebatur*, *Ezech.* 41. *v.* 7. וְנִחַתָּה *Et confractus est*,

תְּסֻבֶּינָה] Extat hæc vox Gen. 37. ℣. 7. Cholem mutatur ob accentus ſedem mutatam. At, תְּצִלֶּינָה *Tinnient*, 1. *Sam.* 3. *v.* 11. habet Chirek ſub Tzade, quaſi ex terminatione Pathach deductum. Aliter; תִּצַּלְנָה, *Tinnient*, *Jerem.* 19. *v.* 3. quaſi à נָצַל factum, cujus generis Verba ſic in Futuro Kal flectuntur, ut videre eſt c. 20.

CAPUT XXV.

De Conjugatione paſſiva Niphal.

Characteristica conjugationis נ cum Chirek hoc loco notari non poteſt, cum neque Scheva quieſcens, ut in Perfectis Verbis, neq; Dageſch, ut in Defectivis primâ, ſequi poſſit: unde ſuſcipit Kametz, quod in tertiis tantùm perſonis manet, manente ſcilicet ſuo loco accentu; at in reliquis tranſit in Scheva, accentu ad aliam ſyllabam tranſeunte. Significatione verò forma paſſiva נָסַב à forma Kal Defectivorum primâ נָגַשׁ diſtinguitur.

Præteritum.

Sing.

fœmin.	*maſcul.*	
נָסַבָּה	נָסַב	3
נְסַבּוֹת	נְסַבּוֹתָ	2
	נְסַבּוֹתִי	1

Plur.

	נָסַבּוּ	3
נְסַבּוֹתֶן	נְסַבּוֹתֶם	2
	נְסַבּוֹנוּ	1

Particip. Præſens.

P.	S.	
נְסַבִּים	נָסָב	M.
	נסבת	F.

raró in brevem & Dagesch resolvitur, quod Chaldæis proprium: ut, אָקֹּב *Maledicam*, *Num.* 23. 8. וָאֶכֹּות *Et contrivi*, *Deut.* 9. *v.* 21. Dagesch volunt compensativum esse literæ sequentis deficientis, pro אֶקְבּוֹב אֶכְתּוֹת.

יָסֹוב] At, יִשֹּׁם *Obstupescet*, 1. *Reg.* 9. *v.* 8. יָגֹר *Ruminabit*, *Levit.* 11. *v.* 7. וַיִּדֹּום *Et conticuit*, Levit. 10. 3. Jes. 10. ℣. 13. cum vocali brevi ab initio, ut antea in prima persona. De postremo admodum variæ sunt Grammaticorum sententiæ. Specialis observationis est ex terminatione Pathach, quod per accentum in Kametz commutatum est. Accentu ad penultimam retracto, Cholem corripitur in Kametzchatuph: ut, וַיָּסָב *Et circumivit*, *Judic.* 11. *v.* 18. וַיָּחָם *Ut calefiat*, *Jesa.* 44. *v.* 15. Quædam habent Schurek, quæ forma & antea ad Imperativum & Infinitivum observata: ut, יָשׁוּד *Vastabit*, *Psal.* 91. *vers.* 6. יָרֻן *Cantabit*, *Prov.* 29. *v.* 6. יָרוּץ *Quassabit*, *Jesa.* 42. *v.* 4. Hinc ex euphoniæ causâ Kibbutz: ut, וַיָּרֻם *Et vermificavit*, *Exod.* 16. 20. Analogum hîc est; יָחֻנַּן *Gratiam faciet*, *Amos* 5. *v.* 15. יָחֹנְךָ vide lib. 2. cap. 17. ad Futurum.

תָּסֹוב] Cum Kibbutz in fine loco Schurek, ut antea: וְתָרֻץ *Et conteratur*, *Eccles.* 12. *v.* 6. Cum ה paragogico præter morem: תָּרֹנָּה *Clamitet*, *Prov.* 1. *v.* 20. Simile vide infrà cap. 36. ad Futurum.

נָסֹוב] Cum ה paragogico; נָבֹזָּה *Prædemur*, 1. *Sam.* 14. *v.* 36. sine Dagesch, sive lene, ut Masora observavit. Specialis anomaliæ est; וְנָבְלָה *Et confundemus*, *Genes.* 11. *v.* 7. pro נָבֹלָּה juxta superius exemplum cum ה paragogico: Levandæ autem & accelerandæ vocis causâ, ut aliâs sæpè, Cholem est correptum in Scheva, cui similia vide mox ad Præteritum Niphal. Quidam putant esse præteritum fœmininum in Niphal, *Confusa fit*: alii volunt esse primam Futuri Hiphil, pro וְנָבֵלָה.

לִסְבֹּב *Ad circumeundum*, *Num.* 21. *v.* 4. לַחְמָם *Ad calescendum*, *Jesa.* 47. *v.* 14. ubi Kametz est loco Pathach propter pausam.

AD IMPERATIVUM.

סוֹב] Et in Pathach; גַּל *Devolve*, *Psal.* 119. *v.* 22. Ex hac terminatione potest illud esse cum ה paragogico; אָרָה *Maledic*, *Num.* 22. 6. prius enim Kametz est loco Pathach & ejecti Dagesch ex ר. Hanc formam sine necessitate imitatur; קָבָה *Maledicito*, *Num.* 22. 11. *pro* קַבָּה, aut si sunt ex forma Cholem, pro קֳבָה: sed contra Analogiam est, O mutari in A, id est, Cholem vel Kametzchatuph in Kametz longum. Unde & R. Jehuda prius vult esse ex Pihel, pro אָרְרָה, formæ סַפְּרָה: & propter contractionem est Kametz loco Pathach. Hinc quoque est irregulare illud; קָבְנוֹ *Exsecrare illum*, *Num.* 23. 17. *pro* קָבוֹ ut נ sit epentheticum, vel קָבֵנוּ, de quo vide etiam libro 2. cap. 17. ad Infinitivum, cum Schurek ex Quiescentium formâ: עוּזָּה *Corrobora*, *Psal.* 68. 29.

סֹבּוּ] Sic; שֹׁמּוּ *Obstupescite*, *Jer.* 2. 12. Dagesch excidente; אֹרוּ *Maledicite*, *Jud.* 5. 23. Accentu ad ultimam descendente, Cholem corripitur in Kametzchatuph: ut, רָנּוּ *Cantate*, *Jesa.* 44. 23. *Jer.* 31. 7. Sic cum Pronomine: סָלּוּהָ *Elevate eam*, *Jer.* 50. 26.

סֹבִּי] Sic; רֹנִּי *Vociferare*, *Thren.* 2. 19. Accentu ad ultimam descendente, corripitur penultima: רָנִּי *Cane*, *Zach.* 2. *v.* 10. גָּזִּי *Tonde*, *Jer.* 7. *v.* 29.

סְבֶּינָה] Sic formari potest ad analogiam Futuri fœminini pluralis, ubi exemplum occurrit: vel סֹבֶּנָה, ut Kimchi in Michlol ponit. Nullum autem hîc exemplum usitatum legitur.

AD FUTURUM.

אָסוֹב] Vocalis Kametz sub formativis literis, non raro

mutatis: præcedit enim aliud Verbum tertiæ personæ. R. Salomon vult ת esse pro ט, ut sit טָמְנוּ *Absconduunt.* *Sic Thren. 3. v. 22. & Num. 17. 13.*

AD PARTICIPIUM.

Utrumque communiter analogum esse, jam antea diximus. Quæ autem Participii præsentis forma anomala à quibusdam ponitur, ut סַב, & pluraliter סַבִּים aut per Cholem תּוֹם plur. תַּמִּים, ea potius Adjectiva continet.

AD INFINITIVUM.

סוֹב] Ablato accentu, Cholem corripitur in Kametzchatuph: ut, בְּרָן־יַחַד *In cantando simul, Job. 38. v. 7.* Duo cum Pathach reperiuntur, juxta alteram Verborum perfectorum terminationem; לְרַד *Ad sternendum, Jesa. 45. v. 1. contractum ex* לְרְדַּד: Sic; כְּשַׁךְ *Juxta tendere, Jerem. 5. v. 26.* ex qua forma etiam esse possit; לְבָרָם *Ad declarandum eos, Eccles. 3. v. 18.* ex לְבַר, accedente autem Pronomine, Resch debebat notari cum Dagesch, quod inde exclusum, convertit Pathach in Kametz. Quædam cum Schurek sunt, ad formam Quiescentium secundâ radicali: ut, לָבוּר *Ad declarandum, Eccles. 9. v. 1.* לָחוּל *Ad saltandum, Jud. 21. v. 21.* בְּחוּקוֹ vel בְּחֻקוֹ *In statuere ipsum, Proverb. 8. v. 29.* לָעוּת *Ad tempestivè loquendum, Jesa. 50. v. 4.* Sic & aliâs Defectiva secundâ & Quiescentia secundâ, formas confundunt. Specialis quoque anomalia est à Quiescentibus tertiâ radicali ה (de quibus cap. 49.) petita: ut, חַנּוֹת *Gratiam facere, Psal. 77. v. 10.* שַׁמּוֹת *Desolare, Ezech. 36. 3.* quibus quidam annumerant; חַלּוֹתִי *Vulnerare meum, Psal. 77. v. 11.* de quo vide etiam infrà cap. 35. ad Infinit Pihel. Quædam analoga; ut,

סַבּוֹתָה] Cum ה paragogico; סַכֹּתָה *Texisti, Thren.* 3. *v.* 44. Cholem hîc & in prima persona utriusque numeri assumitur propter accentum, quem hæ personæ in penultima postulant. Non enim potuit dici סַבְּתָ: quia sic litera deficiens non compensaretur, & sic etiam confunderetur hoc Genus Verborum cum Quiescentibus secundâ radicali, quorum hæc forma propria. Debuit itaque in penultima esse vocalis, cum qua accentus potuerit consistere, & præcedens Dagesch fortificari.

סַבּוֹת] Scheva sub literâ ת fœminini notâ hîc negligitur, ob præcedentem vocalem longam. Sic in sequentibus conjugationibus, & Verborum Generibus, ubi Vocalis longa aut litera quiescens literam ת præcedit.

סַבּוֹתִי] Dagesch excidente; וְאָרוֹתִי *Et maledicam, Mal.* 2. *v.* 2. שַׁחֹתִי *Incurvavi me, Psal.* 35. *v.* 14.

סַבּוּ] Cum accentu in ultima, sed rarò; וְחַדּוּ *Et acutiores erunt, Habac.* 1. *v.* 8. רַכּוּ *Molliora sunt, Psalm.* 55. *v.* 22. Est & hîc forma Cholem, ut in perfectis; וָרֹבּוּ *Et jaculati sunt, Genes.* 49. *v.* 23. רֹמּוּ *Attollunt se, Job.* 24. *v.* 24. Sæpiùs analogia servatur: ut, וְסָבְבוּ *Et circuibunt, Eccles.* 12. *v.* 5. Hinc ex speciali anomalia est; בָּזְאוּ *Diripiunt, Jesa.* 18. *v.* 2. *pro* בָּזְזוּ, cui simile vide mox in Futuro Niphal. Quidam volunt esse à בָּזָה, ה in א commutato: alii peculiarem Radicem ex eo faciunt.

סַבּוֹתֶם] Cholem servatur ex forma numeri singularis.

סַבּוֹנוּ] Sic; בַּזּוֹנוּ *Prædati sumus, Deuter.* 3. *v.* 7. At; תַּמְנוּ *Conficimur, Psal.* 64. *v.* 7. *pro* תַּמּוֹנוּ Dagesch ejecto accelerandæ pronunciationis causâ. Hebræis potiùs est tertiæ personæ, pro תָּמְמוּ Perficiunt, מ & ר commutatis:

Sing.

fœmin.	mascul.	
סַבָּה	סַב	3
סַבּוֹת	סַבּוֹתָ	2
	סַבּוֹתִי	1

Plural.

	סַבּוּ	3
סַבּוֹתֶן	סַבּוֹתֶם	2
	סַבּוֹנוּ	1

Participium utrumque analogum eſt.

Infinitivus.

סוֹב

Imperativus.

P.	S.	
סוֹבּוּ	סוֹב	M.
סְבֶּינָה	סוֹבִּי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	maſc.	
	אָסוֹב	1
תָּסוֹבִּי	תָּסוֹב	2
תָּסוֹב	יָסוֹב	3

Plural.

	נָסוֹב	1
תְּסַבֶּינָה	תָּסֹבּוּ	2
	יָסֹבּוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

סַבָּה] Quandoque eſt accentus in ultima: ut, וְרַבָּה *Multa ſit, Jeſa.*6. 12. quod Kimchi propter adjectum ו factum exiſtimat. Eſt verò ſæpiùs analoga, ut & reliquæ tertiæ.

CAPUT XXIV.

De Defectivis secundâ radicali, & primâ ipsorum Conjugatione KAL.

ALTERUM genus Defectivorum, est Verborum secundam radicalem geminantium, quæ in monosyllaba contracta, secundam deficientem per Dagesch forte, si vox à fine crescat, compensant. Hæc à forma integra vocantur vulgò *Geminantia* sive *Duplicantia Ajin*, id est, secundam radicalem, cùm secunda & tertia eadem sit: à forma verò contractâ sive defectâ, *Defectiva Ajin:* ut, סָבַב *Circumdedit*, contractè סַב. Contractio hæc neque semper, neque ubique fit: sæpè enim αὐτλόγως & perfectè omninò usurpantur, ut in his; זָמַם *Molitus fuit*, *Deuteron.* 19. *v.* 19. זָמַמְתִּי *Molitus sum, Cogitavi, Zach.* 8. *v.* 14. כָּלְלוּ *Perfecerunt, Ezech.*27.*v.*11. עָשְׁשָׁה *Computruit, Psal.* 6. *v.* 8. חֲנוֹן *Gratiam faciendo, Jesa.* 30. *v.* 19. In Pihel etiam & Hithpahel sæpiùs ad analogiam perfectorum flectuntur: ut, זִקֵּק *Defæcat, Malach.* 3. *v.* 3. מְלַקְקִים *Lambentes, Judic.* 7. *v.* 6. מְזֻקָּק *Defæcatum*, 1. *Paral.* 28. 18. חֻצָּצוּ *Dimidiati sunt*, *Job.* 21. *v.* 21. אֶתְחַנָּן *Deprecabor*, *Job.* 19. *v.* 16. Participium denique utrumque in Kal analogum habent: ut, סֹבֵב *Circumdans*, *Genes.* 2. *v.* 13. סֹבְבִים *Circumstantes*, 2. *Paral.* 4. *v.* 3. אָרוּר *Maledictus, Gen.* 27. *v.* 29. אֲרוּרִים *Maledicti, Jos.* 9. *v.* 23. סְלוּלָה *Elevatum est, Proverb.* 15. *v.* 19. Analogis omissis, anomalia ipsorum talis est.

CONJUGATIO KAL.

Præteritum.

Sing.

Imperat. caret.

Futurum.

Sing.

	fœmin.	*mascul.*
1		אגש
2	תגשי	תגש
3	תגש	יגש

Plur.

1		נגש
2	תגשנה	תגשו
3		יגשו

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הגש] Sic; הגד *Nunciatum est*, 1. *Sam.* 23. *v.* 13.
הגשו] Analogum est; הנתקו *Avulsi sunt*, *Jud.* 20. *v.* 31.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

Illud, teste Eliâ ad Michlol, hîc inusitatum est.

AD PARTIC. PRÆTERITUM.

מגש] Extat Malach. 1. ℣. 11.
מגשים] Sic; מגרים *Effusa*, *Mich.* 1. *v.* 4.

AD INFINITIVUM.

הגש] Sic; הגד *Nunciando*, *Jos.* 9. *v.* 24.

AD FUTURUM.

Hîc sunt; יקם *Vindicabitur*, *Genes.* 4. *v.* 24. יתץ *Destruitor*, *Levit.* 11. *v.* 35. ubi Kametz est extra pausam. ותתש *Et avulsa est*, *Ezech.* 19. *v.* 12. יקח *Sumetur*, *Genes.* 18. *v.* 4. à לקח. Plurale; תתכו *Fundemini*, *Ezech.* 22. *v.* 22.

CAP.

2. *Paral.* 28. 15. Hinc habet formam; וַיַּכְּתוּם *Et contuderunt eos*, *Num.* 14. *v.* 45. *pro* וַיַּכִּיתוּם quasi à נָכַת, Chirek autem in Scheva correptum, accelerandæ pronunciationis causâ. Vide etiam de eo capite 28. ad Futurum Hiphil.

תִּגַּשְׁנָה] Cum Pathach in penultima ob gutturalem; תַּבַּעְנָה *Eructabunt*, *Psal.* 119. *v.* 171.

CAPUT XXIII.

De Conjugatione Passiva HOPHAL.

Pro Kametzchatuph hîc sæpiùs est Kibbutz.

Præteritum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
הֻגְּשָׁה	הֻגַּשׁ	3
הֻגַּשְׁתְּ	הֻגַּשְׁתָּ	2
	הֻגַּשְׁתִּי	1

Plural.

	הֻגְּשׁוּ	3
הֻגַּשְׁתֶּן	הֻגַּשְׁתֶּם	2
	הֻגַּשְׁנוּ	1

Particip. præsens.

P.	S.	
הֻגָּשִׁים	הֻגָּשׁ	M.
הֻגָּשׁוֹת	הֻגֶּשֶׁת	F.

Particip. Præter.

P.	S.	
מֻגָּשִׁים	מֻגָּשׁ	M.
מֻגָּשׁוֹת	מֻגֶּשֶׁת	F.

Infinititivus.

הֻגַּשׁ

Impe-

ad Inf.Hiph.Analoga ſunt: לְהַנְתִּיךְ *Ad fundendum, Ezech.* 22. *v.* 20. לַנְפִּל *Ad efficiendum cadere*, *Num.* 5. 22.

AD IMPERATIVUM.

הַגֵּשׁ] Cum ה paragogico ſemper eſt Chirek: ut, הַגִּישָׁה *Admove, Gen.* 27. 25.

AD FUTURUM.

Promiſcuè hîc etiam terminatio Tzere uſurpatur.

אַגִּישׁ] Cum ה paragogico; אַגִּידָה *Annunciabo, Pſal.* 40. *v.* 6.

תַּגֵּישׁ] In Tzere; תַּפֵּל *Cadere ſinito, Eſth.* 6. 10.

יַגִּישׁ] Tertiâ gutturali ה vel ע: יַבִּיעַ *Eructabit*, *Pſal.* 19. *v.* 3. Sic, יַגִּיהַּ *Lucere faciet*, 2. *Sam.* 22. *v.* 29. Hîc fit craſis; וַיַּגַּע *Et tetigit*, *Jer.* 1. *v.* 9. יַסַּע *Proficiſci facit*, *Pſal.* 78. *v.* 26. וַיַּדַּח *Et impulit*, 2. *Paral.* 21. *v.* 11. quod 2. Reg. 17. *v.* 21. ſcribitur וידא quaſi וַיַּדָּא *Et longè amovit*, א poſito loco ה à נָדָה, ſed Maſorethæ legendum notarunt per ח in fine וַיַּדַּח Et impulit, à נָדַח. In Tzere: יַגֵּיד *Annunciabit*, *Eccleſ.* 10. *v*, 20. וַיַּגֵּד *Et nunciavit*, *Judic.* 14. *v.* 2. Specialis anomaliæ ſunt: וַיָּזֶד *Et coxit, Geneſ.* 25. *v.* 29. *pro* וַיַּזֵּד Dageſch in vocalem longam commutato, & Tzere correpto in Sægol, propter accentum ad penultimam retractum. Simile ipſi; וַיָּשַׂר *Et ſerravit*, hoc eſt, *ſerrâ disſecuit*, 1. *Paral.* 20. 3. Pathach autem eſt loco Sægol ob literam ר.

נַגִּישׁ] Simile hîc præcedentibus; וַנָּבֶל *Et diffluximus, Jeſa.* 64. 5. *pro* וַנַּבֵּל.

תַּגִּישׁוּ] Cum Nun paragogico: תַּגִּישׁוּן *Admovetis, Amos* 6. *v.* 3.

יַגִּישׁוּ] Cum Nun paragogico: יַבִּיעוּן *Eructant*, *Pſal.* 58. 9. Analogum autem eſt; וַיַּנְעִלוּם *Et calcearunt eos,* 2. *Paral.*

מַגִּישָׁה } מַגִּישׁוֹת F.
מַגֶּשֶׁת

Infinitivus.

הַגִּישׁ vel הַגֵּשׁ

Imperativus.

P.	S.	
הַגִּישׁוּ	הַגֵּשׁ	M.
הַגֵּשְׁנָה	הַגִּישִׁי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אַגִּישׁ	1
תַּגִּישִׁי	תַּגִּישׁ	2
תַּגִּישׁ	יַגִּישׁ	3

Plural.

	נַגִּישׁ	1
תַּגֵּשְׁנָה	תַּגִּישׁוּ	2
	יַגִּישׁוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆT.

הִגַּשְׁתִּי] Analogum eſt; הִנְחַלְתִּי *Poſsidendum tradidi, Jerem.* 3. *v.* 18.

AD PARTICIPIUM.

מַגִּישָׁה] In ת: ות מַשֶּׂגֶת *Aſſequatur, Levit.* 14. *v.* 21. מַגֶּדֶת *Illa indicabat, Eſth.* 2. *v.* 20.

AD INFINITIVUM.

הַגִּישׁ] Sic; הַצִּיל *Eruere, Geneſ.* 37. 22. In Tzere, Jod expreſſo; הַבֵּיט *Aſpicere, Pſal.* 142. 5. הַגֵּיד Jerem. 36. ℣. 16. Abſque Jod: הַגֵּד *Nuntiando*, 1. *Sam.* 10. 16. Irregulare eſt: וְהִצִּיל *Et liberare, Jeſa.* 31. 5. Similia vide ſuprà cap. 17. ad Inf.

rum forma dictum. Mediâ gutturali; נִחָם *Pœnitens*, *Joel.* 2. 13.

נִגְּשָׁה] Et in ת: נִתְּכָה *Effusa est*, *Jer* 7. 20. נִדַּחַת *Depulsa*, *Ezech.* 34. 4. נִצַּחַת *Prævincens*, *Jer.* 8. 5.

נִגָּשִׁים] Ex terminatione Cholem; נִמֹּלִים *Circumcisi*, *Gen.* 34. v. 22.

Reliqua tempora analoga sunt: ut, הִנָּגֵשׁ & Futurum, אֶנָּגֵשׁ ut anteà dictum.

Excipitur unum; נִגּוֹף *Cædendo*, *Judic.* 20. v. 39. quod simile est illis, quæ suprà capite 14. ad Infinitivum Niphal notata sunt; vide illic.

CAPUT XXII.

De Conjugatione HIPHIL, *Defectivorum primâ* נ.

ANOMALIA in utraque forma est in prima radicali deficiente, & per Dagesch compensatâ.

Præteritum Hiphil.

Sing.

	fœm.	*masc.*
3	הִגִּישָׁה	הִגִּישׁ
2	הִגַּשְׁתְּ	הִגַּשְׁתָּ
1		הִגַּשְׁתִּי

Plur.

3		הִגִּישׁוּ
2	הִגַּשְׁתֶּן	הִגַּשְׁתֶּם
1		הִגַּשְׁנוּ

Particip. præsens.

	.P.	S.
M.	מַגִּישִׁים	מַגִּישׁ
F.		מַגִּישָׁה

נִגְּשׁוֹת} נִגְּשָׁה F. נִגְּשֶׁת

Infinitiv. Imperativ. & Futurum analoga sunt: ut, הִנָּגֵשׁ & Futurum, אֶנָּגֵשׁ.

ANNOTATIONES AD PRÆT.

נִגַּשׁ] Mediâ gutturali; נִחַם *Consolationem cepit*, 2. *Sam.* 13. *v.* 39. Unum est ex terminatione Cholem, quæ & in Verbis perfectis notata cap. 14. נִמּוֹל *Circumcisus fuit*, *Genes.* 17. *v.* 26. sed ea forma impropria est. Verbum לָקַח hîc analogum est: ut, נִלְקַח *Capta est*, 1. *Sam.* 4. *v.* 22.

נִגַּשְׁתִּי] Analogum est; נִנְעַרְתִּי *Exagitor*, *Psal.* 109. *vers.* 23.

נִגְּשׁוּ] Mediâ gutturali; נִחֲתוּ *Demissæ sunt*, *Psal.* 38. *v.* 3. Ex terminatione Cholem; נִמֹּלוּ *Circumcisi sunt*, *Genes.* 17. *v.* 27. Defectivum hîc etiam est, נִתָּעוּ *Commoluntur*, *Job.* 4. *v.* 10. ab inusitato לָתַע unde Nomen מַלְתָּעוֹת *Molares dentes*, *Psal.* 58. *v.* 7. Atque hoc est alterum exemplum, in quo prima radicalis ל deficit, ex quo tamen Regula fieri non debet. Nam quidam à תָּעָה deducunt, *Oberrant*, *seducuntur*, & Dagesch euphoniæ causâ ascitum ob accentum ad penultimam revocatum, ut paulò antè in יֵחָתוּ, cùm alioquin dici debuisset נִתְעוּ. Alii etiam sunt, qui ex Niphal & Hithpahel compositum volunt, pro נִתְתָּעוּ & inde factâ contractione usitatâ, & accentu ad penultimam retracto נִתָּעוּ. Sic suprà fuit נִתְכַּפֵּר pro נִכַּפֵּר.

נִגְּשָׁה] Analogum; נִלְקְחָה *Capta est*, 1. *Sam.* 4. *v.* 17. ut antea in tertiâ masculina.

AD PARTICIPIUM.

נִגָּשׁ] Desinit à Præterito in Kametz, ut in perfectorum for-

Neque juxta alios ex Hiphil esse potest: tum enim per duplex Sægol formandum fuisset, ad formam יֶפֶר à פָּרַר: item יֶגֶל à גָּלָה quæ forma explicatur infrà capite 53.

יִגְּשׁוּ] Mediâ gutturali; יֵחַתּוּ *Descendunt*, *Job.* 21. 13. in quo & Dagesch euphonicum est, ob accentum ad penultimam revocatum.

תִּגַּשְׁנָה] Cum Apocopa literæ ה: וַתִּגַּשְׁןָ *Et accesserunt*, *Gen.* 33. v. 6.

CAPUT XXI.

De Conjugatione Passiva NIPHAL.

PRÆTERITUM & Participium præsens hîc tantùm anomala sunt, primâ radicali deficiente, & per Dagesch compensatâ.

Præteritum.

Sing.

	fœm.	*masc.*
3	נִגְּשָׁה	נִגַּשׁ
2	נִגַּשְׁתְּ	נִגַּשְׁתָּ
1		נִגַּשְׁתִּי

Plural.

3		נִגְּשׁוּ
2	נִגַּשְׁתֶּן	נִגַּשְׁתֶּם
1		נִגַּשְׁנוּ

Partic. præsens.

	P.	S.
M.	נִגָּשִׁים	נִגָּשׁ

etiam perfectè dicitur לִקְחִי, 1. *Reg.* 17. *v.* 11. Cum Cholem; גְּשִׁי *Accede, Ruth.* 2. *v.* 14. ut antè.

Cæterùm in plerisque Verbis hîc Imperativus inusitatus est, unde cautè formandus & usurpandus. Majori tamen licentiâ hîc Rabbini usi sunt, quàm in Infinitivo: à נָפַל enim dicunt, פּוֹל תַּחְתַּי *Cade, demitte te sub me*: à נָדַר reperitur, דוֹר לִי בְּחַיֵּי רֹאשְׁךָ *Promitte mihi per vitam capitis tui, &c.*

AD FUTURUM.

Hîc prima radicalis deficiens per Dagesch compensatur, accedentibus ab initio literis formativis, per quas Dagesch vim duplicationis accipit: ut, אֶגֹּשׁ pro אֶנְגֹּשׁ.

אֶגַּשׁ] Terminatio Cholem, ut in Perfectis, hîc etiam usitata est, & plurima analogiam sequuntur. Cum ה paragogico; אֶצְּרָה *Custodiam, Psalm.* 119. *v.* 115. A verbo לָקַח & hîc amittitur prima radicalis; אֶקַּח *Accipiam*, תִּקַּח *&c.* A נָתַן venit אֶתֵּן *Dabo*, quod hîc, ut in præcedentibus Temporibus, specialiter desinit in Tzere: & cum ה paragogico; אֶתְּנָה *Dabo, Psalm.* 2. *v.* 8.

תִּגַּשׁ] Ex Cholem; תִּגֹּשׂ *Exiges, Deuter.* 15. *v.* 3. Perfectè; תִּנְחַל *Possidebis, Psal.* 82. *v.* 8. תִּנְדֹּף *Impelles, Psal.* 68. 3.

תִּגְּשׁ] Perfectè; תִּנְחַת *Descendet, Psal.* 38. 3.

יִגַּשׁ] In Cholem; יִבּוֹל *Decidet, Psalm.* 1. *v.* 3. Mediâ gutturali; יֵחַת *Descendet, Jerem.* 21. *v.* 13. Specialis anomalíæ est, יֵשֶׁל *Decutit, Job.* 27. *v.* 8. pro יִשַּׁל, ut legitur *Deuteron.* 28. *v.* 40. Fit autem & aliâs, ut vocalis brevis & Dagesch in vocalem longam coalescant, ut in progressu videbitur. Quidam deducunt per Apocopen à שָׁלָה pro Quiescere fecerit, Sedaverit: sed illud Verbum in Kal transitivam significationem non habet.

Neque

Observanda itaque hîc est Kimchii admonitio, quam habet in Michlol fol. 99. *Infinitivi cum defectu Nun, & superaddito ת, nullus usus esto, nisi quem usus Biblicus approbat.* Non enim à נָפַל licebit dicere פֶּלֶת *Cadere*, neque à נָדַר *Vovit*, דֶּרֶת *Vovere*, & ita de reliquis.

Porrò Unicum Verbum לָקַח hujus generis anomaliam, maximè in hac forma Kal, imitatur, literâ primâ ל deficiente & per Dagesch compensatâ. Infinitivus; קַחַת *Accipere*, *Jerem.* 5. *v.* 3. Unde & קַחַת, 2. *Reg.* 12. *v.* 9. præter morem. Quidam constructioni tribuunt. Sed Infinitivus est, ut demonstrat aliud Verbum Infinitum sequens. Dicitur tamen etiam regulariter; לָקוֹחַ *Accipiendo*, *Deuter.* 31. *v.* 26. Hujus autem Verbi exemplo quidam faciunt Genus *Defectivorum primâ Lamed*, contra omnem rationem, cùm reliqua à ל incipientia sint analoga.

AD IMPERATIVUM.

גַּשׁ] Anomalia explicata est in Infinitivo. Videtur & Terminatio Tzere hîc esse, quæ ablato accentu, corripitur pro more in Sægol: ut, גֶּשׁ־הָלְאָה *Accede huc*, *Genes.* 19.. *v.* 9. At ea terminatio hîc impropria est, propria autem Verborum quiescentium primâ radicali, ut capite 31, videre est. Cum ה paragogico, ab initio est Scheva; גְּשָׁה *Accede*, *Genes.* 27. *v.* 21. A לָקַח hîc dicitur *ἀναλόγως*; לְקַח *Accipe*, *Exod.* 29. *v.* 1. & irregulariter, קַח *Genes.* 22. *v.* 2. At à נָתַן, est תֵּן *Da*, *dato*; & cum He paragogico תְּנָה, *Genes.* 30. *v.* 26.

גְּשׁוּ] Sic; קְחוּ *Accipite*, *Jos.* 4. 2. à לָקַח. Cum Cholem; גֹּשׁוּ *Accedite*, *Jos.* 3. *v.* 9. quæ forma hîc impropria est, magis conveniens Defectivis secundâ radicali.

גְּשִׁי] Sic; קְחִי *Accipe*, 1. *Reg.* 20. *v.* 10. quod tamen

ANNOTATIONES AD INFINIT.

גֶּשֶׁת] Anomalia hîc, & in duobus ſequentibus Temporibus, eſt in prima radicali deficiente: defectus autem ejus neque hîc neque in Imperativo compenſari poteſt, cùm nihil ab initio ad vocem accedat, per quod Dageſch forte ſuam vim accipiat. ת in fine Infinitivi quaſi formativa eſt, ut & in aliis Verborum generibus deinceps videbitur. Hæc verò forma in hoc ſolo Verbo uſitata reperitur, & quidem ſemper cum literis Infinitivi ſervilibus: ut, בְּגֶשֶׁת *In accedendo*, id eſt, *quum accedent, Num.*8. *v.*19. לָגֶשֶׁת *Ad accedendum, Judic.*22. *v.*23. Jungitur etiam cum Pronominibus, quod ex Syntaxi pleniùs cognoſcendum. Tria præterea ſimiliter cum literis ſervilibus cum duplici Pathach ſunt, propter gutturalem: בְּגַעַת *Secundum attingere*, i.e. *Quum attingit, Ezech.*17. *v.*10. לָגַעַת *Attingere*, 2. *Samuel.*14. *v.*10. לָטַעַת *Ad plantandum, Ezech.*17. *v.*10. quæ duo etiam analogam formam habent: לָפַחַת *Ad ſufflandum, Ezech.* 22. *v.*20. Reliqua omnia hujus generis analoga ſunt: neque forma anomala uſurpanda, niſi in iis, quæ in Scriptura uſurpantur.

Verbum tamen נָתַן ſpecialem anomaliam hîc habet, quæ non trahenda ad ullum genus, nempe cùm ad formam ſuperiorem debebat dici, תֶּנֶת, pro eo magis contractè dicitur, תֵּת *Dare*, ut, docet Aben Eſra Exod. 2. Hinc cum Nun paragogico fit, לָתֵתָן *Ad dandum*, 1. *Reg.* 6. *v.* 19. unde rurſus, juxta Maſorethas, cum Nun redundante ſcribitur תֵּתֵן 1. Reg. 17. ℣. 14. Eſt etiam hinc forma paragogica; תְּנָה *Ponere, Pſal.* 8. *v.* 2. At verò etiam *ἀναλόγως* uſurpatur; נָתֹן *Dando, Deut.* 15. *v.* 10.

Obſer-

gò appellantur, & paradigma habent נָגַשׁ *Accessit.* In quibusdam autem Temporibus nunc perfectè sive regulariter, nunc imperfectè sive irregulariter flectuntur. Præteritum etiam & utrumque Participium in Kal, ac tria posteriora Tempora, in forma passiva Niphal, integras denique conjugationes Pihel cum Pyhal, & Hithpahel, analogas habent, quorum omnium ratio ex antecedenti doctrina patet.

Vulgò etiam ponitur genus *Defectivorum Pe Jod*, quæ vide infrà cap. 31.

CONJUGATIO KAL.

Præteritum & utrumq; Participium analoga sunt: ut Præter. נָגַשׁ, Particip. præsens, נוֹגֵשׁ, Partic. præterit. נָגוּשׁ quæ flectuntur ad formam פָּקַד.

Infinitivus.

גֶּשֶׁת

Imperativus.

P.	S.	
גְּשׁוּ	גַּשׁ	M.
גַּשְׁנָה	גְּשִׁי	F.

Futurum.

Sing.

fœm.		*masc.*	
אֶגַּשׁ	vel	אֶגַּשׁ	1
תִּגְּשִׁי		תִּגַּשׁ	2
תִּגַּשׁ		יִגַּשׁ	3

Plural.

	נִגַּשׁ	1
תִּגַּשְׁנָה }	תִּגְּשׁוּ	2
	יִגְּשׁוּ	3

יִתְפַּקְּדוּ] Sine Dageſch ob ſubjectum Scheva; וַיִּתְיַלְדוּ *Natales ſuos profeſſi ſunt*, *Numer*. 1. *v*. 18. Nota, hîc quoque duplex Mæthæg ante Scheva, de quo dictum eſt ſuprà cap. 5. Regulâ 5. Formam ex Pyhal compoſitam habet, ut & ad Præteritum antea notatum eſt: יִתְגָּעֲשׁוּ *Commovebuntur*, *Jer*. 46. *v*. 8. Cum paragogico Nun: יִתְהַלָּכוּן *Obambulabunt*, *Pſal*. 12. *v*. 9. יִשְׁתַּקְשְׁקוּן *Collident ſe*, *Nah*. 2. *v*. 4. ubi & metatheſis eſt literæ ת.

תִּתְפַּקַּדְנָה]. Cum Pathach: תִּתְעַלַּפְנָה *Animo deficient*, Amos 8. 13.

CAPUT XX.

De Verbis Anomalis ſive Imperfectis, & primùm de Defectivis primâ radicali נ, *& prima ipſorum conjugatione* Kal.

EXPEICATA eſt Verbi in conjugando analogia: anomalia ſequitur. Genera ejus *duo* ſunt. Primum *Verborum defectivorum*, alterum, *Quieſcentium*, quæ in univerſum & generaliter *Imperfecta Verba* vulgò nominantur. Utriusque tamen generis Verba neque omnia, neque ſemper, neque ubique, imperfectè flectuntur, ut paſſim patebit.

Defectiva ſunt, in quibus litera aliqua thematis deficit, & deficiens per Dageſch (cùm id forma vocis patitur) compenſatur: ſuntque duorum generum.

Primum eſt Verborum à litera Nun incipientium, quæ primam radicalem in conjugando deficientem per Dageſch forte, ſi vox ab initio creſcat, compenſant. Hinc *Defectiva Pe Nun*, id eſt, primâ radicali נ, vulgò ap-

bibes te, 2.Sam. 22. v.27. pro תִּתְפַּל à Radice תָּפַל quæ per transpoſitionem literarum radicalium idem eſt quod פָּתַל, unde & regulariter pro ea ſcribitur Pſal. 18. ℣.27. תִּתְפַּתָּל. Converſio autem ea literarum etiam in aliis facta, ut, כֶּבֶשׂ & כֶּשֶׂב *Agnus*, שַׂלְמָה & שִׂמְלָה *Veſtimentum*, זַעֲוָה & זְוָעָה *Commotio.*

יִתְפַּקֵּר] Ex terminatione Pathach eſt, ut antè in prima perſona: יִתְנֶחָם *Pœnitebit ipſum, Deut.32.36.* Transpoſitio ת ו ס יִסְתַּבֵּל *Onuſtam vel pinguem faciet ſe, Eccleſ. 12. 5.* יִשְׁתַּמֵּר *Obſervat aſſiduè, Mich. 6. v. 16.* Ex quatuor literis: יִתְמַרְמַר *Exacerbabit ſe, Dan. 8. v. 7.*

תִּתְפַּקֵּר] Specialis & inſignis anomaliæ eſt; וַתֵּתַצַּב *Et ſliterat ſe, Exod. 2. v. 4. pro* תִּתְיַצֵּב, literâ primâ radicali abjectâ præter morem & præter omnem formam. Dageſch in צ eſt ex forma conjugationis, unde abjecti י nulla compenſatio. Ut autem ejus aliquod eſſet indicium, appoſitum eſt Tzere, in quo quaſi occultè quieſcat י, quaſi תִּיתַצַּב per transpoſitionem peregrinam literæ י & ת characteriſticæ: neque enim potuit dici, תִּתְיַצֵּב aut תֵּתַצַּב vocali longâ quieſcentis literæ indice ante Dageſch uſurpatâ, neque Dageſch in Tzade potuit & conjugationis nota eſſe, & ſimul literam י deficientem compenſare. Cum Sægol, & accentu in penultima, propter Vau: וַתִּתְפָּעֶם *Et conſternatus fuit, Dan.2.1.*

נִתְפַּקֵּר] Ex transpoſito & mutato ת eſt; נִצְטַדָּק *Juſtificabimus nos, Geneſ. 44. v. 16.* Vide ſimile cap. 42. ad Præter.

תִּתְפַּקְּדוּ] Hinc eſt ex forma in præcedentibus notata; תִּתְנֶחָלוּ *Poſſeſſiones adibitis, Numer. 33. v. 54.* Aliâs accentu in loco proprio manente; תִּתְנַחֲלוּ *Ezech.47.13. Num. 34. 13.*

Possessorem constituere se, *Numer.* 32. v. 18. לְהִתְנַחֵם *Consolationem admittere*, *Genes.* 37. v. 35. Cum metathesi literæ ת : לְהִשְׁתַּבֵּחַ *Ad laudandum nos*, *Psal.* 106. v. 47. הִסְתַּפֵּחַ *Adjungere se*, 1. *Sam.* 26. v. 19. Compositam formam ex Hophal habet; הֻכַּבֵּס *Lavari*, *Levit.* 13. v. 56. ubi & ת characteristicum in כ contractum est.

AD IMPERATIVUM.

הִתְפַּקֵּר] Quandoque in Pathach, ut in Præterito: ut, הִתְעַנַּג *Oblecta te*, *Psal.* 37. v. 4. הִתְחַזַּק *Robora te*, 1. *Reg.* 20. v. 22. Dagesch excidente; הִתְפָּאֵר *Gloriare*, *Exod.* 8. 9.

הִתְפַּקְּרִי] Dagesch excidente; הִתְנַעֲרִי *Excute teipsam*, *Jesa.* 52. v. 2.

הִתְפַּקְּרוּ] Cum Syncopa literæ ת : הִטַּהֲרוּ *Mundate vos*, *Genes.* 35. v. 2.

AD FUTURUM.

אֶתְפַּקֵּר] Literæ formativæ Futuri, faciunt ה characteristicæ Syncopen, ut in Participio. Est & hîc terminatio Pathach, ut in Imperativo: ut, אֶתְנֶחָם *Consolabor me*, *Psal.* 119. v. 52. cum Sægol in medio, de quo vide, quæ ad primam personam Præteriti notata sunt, Kametz autem est loco Pathach. Dagesch excidente: אֶתְפָּאַר *Gloriaturus sum*, *Jesa.* 49. v. 3. Cum metathesi literæ ת : אֶשְׁתַּמֵּר *Cavebo mihi*, *Ps.* 18. v. 24. Cum ה paragogico; אֶתְהַלְּכָה *Indesinenter ambulabo*, *Psal.* 119. v. 45. אֶשְׁתַּמְּרָה *Observabo me*, 2. *Sam.* 22. v. 24.

תִּתְפַּקֵּר] In Pathach; תִּתְהַדַּר *Decorem arrogabis tibi*, *Proverb.* 25. v. 6. תִּתְחַסָּד *Benignum exhibes te*, 2. *Sam.* 22. 26. Cum Syncopa literæ ת, תִּתַּמָּם *Integrum præbes te*, *Psal.* 18. v. 26. *pro* תִּתְתַּמָּם, & Pathach in fine in Kametz productum, propter accentum. Sic; תִּתַּפָּל *Perversum exhibes*

præcedente perſona: vide alia hujus generis ad Futurum. Ex Verbis *quatuor literarum* hîc reperiuntur; הִתְמַהְמְהוּ *Cunctantur, Jeſa.* 29. *v.* 9. הִתְגַּלְגָּלוּ *Devolvunt ſeſe, Job.* 30. 14. הִשְׁתַּעַשְׁעוּ *Delicias agunt, Jeſa.* 29. 9. quod etiam eſt cum Metatheſi literæ ת.

הִתְפַּקַדְתֶּם] Cum Chirek in penultima, ut in prima ſingulari; וְהִתְקַדִּשְׁתֶּם *Et ſanctificabitis vos, Lev.* 11. 44.

AD PARTICIPIUM.

מִתְפַּקֵּד] Formatio fit à Præterito per Syncopam literæ ה, in cujus locum ſuccedit characteriſtica Participii מ, ut in Hiphil, pro מְהִתְפַּקֵּד. Mediâ gutturali vel ר: מִתְנַחֵם *Conſolans ſe, Geneſ.* 27. *v.* 42. מִתְבָּרֵךְ *Benedictus ſibi, Jeſa.* 65. 16. Cum Syncopa literæ ת: מִטַּהֵר *Mundans ſe, Levit.* 14. *v.* 7. מִדַּבֵּר *Sermocinans, Num.* 7. *v.* 89. *pro* מִתְדַּבֵּר; juxta quam formam analogum eſt, מִתְדַּפְּקִים *Pulſantes, Jud.* 19. *v.* 22. Cum metatheſi literæ ת: מִסְתַּתֵּר *Latitans,* 1. *Sam.* 23. *v.* 19. מִשְׂתַּכֵּר *Mercedem reportans ſibi, Hag.* 1. *v.* 6. Compoſitam formam ex Pyhal habet; מִנֹּאָץ *Irritatur, Jeſa.* 52. *v.* 5. ubi ת per Dageſch in literam נ contractum eſt, & Cholem repræſentat formam Pyhal, ut & Kametz.

מִתְפַּקֶּדֶה] Et in ת: מִתְאַמֶּצֶת *Roborans ſe, Ruth.* 1. 18. מִתְלַקַּחַת *Comprehenſus, Exod.* 9. 24.

Ex verbis quatuor literarum: מִתְמַהְמֵהַּ *Cunctans,* 2. *Sam.* 15. 28. מִתְלַהְלֵהַּ *Inſaniens, Prov.* 26. 28. מִתַּעְתְּעִים *Errantes,* 2. *Paral.* 36. 16. ubi & ת characteriſticum in primum ת radicale contractum eſt.

AD INFINITIVUM.

הִתְפַּקֵּד] Dageſch excidente; לְהִתְפָּאֵר *Ad gloriandum, Jeſa.* 60. *v.* 21. לְהִתְגָּרֵד *Ad ſcabendum, Job.* 2. 8. הִתְנַחֵל

הִתְפַּקְּדָה] Compositam formam ex Hophal habet, הֻדַּשְּׁנָה *Pinguefit, Jesa.* 34. *v.* 6. cum syncopa literæ ת, & Kibbutz ex Hophal ascito, pro הִתְדַּשְּׁנָה, Dagesch autem ex litera Schevata, ut sæpè aliâs, ejectum: Simile vide mox ad Infinitivum, & infrà cap. 32. ad Præteritum.

הִתְפַּקַּדְתִּי] Et cum Chirek in penultima, ut in Kal capite 13. quoque observatum; וְהִתְקַדִּשְׁתִּי *Et sanctum declarabo me; Ezech.* 38. *v.* 23. וְהִתְגַּדִּלְתִּי *Et magnificum ostendam me, ibid.* Cum Syncopa literæ ת: וְהִנֶּחָמְתִּי *Et consolabor me, Ezech.* 5. *v.* 13. pro וְהִתְנַחַמְתִּי: Sægol autem est ob sequentem gutturalem cum Kametz notatam, & dagessandam, quòd Dagesch ejectum debebat, ad sui compensationem, literæ præcedenti similiter subjicere Kametz: at ne sic duo Kametz concurrerent, prius euphoniæ causâ mutatum est in Sægol, Id in Nominibus frequentissimum est, ut docetur libro 2. capite 5. Porrò Kametz in superiori exemplo est loco Pathach, propter accentum, de qua re dicitur libro secundo capite ultimo: vide etiam mox in sequenti voce.

הִתְפַּקְּדוּ] Discrepat hinc; הָתְפָּקְדוּ *Recensiti fuerunt, Numer.* 1. *v.* 47. quod habet ab initio Kametzchatuph ex forma Hophal, quasi voluerit dicere הָפְקְדוּ; at subiit simul mentem forma Hithpahel, הִתְפַּקְּדוּ, unde forma composita enata. Præterea hoc Verbum ex speciali anomalia, per totam hanc conjugationem, habet Kametz sub prima radicali, loco Pathach & sequentis Dagesch. Sic unum est ex Pyhal compositum; וְהִתְגֹּעֲשׁוּ *Et concutiantur, Jerem.* 25. *v.* 16. ubi Cholem propriè formam Pyhal indicat: sic enim illic Dagesch excidens compensari solet. Cum syncopa literæ ת: הִטַּהֲרוּ *Purificaverant se, pro* הִתְטַהֲרוּ *Esræ* 6. *v.* 20. at, וְהִטֶּהָרוּ *Et purificabunt se, Num.* 8. *v.* 7. cum Sægol ante Kametz, ut in præce-

מִתְפַּקְּדוֹת	מִתְפַּקְּדָה / מִתְפַּקֶּדֶת	F.

Infinitivus.

הִתְפַּקֵּד

Imperativus.

P.	S.	
הִתְפַּקְּדוּ	הִתְפַּקֵּד	M.
הִתְפַּקֵּדְנָה	הִתְפַּקְּדִי	F.

Futurum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
	אֶתְפַּקֵּד	1
תִּתְפַּקְּדִי	תִּתְפַּקֵּד	2
תִּתְפַּקֵּד	יִתְפַּקֵּד	3

Plural.

	נִתְפַּקֵּד	1
תִּתְפַּקֵּדְנָה	תִּתְפַּקְּדוּ	2
	יִתְפַּקְּדוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הִתְפַּקֵּד] Ejecto Dageſch; הִתְבָּרֵךְ *Benedicat ſibi, Deut.* 29. *v.* 19. Et in Pathach, ut in Pihel: ut, הִתְחַזַּק *Confirmavit ſe,* 2. *Paral.* 13. *v.* 7. הִתְגַּלַּח *Raſit ſe, Levit.* 13. *v.* 33. אֶתְחַבַּר *Conſociavit ſe,* 2. *Paral.* 20. *v.* 35. *pro* הִתְחַבַּר mutato ה in א ex Chaldaiſmo, ut in illo, אֶתְכְּרִיַּת *Transfixus eſt, Dan.* 7. *v.* 15. Simile vide infrà capite 30. ad Præteritum. Compoſitam formam habet; וְנִכַּפֵּר *Et expiabitur, Deut.* 21. *v.* 8, ex נִכְפַּר in Niphal, & הִתְכַּפֵּר in Hithpahel: litera autem characteriſtica ת in primam radicalem כ per Dageſch contracta eſt. Vide ſimile infrà capite 35. Forma autem hæc ex Niphal & Hithpahel mixta, apud Rabbinos frequens eſt.

הִתְפַּקְּדָה

mutatur in ד, & post צ in ט: ut, הִסְתַּבֵּל *Oneravit se*, הִשְׁתַּבַּח *Laudavit se*: הִצְטַדֵּק *Justificavit se*, הִזְדַּמֵּן *Præparavit se*. Causa est euphonia, facilior ac commodior pronunciatio. Nam cùm ת aspiratum inclinet ad S blæsum, non concurrit cum ulla dictarum literarum affinis pronunciationis. Mutatur autem in ד, tanquam lenioris & mollioris pronunciationis literam, propter antecedens ז, quod inter tria S, est lenissimum. Nam si post ז poneretur ת dagessatum aut tenue, facillimè literæ ז pronunciatio degeneraret in ס: Post צ verò tanquam fortiorem literam, mutatur ת aspiratum in ט similiter fortis soni literam. Unicum Verbum excipitur, in quo ת non transponitur, quod vide ad Imperativum Hithpahel Verborum quiescentium secundâ Vau, cap. 42. Transpositionis literæ ת & ז nullum in lingua Hebræa reperitur exemplum, benè quidem apud Chaldæos, ut est in Grammatica nostra Chaldaica, quam vide.

Præteritum Hithpahel.

Sing.

	mascul.	*fœmin.*
3	הִתְפַּקֵּד	הִתְפַּקְּדָה
2	הִתְפַּקַּדְתָּ	הִתְפַּקַּדְתְּ
1	הִתְפַּקַּדְתִּי	

Plural.

3	הִתְפַּקְּדוּ	
2	הִתְפַּקַּדְתֶּם	הִתְפַּקַּדְתֶּן
1	הִתְפַּקַּדְנוּ	

Particip. præsens.

	Sing.	Plur.
M.	מִתְפַּקֵּד	מִתְפַּקְּדִים
F.	מתפקדה	

ad Inf. Hiph. Analoga sunt: לְהַנְתִּיךְ *Ad fundendum, Ezech.* 22. *v.* 20. לַנְפִּל *Ad efficiendum cadere*, *Num.* 5. 22.

AD IMPERATIVUM.

הַגֵּשׁ] Cum ה paragogico semper est Chirek: ut, הַגִּישָׁה *Admove, Gen.* 27. 25.

AD FUTURUM.

Promiscuè hîc etiam terminatio Tzere usurpatur.

אַגִּישׁ] Cum ה paragogico; אַגִּידָה *Annunciabo, Psal.* 40. *v.* 6.

תַּגִּישׁ] In Tzere; תַּפֵּל *Cadere sinito, Esth.* 6. 10.

יַגִּישׁ] Tertiâ gutturali ה vel ע: יַבִּיעַ *Eructabit, Psal.* 19. *v.* 3. Sic, יַגִּיהַּ *Lucere faciet, 2. Sam.* 22. *v.* 29. Hinc fit crasis; וַיַּגַּע *Et tetigit, Jer.* 1. *v.* 9. יַסַּע *Proficisci facit, Psal.* 78. *v.* 26. וַיַּדַּח *Et impulit*, 2. *Paral.* 21. *v.* 11. quod 2. Reg. 17. *v.* 21. scribitur וידא quasi וַיַּדָּא *Et longè amovit*, א posito loco ה à נָדָה, sed Masorethæ legendum notarunt per ח in fine וַיַּדַּח Et impulit, à נָדַח. In Tzere: יַגֵּד *Annunciabit, Eccles.* 10. *v.* 20. וַיַּגֵּד *Et nunciavit, Judic.* 14. *v.* 2. Specialis anomaliæ sunt: וַיָּזֶד *Et coxit, Genes.* 25. *v.* 29. *pro* וַיַּזֵּד Dagesch in vocalem longam commutato, & Tzere correpto in Sægol, propter accentum ad penultimam retractum. Simile ipsi; וַיָּשַׂר *Et serravit*, hoc est, *serrâ dissecuit*, 1. *Paral.* 20. 3. Pathach autem est loco Sægol ob literam ר.

נַגִּישׁ] Simile hîc præcedentibus; וַנָּבֶל *Et diffluximus, Jesa.* 64. 5. *pro* וַנַּבֵּל.

תַּגִּישׁוּ] Cum Nun paragogico: תַּגִּישׁוּן *Admovetis, Amos* 6. *v.* 3.

יַגִּישׁוּ] Cum Nun paragogico: יַבִּיעוּן *Eructant, Psal.* 58. 9. Analogum autem est; וַיַּנְעִלוּם *Et calcearunt eos,*

2. *Paral.*

מַגִּישָׁה F.
מַגִּישׁוֹת { מַגֶּשֶׁת

Infinitivus.

הַגֵּשׁ vel הַגִּישׁ

Imperativus.

P.	S.	
הַגִּישׁוּ	הַגֵּשׁ	M.
הַגֵּשְׁנָה	הַגִּישִׁי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אַגִּישׁ	1
תַּגִּישִׁי	תַּגִּישׁ	2
תַּגִּישׁ	יַגִּישׁ	3

Plural.

	נַגִּישׁ	1
תַּגֵּשְׁנָה	תַּגִּישׁוּ	2
	יַגִּישׁוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆT.

הִגַּשְׁתִּי] Analogum est; הִנְחַלְתִּי *Poßidendum tradidi, Jerem. 3. v. 18.*

AD PARTICIPIUM.

מַגִּישָׁה] In ת״ז מַשֶּׂגֶת *Assequatur, Levit. 14. v. 21.* מַגֶּדֶת *Illa indicabat, Esth. 2. v. 20.*

AD INFINITIVUM.

הַגִּישׁ] Sic; הַצִּיל *Eruere, Genes. 37. 22.* In Tzere, Jod expresso; הַבֵּיט *Aspicere, Psal. 142. 5.* הַגֵּיד Jerem. 36. v. 16. Absque Jod: הַגֵּד *Nuntiando, 1. Sam. 10. 16.* Irregulare est: וְהִצִּיל *Et liberare, Jesa. 31. 5.* Similia vide suprà cap. 17. ad Inf.

rum forma dictum. Mediâ gutturali; נִחָם *Pœnitens, Joel.* 2. 13.

נִגְּשָׁה] Et in ת: נִתְּכָה *Effusa est, Jer* 7. 20. נִדָּחַת *Depulsa, Ezech.* 34. 4. נִצַּחַת *Prævincens, Jer.* 8. 5.

נִגָּשִׁים] Ex terminatione Cholem; נִמֹּלִים *Circumcisi, Gen.* 34. *v.* 22.

Reliqua tempora analoga sunt: ut, הִנָּגֵשׁ & Futurum, אֶנָּגֵשׁ ut anteà dictum.

Excipitur unum; נִגּוֹף *Cædendo, Judic.* 20. *v.* 39. quod simile est illis, quæ suprà capite 14. ad Infinitivum Niphal notata sunt; vide illic.

CAPUT XXII.

De Conjugatione HIPHIL, *Defectivorum primâ* נ.

ANOMALIA in utraque forma est in prima radicali deficiente, & per Dagesch compensatâ.

Præteritum Hiphil.

Sing.

	masc.	*fœm.*
3	הִגִּישׁ	הִגִּישָׁה
2	הִגַּשְׁתָּ	הִגַּשְׁתְּ
1	הִגַּשְׁתִּי	

Plur.

3	הִגִּישׁוּ	
2	הִגַּשְׁתֶּם	הִגַּשְׁתֶּן
1	הִגַּשְׁנוּ	

Particip. præsens.

	S.	P.
M.	מַגִּישׁ	מַגִּישִׁים
F.	מַגִּישָׁה	

נִגְּשׁוּ F. נִגַּשְׁנָה } נִגְּשׁוֹת נִגַּשְׁתְּ

Infinitiv. Imperativ. & Futurum analoga sunt: ut, הִנָּגֵשׁ & Futurum, אֶנָּגֵשׁ.

ANNOTATIONES AD PRÆT.

נִגַּשׁ] Mediâ gutturali; נִחָם *Consolationem cepit*, 2. *Sam.* 13. *v.* 39. Unum est ex terminatione Cholem, quæ & in Verbis perfectis notata cap. 14. נִמּוֹל *Circumcisus fuit*, *Genes.* 17. *v.* 26. sed ea forma impropria est. Verbum לָקַח hîc analogum est: ut, נִלְקַח *Capta est*, 1. *Sam.* 4. *v.* 22.

נִגַּשְׁתִּי] Analogum est; נִנְעַרְתִּי *Exagitor*, *Psal.* 109. *vers.* 23.

נִגְּשׁוּ] Mediâ gutturali; נִחֲתוּ *Demissæ sunt*, *Psal.* 38. *v.* 3. Ex terminatione Cholem; נִמֹּלוּ *Circumcisi sunt*, *Genes.* 17. *v.* 27. Defectivum hîc etiam est, נִתָּעוּ *Commoluntur*, *Job.* 4. *v.* 10. ab inusitato לָתַע unde Nomen מַלְתָּעוֹת *Molares dentes*, *Psal.* 58. *v.* 7. Atque hoc est alterum exemplum, in quo prima radicalis ל deficit, ex quo tamen Regula fieri non debet. Nam quidam à תָּעָה deducunt, *Oberrant*, *seducuntur*, & Dagesch euphoniæ causâ ascitum ob accentum ad penultimam revocatum, ut paulò antè in יֵחַתּוּ, cùm alioquin dici debuisset נִתְעוּ. Alii etiam sunt, qui ex Niphal & Hithpahel compositum volunt, pro נִתְתָּעוּ & inde factâ contractione usitatâ, & accentu ad penultimam retracto נִתָּעוּ. Sic suprà fuit נִתְכַּפֵּר pro נִכַּפֵּר.

נִגְּשָׁה] Analogum; נִלְקְחָה *Capta est*, 1. *Sam.* 4. *v.* 17. ut antea in tertiâ masculina.

AD PARTICIPIUM.

נִגָּשׁ] Desinit à Præterito in Kametz, ut in perfectorum for-

Neque juxta alios ex Hiphil esse potest: tum enim per duplex Sægol formandum fuisset, ad formam יֶפֶר à פָּרַר: item יֶגֶל à גָּלָה quæ forma explicatur infrà capite 53.

יִגַּשׁ] Mediâ gutturali; יֵחַתּוּ *Descendunt*, *Job.* 21. 13. in quo & Dagesch euphonicum est, ob accentum ad penultimam revocatum.

תִּגַּשְׁנָה] Cum Apocopa literæ ה: וַתִּגַּשְׁן *Et accesserunt*, *Gen.* 33. v. 6.

CAPUT XXI.

De Conjugatione Passiva NIPHAL.

PRÆTERITUM & Participium præsens hîc tantùm anomala sunt, primâ radicali deficiente, & per Dagesch compensatâ.

Præteritum.

Sing.

	fœm.	*masc.*
3	נִגְּשָׁה	נִגַּשׁ
2	נִגַּשְׁתְּ	נִגַּשְׁתָּ
1		נִגַּשְׁתִּי

Plural.

	fœm.	*masc.*
3		נִגְּשׁוּ
2	נִגַּשְׁתֶּן	נִגַּשְׁתֶּם
1		נִגַּשְׁנוּ

Partic. præsens.

	P.	S.
M.	נִגָּשִׁים	נִגָּשׁ

etiam perfectè dicitur לְקְחִי, 1. *Reg.* 17. *v.* 11. Cum Cholem; גֹּשִׁי *Accede, Ruth.* 2. *v.* 14. ut antè.

Gæterùm in plerisque Verbis hîc Imperativus inusitatus est, unde cautè formandus & usurpandus. Majori tamen licentiâ hîc Rabbini usi sunt, quàm in Infinitivo: à נָפַל enim dicunt, פּוֹל תַּחְתַּי *Cade, demitte te sub me*: à נָדַר reperitur, דּוֹר לִי בְּחַיֵּי רֹאשְׁךָ *Promitte mihi per vitam capitis tui, &c.*

AD FUTURUM.

Hîc prima radicalis deficiens per Dagesch compensatur, accedentibus ab initio literis formativis, per quas Dagesch vim duplicationis accipit: ut, אֶגַּשׁ pro אֶנְגַּשׁ.

אֶגַּשׁ] Terminatio Cholem, ut in Perfectis, hîc etiam usitata est, & plurima analogiam sequuntur. Cum ה paragogico; אֶצְּרָה *Custodiam, Psalm.* 119. *v.* 115. A verbo לָקַח & hîc amittitur prima radicalis; אֶקַּח *Accipiam*, תִּקַּח *&c.* A נָתַן venit אֶתֵּן *Dabo*, quod hîc, ut in præcedentibus Temporibus, specialiter desinit in Tzere: & cum ה paragogico; אֶתְּנָה *Dabo, Psalm.* 2. *v.* 8.

תִּגַּשׁ] Ex Cholem; תִּגֹּשׂ *Exiges, Deuter.* 15. *v.* 3. Perfectè; תִּנְחַל *Possidebis, Psal.* 82. *v.* 8. תִּנְדֹּף *Impelles, Psal.* 68. 3.

תִּגְּשִׁי] Perfectè; תִּנְחַת *Descendet, Psal.* 38. 3.

יִגַּשׁ] In Cholem; יִבּוֹל *Decidet, Psalm.* 1. *v.* 3. Mediâ gutturali; יֵחַת *Descendet, Jerem.* 21. *v.* 13. Specialis anomaliæ est, יֵשַׁל *Decutit, Job.* 27. *v.* 8. pro יִשַּׁל, ut legitur *Deuteron.* 28. *v.* 40. Fit autem & aliâs, ut vocalis brevis & Dagesch in vocalem longam coalescant, ut in progressu videbitur. Quidam deducunt per Apocopen à שָׁלָה pro Quiescere fecerit, Sedaverit: sed illud Verbum in Kal transitivam significationem non habet.

Neque

Obſervanda itaque hîc eſt Kimchii admonitio, quam habet in Michlol fol. 99. *Infinitivi cum defectu Nun, & ſuperaddito* ת, *nullus uſus eſto, niſi quem uſus Biblicus approbat.* Non enim à נָפַל licebit dicere פֶּלֶת *Cadere*, neque à נָדַר *Vovit*, דֶּרֶת *Vovere*, & ita de reliquis.

Porrò Unicum Verbum לָקַח hujus generis anomaliam, maximè in hac forma Kal, imitatur, literâ primâ ל deficiente & per Dageſch compenſatâ. Infinitivus; קַחַת *Accipere*, *Jerem.* 5. *v.* 3. Unde & קַחַת, 2. *Reg.* 12. *v.* 9. præter morem. Quidam conſtructioni tribuunt. Sed Infinitivus eſt, ut demonſtrat aliud Verbum Infinitum ſequens. Dicitur tamen etiam regulariter; לָקוֹחַ *Accipiendo*, *Deuter.* 31. *v.* 26. Hujus autem Verbi exemplo quidam faciunt Genus *Defectivorum primâ Lamed*, contra omnem rationem, cùm reliqua à ל incipientia ſint analoga.

AD IMPERATIVUM.

גַּשׁ] Anomalia explicata eſt in Infinitivo. Videtur & Terminatio Tzere hîc eſſe, quæ ablato accentu, corripitur pro more in Sægol: ut, גֶּשׁ־הָלְאָה *Accede huc*, *Geneſ.* 19. *v.* 9. At ea terminatio hîc impropria eſt, propria autem Verborum quieſcentium primâ radicali, ut capite 31. videre eſt. Cum ה paragogico, ab initio eſt Scheva; גְּשָׁה *Accede*, *Geneſ.* 27. *v.* 21. A לָקַח hîc dicitur *ἀναλόγως*; לְקַח *Accipe*, *Exod.* 29. *v.* 1. & irregulariter, קַח *Geneſ.* 22. *v.* 2. At à נָתַן, eſt תֵּן *Da, dato*; & cum He paragogico תְּנָה, *Geneſ.* 30. *v.* 26.

גְּשׁוּ] Sic; קְחוּ *Accipite*, *Joſ.* 4. 2. à לָקַח. Cum Cholem; גֹּשׁוּ *Accedite*, *Joſ.* 3. *v.* 9. quæ forma hîc impropria eſt, magis conveniens Defectivis ſecundâ radicali.

גְּשִׁי] Sic; קְחִי *Accipe*, 1. *Reg.* 20. *v.* 10. quod tamen

ANNOTATIONES AD INFINIT.

גֶּשֶׁת] Anomalia hîc, & in duobus sequentibus Temporibus, est in prima radicali deficiente: defectus autem ejus neque hîc neque in Imperativo compensari potest, cùm nihil ab initio ad vocem accedat, per quod Dagesch forte suam vim accipiat. ת in fine Infinitivi quasi formativa est, ut & in aliis Verborum generibus deinceps videbitur. Hæc verò forma in hoc solo Verbo usitata reperitur, & quidem semper cum literis Infinitivi servilibus: ut, בְּגֶשֶׁת *In accedendo*, id est, *quum accedent*, *Num.* 8. *v.* 19. לָגֶשֶׁת *Ad accedendum*, *Judic.* 22. *v.* 23. Jungitur etiam cum Pronominibus, quod ex Syntaxi pleniùs cognoscendum. Tria præterea similiter cum literis servilibus cum duplici Pathach sunt, propter gutturalem: כְּגַעַת *Secundum attingere*, i.e. *Quum attingit*, *Ezech.* 17. *v.* 10. לָגַעַת *Attingere*, 2. *Samuel.* 14. *v.* 10. לִטַּעַת *Ad plantandum*, *Ezech.* 17. *v.* 10. quæ duo etiam analogam formam habent: לָפַחַת *Ad sufflandum*, *Ezech.* 22. *v.* 20. Reliqua omnia hujus generis analoga sunt: neque forma anomala usurpanda, nisi in iis, quæ in Scriptura usurpantur.

Verbum tamen נָתַן specialem anomaliam hîc habet, quæ non trahenda ad ullum genus, nempe cùm ad formam superiorem debebat dici, תֶּנֶת, pro eo magis contractè dicitur, תֵּת *Dare*, ut, docet Aben Esra Exod. 2. Hinc cum Nun paragogico fit, לְתִתֵּן *Ad dandum*, 1. *Reg.* 6. *v.* 19. unde rursus, juxta Masorethas, cum Nun redundante scribitur תֵּתֶן 1. Reg. 17. *ỷ.* 14. Est etiam hinc forma paragogica; תְּנָה *Ponere*, *Psal.* 8. *v.* 2. At verò etiam ἀναλόγως usurpatur; נָתוֹן *Dando*, *Deut.* 15. *v.* 10.

Obser-

יִתְפַּקְּדוּ] Sine Dageſch ob ſubjectum Scheva; וַיִּתְיַלְדוּ *Natales ſuos profeſſi ſunt*, *Numer*. 1. *v*. 18. Nota, hîc quoque duplex Mæthæg ante Scheva, de quo dictum eſt ſuprà cap. 5. Regulâ 5. Formam ex Pyhal compoſitam habet, ut & ad Præteritum antea notatum eſt: יִתְגָּעֲשׁוּ *Commovebuntur*, *Jer*. 46. *v*. 8. Cum paragogico Nun: יִתְהַלָּכוּן *Obambulabunt*, *Pſal*. 12. *v*. 9. יִשְׁתַּקְשְׁקוּן *Collident ſe*, *Nah*. 2. *v*. 4. ubi & metatheſis eſt literæ ת.

תִּתְפַּקֵּדְנָה]. Cum Pathach: תִּתְעַלַּפְנָה *Animo deficient*, Amos 8. 13.

CAPUT XX.

De Verbis Anomalis ſive Imperfectis, & primùm de Defectivis primâ radicali נ, *& prima ipſorum conjugatione* Kal.

EXPLICATA eſt Verbi in conjugando analogia: anomalia ſequitur. Genera ejus *duo* ſunt. Primum *Verborum defectivorum*, alterum, *Quieſcentium*, quæ in univerſum & generaliter *Imperfecta Verba* vulgò nominantur. Utriusque tamen generis Verba neque omnia, neque ſemper, neque ubique, imperfectè flectuntur, ut paſſim patebit.

Defectiva ſunt, in quibus litera aliqua thematis deficit, & deficiens per Dageſch (cùm id forma vocis patitur) compenſatur: ſuntque duorum generum.

Primum eſt Verborum à litera Nun incipientium, quæ primam radicalem in conjugando deficientem per Dageſch forte, ſi vox ab initio creſcat, compenſant. Hinc *Defectiva Pe Nun*, id eſt, primâ radicali נ, vulgò ap-

bibes te, 2.Sam. 22.v.27.pro תִּתְתַּפָּל à Radice תָּפַל quæ per transpositionem literarum radicalium idem est quod פָּתַל, unde & regulariter pro ea scribitur Psal. 18. ℣.27. תִּתְפַּתָּל. Conversio autem ea literarum etiam in aliis facta, ut, כֶּבֶשׂ & כֶּשֶׂב *Agnus*, שַׂלְמָה & שִׂמְלָה *Vestimentum*, זְוָעָה & זַעֲוָה *Commotio*.

יִתְפַּקֵּר] Ex terminatione Pathach est, ut antè in prima persona: יִתְנֶחָם *Pænitebit ipsum, Deut.* 32.36. Transpositio ת: יִסְתַּבֵּל *Onustam vel pinguem faciet se, Eccles.* 12. 5. יִשְׁתַּמֵּר *Observat assiduè, Mich.* 6. *v.* 16. Ex quatuor literis: יִתְמַרְמַר *Exacerbabit se, Dan.* 8. *v.* 7.

תִּתְפַּקֵּר] Specialis & insignis anomaliæ est; וַתֵּתַצַּב *Et sliterat se, Exod.* 2. *v.* 4. *pro* תִּתְיַצֵּב, literâ primâ radicali abjectâ præter morem & præter omnem formam. Dagesch in צ est ex forma conjugationis, unde abjecti י nulla compensatio. Ut autem ejus aliquod esset indicium, appositum est Tzere, in quo quasi occultè quiescat י, quasi תֵּיתַצֵּב per transpositionem peregrinam literæ י & ת characteristicæ: neque enim potuit dici, תִּתְיַצֵּב aut תֵּתַצֵּב vocali longâ quiescentis literæ indice ante Dagesch usurpatâ, neque Dagesch in Tzade potuit & conjugationis nota esse, & simul literam י deficientem compensare. Cum Sægol, & accentu in penultima, propter Vau: וַתִּתְפָּעֶם *Et consternatus fuit*, Dan. 2.1.

נִתְפַּקֵּר] Ex transposito & mutato ת est; נִצְטַדָּק *Justificabimus nos, Genes.* 44. *v.* 16. Vide simile cap. 42. ad Præter.

תִּתְפַּקְּרוּ] Hinc est ex forma in præcedentibus notata; תִּתְנֶחָלוּ *Possessiones adibitis, Numer.* 33. *v.* 54. Aliâs accentu in loco proprio manente; תִּתְנַחֲלוּ *Ezech.* 47.13. *Num.* 34. 13.

Possessorem constituere se, *Numer*. 32. *v*. 18. לְהִתְנַחֵם *Consolationem admittere*, *Genes*. 37. *v*. 35. Cum metathesi literæ ת : לְהִשְׁתַּבֵּחַ *Ad laudandum nos*, *Psal*. 106. *v*. 47. הִסְתַּפֵּחַ *Adjungere se*, 1. *Sam*. 26. *v*. 19. Compositam formam ex Hophal habet; הֻכַּבֵּס *Lavari*, *Levit*. 13. *v*. 56. ubi & ת characteristicum in כ contractum est.

AD IMPERATIVUM.

הִתְפַּקֵּד] Quandoque in Pathach, ut in Præterito: ut, הִתְעַנַּג *Oblecta te*, *Psal*. 37. *v*. 4. הִתְחַזַּק *Robora te*, 1. *Reg*. 20. *v*. 22. Dagesch excidente; הִתְפָּאַר *Gloriare*, *Exod*. 8. 9.

הִתְפַּקְּדִי] Dagesch excidente; הִתְנַעֲרִי *Excute teipsam*, *Jesa*. 52. *v*. 2.

הִתְפַּקְּדוּ] Cum Syncopa literæ ת : הִטַּהֲרוּ *Mundate vos*, *Genes*. 35. *v*. 2.

AD FUTURUM.

אֶתְפַּקֵּד] Literæ formativæ Futuri, faciunt ה characteristicæ Syncopen, ut in Participio. Est & hîc terminatio Pathach, ut in Imperativo: ut, אֶתְנֶחָם *Consolabor me*, *Psal*. 119. *v*. 52. cum Sægol in medio, de quo vide, quæ ad primam personam Præteriti notata sunt, Kametz autem est loco Pathach. Dagesch excidente: אֶתְפָּאַר *Gloriaturus sum*, *Jesa*. 49. *v*. 3. Cum metathesi literæ ת : אֶשְׁתַּמֵּר *Cavebo mihi*, *Ps*. 18. *v*. 24. Cum ה paragogico; אֶתְהַלְּכָה *Indesinenter ambulabo*, *Psal*. 119. *v*. 45. אֶשְׁתַּמְּרָה *Observabo me*, 2. *Sam*. 22. *v*. 24.

תִּתְפַּקֵּד] In Pathach; תִּתְהַדַּר *Decorem arrogabis tibi*, *Proverb*. 25. *v*. 6. תִּתְחַסָּד *Benignum exhibes te*, 2. *Sam*. 22. 26. Cum Syncopa literæ ת, תִּתַּמָּם *Integrum præbes te*, *Psal*. 18. *v*. 26. *pro* תִּתְתַּמָּם, & Pathach in fine in Kametz productum, propter accentum. Sic; תִּתַּפָּל *Perversum exhibes*

præcedente perſona: vide alia hujus generis ad Futurum. Ex Verbis *quatuor literarum* hîc reperiuntur; הִתְמַהְמְהוּ *Cunctantur, Jeſa.* 29. *v.* 9. הִתְגַּלְגָּלוּ *Devolvunt ſeſe, Job.*30.14. הִשְׁתַּעַשְׁעוּ *Delicias agunt, Jeſa.*29.9. quod etiam eſt cum Metatheſi literæ ת.

הִתְפַּקַּדְתֶּם] Cum Chirek in penultima, ut in prima ſingulari; וְהִתְקַדִּשְׁתֶּם *Et ſanctificabitis vos, Lev.* 11. 44.

AD PARTICIPIUM.

מִתְפַּקֵּד] Formatio fit à Præterito per Syncopam literæ ה, in cujus locum ſuccedit characteriſtica Participii מ, ut in Hiphil, pro מְהִתְפַּקֵּד. Mediâ gutturali vel ר: מִתְנַחֵם *Conſolans ſe, Geneſ.* 27. *v.* 42. מִתְבָּרֵךְ *Benedicturus ſibi, Jeſa.* 65. 16. Cum Syncopa literæ ת: מִטַּהֵר *Mundans ſe, Levit.* 14. *v.* 7. מִדַּבֵּר *Sermocinans, Num.*7. *v.* 89. *pro* מִתְדַּבֵּר; juxta quam formam analogum eſt, מִתְדַּפְּקִים *Pulſantes, Jud.* 19. *v.* 22. Cum metatheſi literæ ת: מִסְתַּתֵּר *Latitans,* 1. *Sam.* 23. *v.* 19. מִשְׂתַּכֵּר *Mercedem reportans ſibi, Hag.*1. *v.*6. Compoſitam formam ex Pyhal habet; מִנֹּאָץ *Irritatur, Jeſa.* 52. *v.* 5. ubi ת per Dageſch in literam נ contractum eſt, & Cholem repræſentat formam Pyhal, ut & Kametz.

מִתְפַּקֶּדֶת] Et in ת: מִתְאַמֶּצֶת *Roborans ſe, Ruth.* 1. 18. מִתְלַקַּחַת *Comprehenſus, Exod.* 9. 24.

Ex verbis quatuor literarum: מִתְמַהְמֵהַּ *Cunctans,* 2. *Sam.* 15. 28. מִתְלַהְלֵהַּ *Inſaniens, Prov.* 26. 28. מְתַעְתְּעִים *Errantes,* 2. *Paral.* 36. 16. ubi & ת characteriſticum in primum ת radicale contractum eſt.

AD INFINITIVUM.

הִתְפַּקֵּד] Dageſch excidente; לְהִתְפָּאֵר *Ad gloriandum, Jeſa.* 60. *v.*21. לְהִתְגָּרֵד *Ad ſcabendum, Job.* 2.8. הִתְנַחֵל

הִתְפַּקְדָה] Compoſitam formam ex Hophal habet, הֻדַּשְׁנָה *Pinguefit, Jeſa.* 34. *v.* 6. cum ſyncopa literæ ת, & Kibbutz ex Hophal aſcito, pro הִתְדַּשְּׁנָה, Dageſch autem ex litera Schevata, ut ſæpè aliâs, ejectum : Simile vide mox ad Infinitivum, & infrà cap. 32. ad Præteritum.

הִתְפַּקַּדְתִּי] Et cum Chirek in penultima, ut in Kal capite 13. quoque obſervatum; וְהִתְקַדִּשְׁתִּי *Et ſanctum declarabo me; Ezech.* 38. *v.* 23. וְהִתְגַּדִּלְתִּי *Et magnificum oſtendam me, ibid.* Cum Syncopa literæ ת : וְהִנֶּחָמְתִּי *Et conſolabor me, Ezech.* 5. *v.* 13. pro וְהִתְנַחַמְתִּי : Sægol autem eſt ob ſequentem gutturalem cum Kametz notatam, & dageſſandam, quòd Dageſch ejectum debebat, ad ſui compenſationem, literæ præcedenti ſimiliter ſubjicere Kametz : at ne ſic duo Kametz concurrerent, prius euphoniæ causâ mutatum eſt in Sægol, Id in Nominibus frequentiſſimum eſt, ut docetur libro 2. capite 5. Porrò Kametz in ſuperiori exemplo eſt loco Pathach, propter accentum, de qua re dicitur libro ſecundo capite ultimo : vide etiam mox in ſequenti voce.

הִתְפַּקְדוּ] Diſcrepat hinc; הָתְפָּקְדוּ *Recenſiti fuerunt, Numer.* 1. *v.* 47. quod habet ab initio Kametzchatuph ex forma Hophal, quaſi voluerit dicere הָפְקְדוּ; at ſubiit ſimul mentem forma Hithpahel, הִתְפַּקְּדוּ, unde forma compoſita enata. Præterea hoc Verbum ex ſpeciali anomalia, per totam hanc conjugationem, habet Kametz ſub prima radicali, loco Pathach & ſequentis Dageſch. Sic unum eſt ex Pyhal compoſitum; וְהִתְגֹּעֲשׁוּ *Et concutiantur, Jerem.* 25. *v.* 16. ubi Cholem propriè formam Pyhal indicat : ſic enim illic Dageſch excidens compenſari ſolet. Cum ſyncopa literæ ת : הִטַּהֲרוּ *Purificaverant ſe, pro* הִתְטַהֲרוּ *Eſræ* 6. *v.* 20. at, וְהִטֶּהָרוּ *Et purificabunt ſe, Num.* 8. *v.* 7. cum Sægol ante Kametz, ut in

præce-

מִתְפַּקְּדָה F.
מִתְפַּקֶּדֶת } מִתְפַּקְּדוֹת

Infinitivus.

הִתְפַּקֵּד

Imperativus.

P.	S.	
הִתְפַּקְּדוּ	הִתְפַּקֵּד	M.
הִתְפַּקֵּדְנָה	הִתְפַּקְּדִי	F.

Futurum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
	אֶתְפַּקֵּד	1
תִּתְפַּקְּדִי	תִּתְפַּקֵּד	2
תִּתְפַּקֵּד	יִתְפַּקֵּד	3

Plural.

	נִתְפַּקֵּד	1
תִּתְפַּקֵּדְנָה	תִּתְפַּקְּדוּ	2
	יִתְפַּקְּדוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הִתְפַּקֵּד] Ejecto Dagesch; הִתְבָּרֵךְ *Benedicat sibi, Deut.* 29. *v.* 19. Et in Pathach, ut in Pihel: ut, הִתְחַזֵּק *Confirmavit se, 2. Paral.* 13. *v.* 7. הִתְגַּלָּח *Rasit se, Levit.* 13. *v.* 33. אֶתְחַבַּר *Consociavit se, 2. Paral.* 20. *v.*35. *pro* הִתְחַבַּר mutato ה in א ex Chaldaismo, ut in illo, אִתְכְּרִיַּת *Transfixus est, Dan.* 7. *v.*15. Simile vide infrà capite 30. ad Præteritum. Compositam formam habet; וְנִכַּפֵּר *Et expiabitur, Deut.* 21. *v.* 8, ex נִכְפַּר in Niphal, & הִתְכַּפֵּר in Hithpahel: litera autem characteristica ת in primam radicalem כ per Dagesch contracta est. Vide simile infrà capite 35. Forma autem hæc ex Niphal & Hithpahel mixta, apud Rabbinos frequens est.

הִתְפַּקְּדָה

mutatur in ד, & post צ in ט: ut, הִסְתַּבֵּל *Oneravit se*, הִשְׁתַּבֵּחַ *Laudavit se*: הִצְטַדֵּק *Justificavit se*, הִזְדַּמֵּן *Præparavit se*. Causa est euphonia, facilior ac commodior pronunciatio. Nam cùm ת aspiratum inclinet ad S blæsum, non concurrit cum ullá dictarum literarum affinis pronunciationis. Mutatur autem in ד, tanquam lenioris & mollioris pronunciationis literam, propter antecedens ז, quod inter tria S, est lenissimum. Nam si post ז poneretur ת dagessatum aut tenue, facillimè literæ ז pronunciatio degeneraret in ס: Post צ verò tanquam fortiorem literam, mutatur ת aspiratum in ט similiter fortis soni literam. Unicum Verbum excipitur, in quo ת non transponitur, quod vide ad Imperativum Hithpahel Verborum quiescentium secundâ Vau, cap. 42. Transpositionis literæ ת & ז nullum in lingua Hebræa reperitur exemplum, benè quidem apud Chaldæos, ut est in Grammatica nostra Chaldaica, quam vide.

Præteritum Hithpahel.

Sing.

	fœmin.	*mascul.*
3	הִתְפַּקְּדָה	הִתְפַּקֵּד
2	הִתְפַּקַּדְתְּ	הִתְפַּקַּדְתָּ
1		הִתְפַּקַּדְתִּי

Plural.

3		הִתְפַּקְּדוּ
2	הִתְפַּקַּדְתֶּן	הִתְפַּקַּדְתֶּם
1		הִתְפַּקַּדְנוּ

Particip. præsens.

Plur.	Sing.	
מִתְפַּקְּדִים	מִתְפַּקֵּד	M.
	מִתְפַּקְּדָה	F.

formaturque ex Pihel, Chirek mutato in Pathach: ut, הִתְפַּקֵּד Seipsum præfecit, vel ad visitandum obtulit, Recensuit vel Recensitus fuit. Rabbini frequentissimè dicũt נִתְ pro הִתְ literâ נ ex Niphal mutuatâ, cujus exemplum mox ad Præteritum. Affectio Dagesch eadem, quæ in Pihel. Significatio communiter hîc non simpliciter passiva, sed reciproca est: ut, הִתְגָּאַל *Contaminavit se*, הִתְגַּדֵּל *Magnificum ostendit, vel exhibuit se, sive verè sive simulatè*; הִתְקַדֵּשׁ *Sanctificavit se*, הִתְנַחֵל *Possessorem facere se*. Quandoque frequentatio, assiduitas, excellentia, & continuatio actionis significatur: ut, הִתְהַלֵּךְ *Itavit*. Quædam simpliciter significant, ut in Kal significarent, quando sc. significatio hîc prima est, & non ex Kal, vel aliis conjugationibus deducta: ut, הִתְפַּלֵּל *Oravit*, הִתְחַנֵּן *Supplicavit*.

Syllabæ characteristicæ affectio duplex est: *Syncopa*, & *Metathesis*.

Syncopa, cùm vel litera ה vel litera ת seorsim tolluntur. Litera ה tollitur, cùm alia formativa Temporis ipsi præponitur, ut fit in Participio & Futuro: tum enim formativa Temporis (utpote potiorem locum in formando Tempore sibi vindicans) excludit characteristicam conjugationis, ut suprà cap. 14. traditum: ut מִתְפַּקֵּד pro מְהִתְפַּקֵּד & sic in Futuro, יִתְפַּקֵּד pro יְהִתְפַּקֵּד. Litera ת tollitur, cùm euphoniæ causâ in primam radicalem contrahitur: ut, הִנַּבֵּאתִי *Prophetavi*, *Ezech.* 37. *v.* 7. Sic semper, quando prima Radicis est דטת: aliâs in Bibliis rarum, at apud Talmudicos frequentissimum. Hinc in Fut. & Part. utraq; tollitur: ut, מְדַבֵּר *Sermocinans, Num.* 7. *v.* 89. תִּנַּשֵּׂא *Attollet se, Num.* 24. 7.

Metathesis fit literæ ת, quando prima radicalis est זסצש: tum enim illis postponitur, ac præterea post צ mutatur

מִפְקֶדֶת] In ת, מֻשְׁלֶכֶת *Projectum*, 1. Reg. 13. ℣. 24.
מִפְקָדִים] Sic; מֻכְשָׁלִים *Propulsi*, Jerem. 18. ℣. 23. Primâ gutturali; מָאֳחָזִים *Contenti, Contigui*, 2. Paralip. 9. ℣. 18.
מִפְקָדוֹת] Unum hîc est cum expresso ה characteristico conjugationis, quæ forma Chaldæis non infrequens: ut, מְהֻקְצָעוֹת *Angulata*, Ezech. 46. v. 22. Primâ gutturali, מָחֳרָבוֹת *Vastata*, Ezech. 29. v. 12. Cum Chirek loco Kybbutz, juxta quosdam, מִגְבָּלוֹת *Terminata*, Exo. 28. 14. הַמִּבְדָּלוֹת *Separata*, Esa. 16. 9. pro מֻב, מֻג.

AD INFINITIVUM.

הָפְקַד] Sic הָחְתֵּל *Fasciando*, הָמְלֵחַ *Saliendo*, Ezech. 16. v. 4. Primâ gutturali, הָחֳרֵב *Desolando*, 2. Reg. 3. 23. Cum ה paragogico, הָשְׁכְּבָה *Prosterni*, Ezech. 23. v. 19. Infinitivus loco Imperativi, quia præcedit רֵד *Descende*. At הֻכַּבֵּס vide cap. seq. ad Infinitivum.

AD FUTURUM.

אֻפְקַד] Per contractionem sic est, pro אֲהֻפְקַד, ut in forma activa.

תֻּפְקַד] Sic תָּקְטָר *Adoletor*, Levit. 6. v. 15. cum Kametz propter pausam.

יָפְקַד] Primâ gutturali, יָחֳרָם *Ut anathema perdetur*, *Exod.* 22. 20. יָעֳמַד *Sistitor*, *Lev.* 16. 10.

יֻפְקָדוּ] Cum Kibbutz, יֻשְׁלָכוּ *Projicientur*, *Jes.* 43. 3. cum Kametz propter pausam.

CAPUT XIX.

De Conjugatione HITHPAHEL.

CONJUGATIO Hithpahel est, quæ habet characteristicam syllabam הִתְ thematis præfixam, forma-

hic latens. *Reliqua* (solùm ֹ) *habent ex Hophal. Sensus autem hujusmodi compositionis est hic : Vestrísne verbis persuasa, ita missam faciam pinguedinem meam,* (juxta Hiphil) *ut eâ ipsâ quoq; priver & deficiar,* (juxta Hophal) *nihilq; amplius habeam in me commendabile?* Hæc ille. Quidam, *Cogerérne desistere cum pinguedine mea?* ita אֶת non est articulus, sed Præpositio *Cum* vel *A*, quasi pro מֵאֵת.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

Inusitatum est: possumus tamen eo uti, scribit Kimchi, מִדֶּרֶךְ הַסְּבָרָא per modum conjecturæ, ut à Præterito desinat in Kametz, sicut in Pyhal vidimus.

AD PARTICIP. PRÆTER.

Formatur, ut Participium præteritum superioris formæ passivæ: מ autem hîc characteristicam conjugationis excludit, ut fieri solet.

מֻפְקָד] Sic, מֻשְׁכָּב *Cubare factus, collocatus.* 2. Reg. 4. ℣. 32. Et מ cum Kametzchatuph, ex forma Præteriti : ut, מָשְׁחָת *Corruptus*, Prov. 25. ℣. 26. quomodo etiam legendum Malach. 1. ℣. 14. ubi pleraque exemplaria in fine habent Pathach. At Masorethæ in loco Proverbiorum notant, bis scribi cum Kametz: מָשְׁזָר *Contortum*, Exod. 26. ℣. 1. Sub prima gutturali est Chatephkametz loco Scheva, quod etiam literam præcedentem simili puncto afficit, ut in tertia fœminina Præteriti antè quoque notatum: ut, מָאֳחָז *Apprehensus*, 2. Paral. 9. ℣. 18. מָעֳמָד *Constitutus*, 1. Reg. 22. ℣. 35. Quidam huc revocant מִשְׁחַת *Corruptus*, Jesa. 52. ℣. 14. sed Aben Esra potiùs vult esse Nomen adjectivum participiale: vide simile mox in plurali. Fuit & suprà tale ad Participium formæ activæ, & cap. 16. ad Præter. Sic מְקַטֵּר volunt quidam esse pro מֻקְטָר Exo. 30. 1.

מפקדה

2 תֻּפְקְדוּ } תִּפָּקַדְנָה
3 יֻפְקְדוּ }

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הֻפְקַד] Cum Kibbutz, הֻשְׁכַּב *Proſtratus fuit, Ezech.* 32. *v.* 32. הֻשְׁלַךְ *Projectus fuit, Dan.* 8.*v.* 11. Poſſet etiam Schurek adhiberi: tres enim hæ vocales fratres ſunt, maximè in hac conjugationis forma, ſcribit Elias, unaq; alterius locum ſubit, ut alio loco videbimus.

הָפְקְדָה] Si prima radicalis ſit litera gutturis, ſub ea eſt Chatephkametz loco Scheva, manente Kametzchatuph ſub ה Characteriſtico, ex forma conjugationis analoga, ut, הָחֳרָבָה *Vaſtata eſt, Ezech.* 26. *v.*2. הָיְשְׁנָה vide cap. ſequenti ad Præteritum.

הָפְקַדְתְּ] Sub tertia gutturali eſt Pathach loco Scheva, ut cap. 13. traditum: ut, הָמְלַחַתְּ *Salita fuiſti, Ezechiel* 16. *v.* 4.

הָפְקַדְתִּי] Specialis anomaliæ eſt, הֶחֳדַלְתִּי *An deſiſterem? Jud.* 9. *v.*9.11.13. ubi ה & characteriſticum conjugationis eſt, & interrogativum, quod Sægol indicat. Alioquin præter morem eſt, ut una litera duo officia occupet. Quidam ſimpliciter ex Hiphil eſſe volunt, pro הֵחַ ornatûs causâ, & ita regit Accuſativum, q.d. Faciamne deſiſtere pinguedinem meam? Cornelius Bertramus, *Mira,* inquit, *eſt compoſitio vocis: Videtur enim habere* ה *interrogans affectum Sægol, non ſolùm ob gutturalem ſubſequentem cum Kametzchatuph,* (tu dicas, Chatephkametz: eſt enim loco Scheva ſub gutturali, quem uſum Kametzchatuph non præſtat) *ſed & ad deſignandum* ה *Hiphil, quod ita ante gutturalem punctaretur* (affectam Chatephſægol, ut in הֶחֱזַקְתִּי) *quaſi hoc indicio, & articuli,* (אֶת) *caſusq; ſubſequentis* (Accuſativi) *ſignificetur conjugatio Hiphil*

hic la-

Sic Kimchi paſſim in lib. Radicum, & Aben Eſra, Gen. 24. 33.
Significatio ejus eſt ut in Pyhal.

Præteritum Hophal.

Sing.

fœmin.	maſcul.	
הָפְקְדָה	הָפְקַד	3
הָפְקַדְתְּ	הָפְקַדְתָּ	2
	הָפְקַדְתִּי	1

Plur.

	הָפְקְדוּ	3
הָפְקַדְתֶּן	הָפְקַדְתֶּם	2
	הָפְקַדְנוּ	1

Particip. Præſens.

P.	S.	
הָפְקָדִים	הָפְקָד	M.
הָפְקָדוֹת	הָפְקָדָה	F.

Particip. Præter.

P.	S.	
מָפְקָדִים	מָפְקָד	M.
מָפְקָדוֹת	מָפְקָדָה / מָפְקֶדֶת	F.

Innfinitivus.

הָפְקֵד

Imperat. caret.

Futurum.

fœmin.	maſcul.	
	אָפְקַד	1
תָּפְקְדִי	תָּפְקַד	2
תָּפְקַד	יָפְקַד	3

Plural.

	נָפְקַד	1

bunt, *Exod.* 22. *v.* 9. ubi & Schurek euphoniæ causâ in Kibbutz commutatum. Ad formam Chaldaicam sunt, quæ pro Chirek habent Scheva, quorum similia quædam antea in Participio notata sunt; ut, וַיַּדְבְּקוּ *Et assecuti sunt*, 1. *Sam.* 31. *v.* 2. וַיַּדְרְכוּ *Et intendunt*, *Jerem.* 9. 3.

תִּפְקַדְנָה] Semper scribitur sine Jod.

Ex *incipientibus ab* א, quædam illud amittunt, & ab initio etiam cum Cholem sunt, ut in Kal: ut, אֹסִיף *Colligam*, 1. *Sam.* 15. *v.* 6. אֲזִין *Auscultabo*, *Job.* 32. *v.* 12. אָסֵף *Recipiam*, *Soph.* 1. *v.* 2. unde & אֲסִיפֵם *Recipiam eos*, *Jer.* 8. *v.* 13. יַהֵל *Tentorium figet*, *pro* יְאַהֵל *Jesa.* 13. *v.* 20. אֹבִידָה *Perdam*, *Jer.* 46. *v.* 8. cum ה paragogico, pro אַאֲבִיד: Huc refert etiam Kimchi; וַיּוֹחֶר *Et moratus est*, 2. *Sam.* 20. *v.* 5. & Sægol est loco Tzere, propter accentum ad penultimam retractum, pro וַיְאַחֵר. Possit tamen etiam ex Kal esse, ubi similis forma ex terminatione Tzere occurrit. Contractum est; וַיָּאצֶל *Et seposuit*, *Num.* 11. *v.* 25. *pro* וַיַּאֲצֵל. Quidam Hebræorum hîc etiam ponunt וַיָּרֶב *Et insidiatus est*, *pro* וַיְאָרֵב quod vide suprà ad Futurum Pihel. Reliqua ferè analoga sunt: ut, אַאֲמִין *Credam*, *Job.* 9. *v.* 16. תַּאֲכִיל *Cibato*, *Ezech.* 3. *v.* 3.

CAPUT XVIII.

De Conjugatione passiva HOPHAL.

CHARACTER hîc idem qui in forma activa, sed formam passivam Kametzchatuph potissimùm ab activa discernit, pro quo tamen etiam sæpè est Kibbutz. *In hac forma, ut in Pyhal, non commemoratur agens, inde ab Hebræis similiter etiam vocatur* בִּנְיָן שֶׁלֹּא נִזְכַּר שֵׁם פָּעֳלוֹ Conjugatio cujus non comemoratur nomen agentis.

Sic

Psalm. 69. 24. הַרְחֵק *Procul amove, Job.* 13. *v.* 21. הַיְשַׁר *Complana, Psal.* 5. *v.* 9.

הַפְקֵרְנָה] Per modum conjecturæ, ſcribit Elias in libro *Habbachur*, hæc vox ita formatur: nullum enim ejus exemplum uſitatum in Scriptura extat. Nempe ex analogia præcedentium conjugationum deducenda eſt à ſingulari maſculina, adjectâ ſyllabâ נָה. Unum tamen eſt, in quo tertiæ radicalis ſyncopa fit: הַאְזֵנָּה *Audite, Geneſ.* 4. *v.* 23. *pro* הַאְזֵנְנָה, unde mirum, hoc exemplum ab Elia neglectum fuiſſe.

AD FUTURUM.

Pro Chirek promiſcuè etiam adhibetur Tzere.

אַפְקִיד] Formativæ Futuri characteriſticam literam conjugationis excludunt, ut in Participio: Per craſin eſt; וָאַעְשִׁר *Et ditatus ſum, Zachar.* 11. *v.* 5. *pro* וָאַעְשִׁר cui vide ſimile infrà cap. 52. ad Futurum. Eſt etiam י à Chirek deficiens, ut in principio hujus conjugationis dictum. Cum ה paragogico ſemper eſt cum Chirek, ut in Imperativo: ut, אַשְׁלִיכָה *Projiciam, Nehem.* 13. *v.* 8. אַשְׂמְאִילָה *Siniſtram petam, Gen.* 13. *v.* 9. ubi & א fit mobile, quod aliâs in hac Radice ſolet quieſcere. Ex Terminatione Tzere, וְאַחְזֵק *Ut confirmem,* Eſa. 42. 6.

תַּפְקִיד] Ex terminatione Tzere: תַּאֲכֵל *Cibabis, Ezech.* 3. *verſ.* 3. Per craſin Chirek: תַּשְׁמַע *Audire facias, Judic.* 18. *v.* 25.

יַפְקִיד] Ex terminatione Tzere: יַאֲמֵן *Credat, Job.* 15. *v.* 31. Per craſin ſunt; יַבְטַח *Confidere faciat vos,* 2. *Reg.* 18. *v.* 30. *pro* יַבְטִיחַ.

תַּפְקִידוּ] Cum א mobili, ut antea: תַּשְׂמְאִילוּ Dexteram petatis, Jeſa. 30. 21.

יַפְקִידוּ] Cum Nun paragogico: יַרְשִׁיעֻן *Condemna-*

nam thema eſt דָּאַב. Contractum eſt: לְהָכִיל *Ad conſumendum, Ezech.* 21. *v.* 28. *pro* לְהַאֲכִיל primâ radicali eliſâ, ut & jam antè aliquoties fuit. Ad formam Chaldaicam habent א loco ה, ut & in præcedentibus obſervatum: אַשְׁכֵּים *Manè ſurgendo, pro* הַשְׁכֵּים *Jerem.* 25. 3. אַבְרֵךְ *Genua flectere, Geneſ.* 41. *v.* 43. *pro* הַבְרֵךְ *de quo diverſæ ſunt interpretum ſententiæ. Pro Infinitivo, ex Kimchii ſententia, accipi commodè poteſt, tum ob ſimilem formam in* אַשְׁכֵּים *& aliis, tum ob ſtructuram loci, in qua aliud Verbum Infinitum ſequitur,* אַבְרֵךְ וְנָתוֹן *Genua flectenda eſſe, & dediſſe ſive conſtituiſſe eum ſuper omnem terram Aegypti; nempe proclamatum fuit ante Joſephum per præcones regios, Regem Pharaonem eum conſtituiſſe præfectum Aegypti, ideoq; genua coram ipſo flectenda, ac debito honore afficiendum ipſum eſſe. Quibusdam eſt prima perſona Futuri, quaſi quisq; è turba clamarit,* אַבְרֵךְ *Genua flectam. Talmudicis compoſita vox eſt ex* אָב *Pater, &* רַךְ *ſive* רְכָא *Rex, quaſi* אַבְרֵךְ *ſit,* Pater Regni, *quomodo Romani dixerunt,* Pater patriæ. *Hinc de Herode, ex ſervili ſtatu vel genere ad regnum Judææ evecto, in Talmud dicitur:* לָא רְכָא וְלָא בַּר רְכָא Non eſt Rex, neq; filius regis, *hoc eſt,* לֹא מֶלֶךְ וְלֹא בֶּן־מֶלֶךְ *ut R. Salomon interpretatur: & in Gemara:* מַאי רְכָא Quid Recha? מַלְכוּתָא Regnum ſive Rex, *Codice Bava Bathra, cap.* 1. *fol.* 41. *Quidam Aegyptiacam vocem eſſe exiſtimant, quibus* א *ab initio familiare. Porrò quomodo accedentibus literis ſervilibus à principio, litera characteriſtica* ה *ſæpè abjiciatur, vide libro ſecundo, capite* 21.

AD IMPERATIVUM.

הַפְקֵד] Cum ה paragogico ſemper eſt cum Chirek: ut, הַצְלִיחָה *Proſpera, Nehem.* 1. *v.* 11. Propter ſecundam gutturalem vel tertiam ר, in fine etiam Pathach eſt: הַנְחַת *Deſcendere fac, Joel.* 3. *v.* 11. הַמְעַד *Nutare fac,*

Pſal.

29. ℣. 28. quod etiam cum א redundante ſcribitur: מַהְלְכִים *Ambulantes*, vel *Ambulare facientes*, *Deducentes te*, *Zach.* 3. 7. quod ſic Chaldaicè legitur, Dan. 4. ℣. ultim.

מַפְקִידוֹת] Irregulare eſt ex media radicali contractum, מַדִּיבוֹת *Cruciantes*, *Levit.* 26. *v.* 16. *pro* מַדְאִיבוֹת.

AD INFINITIVUM.

Characteriſtica ה habet Pathach ad differentiam Præteriti.

הַפְקִיר] Sic; הַכְרִית *Exſcindere*, *Jerem.* 44. *v.* 8. הַזְכִּיר *Memorare*, 2. *Sam.* 18. *v.* 18. הַעֲבִיר *Traducere*, *Joſ.* 7. *v.* 7. Rarior alioqui hæc terminatio eſt in ſimplici Infinitivi forma, at præfixis ipſi literis בכלם perpetua. Cum Dageſch euphonico, הַצְּפִינוֹ *Abſcondere eum*, Exo. 2. 3. pro הַצְפִינוֹ. De hac voce vide noſtras notas Criticas.

הַפְקֵר] Sic: הַשְׁכֵּם *Manè ſurgendo*, *Jerem.* 7. *v.* 13. הַשְׁלֵךְ *Projiciendo*, *Jerem.* 22. *v.* 19. הַשְׂכֵּל וְיָדֹעַ *Intelligere & cognoſcere*, *Jerem.* 9. 24. הַשְׁמֵד *Perdendi*, *Jeſa.* 14. *v.* 23. הַכְבֵּד *Aggravare*, *Exod.* 8. *v.* 15. Quandoque interponitur י: ut, הַעֲנִיק *Onerando*, *Deut.* 15. 14. הַעֲמִיד *Statuere*, *Neh.* 7. *v.* 3. הַשְׁמִיד *Perdendo*, *Amos* 9. 8. וְהַקְטִיר *Adolendo*, 1. Reg. 9. ℣. 25. Si ſecunda aut tertia fuerit gutturalis aut ר, poteſt & Pathach in fine eſſe: ut, הַפְצַר *Repugnare*, 1. *Sam.* 15. *v.* 23. יַעַן הַזְכַּרְכֶם *Propter memorare vos*, *eò quòd in memoriam revocatis vos*, *Ezech.* 21. *v.* 24. quibus ſimilia plura vide in Imperativo.

Anomaliæ ſpeciales. Quædam præter morem retinent formam Præteriti: ut, הִרְגִּיעַ *Quietam reddere*, הִרְגִּיז *Commovere*, *Jerem.* 50. *v.* 34. הִמְלִיט *Liberando*, *Jerem.* 31. *v.* 5. Simile ad Infinitivum Pihel ſuprà obſervatum eſt. Per metatheſin primæ & ſecundæ radicalis dicitur; לַאֲדִיב *Ad cruciandum*, 1. *Samuel.* 2. *v.* 23. *pro* לַדְאִיב *vel* לְהַאֲדִיב:

cteristico; הִכְלַמְנוּ *Injuriâ affecimus*, 1. *Sam*. 25. 7. Similia vide infrà cap. 53. ad Præteritum Hiphil.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

מַפְקִיד] Chirek Præteriti mutatur in Pathach, & formativa Participii succedit in locum ה characteristici conjugationis, unde מַפְקִיד est pro מְהַפְקִיד: vide notata ad Infinitivum Niphal cap. 14. Integræ formæ exemplum reperies infrà ad Participium Præteritum, in forma passiva. Primâ gutturali: מַעֲמִיד *Subsistere faciens*, 2. *Paral*. 18. *v*. 34. Cum ׳ paragogico: מַשְׁפִּילִי *Demittens*, *Psalm*. 113. *v*. 6. Contractum est: מֵזִין *Advertens*, pro מַאֲזִין *Proverb*. 17. 4. *aut* מַאֲזִין *vel potiùs pro* מֵזִין ex Chaldaismo, ubi א in ׳ frequenter commutatur.

מַפְקִידָה] *In* ת: מַחְכִּימַת *Sapientiam afferens*, *Psal*. 19. 8. sed rarum hoc est. Huc quidam referunt: מַבְלִיגִיתִי *Recreans se*, scil. *anima mea*, *Jerem*. 8. *v*. 18. quasi Jod in fine sit paragogicum: aliis est Nomen verbale, compositum ex מַבְלִיג & מַבְלִיגָה: à forma masculina cum Affixo diceretur, מַבְלִיגִי & à fœminina, מַבְלִיגָתִי Recreatio mea. Kimchi potiùs vult esse simpliciter Nomen fœmininum ex Participio hoc derivatum, quale est מַרְבִּית quod contractè dicitur pro מַרְבִּיית, & מַשְׂכִּית pro מַשְׂכִּיית. Sic Nomina participialia sunt ex hac forma; מַרְשַׁעַת *Improba, improbè agens, vel gerens se*, 2. *Paralip*. 24. *vers*. 7. quasi מַרְשִׁיעַת, cui similia vide in Participio præterito formæ passivæ.

מַפְקִידִים] Irregulariter hîc quædam sunt ex priori Chirek in Scheva converso, accelerandæ pronunciationis causâ, vel potiùs ad imitationem Chaldaicam: ut, מַעְזְרִים *Auxiliantes*, 2. *Paral*. 28. *v*. 23. מַחְלְמִים *Facientes ut somnient*, *Jerem*. 29. 8. מַחְצְצְרִים *Tubis clangentes*, 2. *Paral*. 29. *v*.

in posterum se & vestimenta sua sanguine, ob gravem vindictam Dei in populum, & nullam resipiscentiam populi erga Deum: Quidam volunt א simpliciter pro ה characteristico esse positum, pro הִגְאַלְתִּי cui non dissimile capite sequenti ad Præteritum: quidam denique censent א ex usu Chaldaico esse adjectum. Hujus generis etiam est; תִּרְגַּלְתִּי *Assuefacio, Hos.* 11. *v.* 3. ubi omninò ת est loco ה juxta Hebræos. R. Moses, frater Davidis Kimchi, voluit esse nomen à תִּרְגֻּלֶת. At id Eliæ non placet, quòd sic dici debuisset, תִּרְגֻּלְתִּי cum accentu in ultima, ut requirit analogia Nominum istorum cum hoc Affixo. He commutato in Jod: יוֹדַעְתִּי *Notum feci, Indicavi*, pro הוֹדַעְתִּי 1. Sam. 21. ℣. 2.

הִפְקִידוּ] Speciale est, וְהֶאֱזְנִיחוּ *Et retrò abjecerunt, Jesa.* 19. *v.* 6. ubi quidam volunt א esse epentheticum, pro הִזְנִיחוּ. Quidam volunt esse formæ Hebraicæ & Chaldaicæ: nam Chaldæi pro ה Hebraico in hac conjugatione, usurpant א: ut: אִשְׁתִּיו *Biberunt, Dan.* 5. *v.* 4. & sic antea in אֶגְאַלְתִּי. R.D. Kimchi vult ה esse adventitium, & א loco characteristicæ conjugationis, propterea quòd litera epenthetica mobilis non soleat in media dictione occurrere, exceptâ voce לְדַרְיוֹשׁ in qua' insertum ratione ignotâ. R. Moses frater Davidis, vult ה esse Interrogativum: at hoc Elias refutat, quòd litera ו nunquam soleat ה interrogativo præponi. Kimchi in Michlol fol. 48. de hac voce prolixus est.

הִפְקַדְתֶּן] Unum reperitur cum ה paragogico; הִשְׁלַחְתֶּנָה *Abjicietis, Amos* 4. *v.*3. etsi id in hac persona planè inusitatum sit, unde Eliæ magis placet, esse ex forma Præteriti הִשְׁלַחְתֶּן & secunda fœminina plurali Futuri תַּשְׁלֵכְנָה compositum.

הִפְקַדְנוּ] Unum reperitur cum Sægol sub ה chara-

Plural.

1 נַפְקִיד
2 תַּפְקִירוּ } תַּפְקֵרְנָה
3 יַפְקִירוּ

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

הִפְקִיד] Primâ gutturali: הֶאֱמִין *Credidit, Gen.* 45.26. הֶחְתִּים *Obstruxit, Levit.* 15. v. 3. הֶעְלִים *Celavit,* 2. *Reg.*4.v.27. Cum Pathach & Chatephpathach, ad formam Infinitivi וְהַאֲזִין *Et aures præbuit, Psal.* 77. 2.

הִפְקִירָה] Raró cum accentu in ultima: וְהִבְדִּילָה *Ut distinctionem faciat, Exod.* 26. v. 33. quod fit propter accedens ו ab initio.

הִפְקַרְתָּ] Speciale; הֶעֱבַרְתָּ *Traduxisti, Jos.* 7. v. 7. cum Tzere sub ה loco Pathach: simile vide infrà capite 53. ad Præter. Cum ה paragogico; הֶעֱמַדְתָּה *Constituisti, Psal.* 30. v. 8.

הִפְקַרְתְּ] Tertiâ gutturali, pro priori Scheva ultimæ syllabæ est Pathach, ut suprà in Kal; הִשְׂבַּעַתְּ *Satiabas, Ezech.* 27. 33.

הִפְקַרְתִּי] Tertia radicalis ת Syncopen patitur: ut, הִשְׁבַּתִּי *Cessare feci, Jesa.* 16. 10. de qua Syncopa dictum etiam cap. 13. ad Præteritum Kal. Pro Pathach in penultima est Chirek ex speciali anomalia: ut הִשְׁאִלְתִּיהוּ *Expetivi eum,* 1. *Sam.* 1. v. 28. quæ forma etiam suprà ad Præteritum Kal annotata est. Ante gutturalem, ה characteristicum plerunque respondet gutturali: ut, הֶאֱכַלְתִּי *Faciam ut comedat, Jer.* 19. v. 19. At הֶחֱדַלְתִּי vide ad Præteritum sequentis formæ passivæ. אֶגְאַלְתִּי *Contaminavi, Jesa.* 63. v. 3. compositam formam habet, ex Futuro אֶגְאַל, & Præterito הִגְאַלְתִּי, ad indicandum, quòd contaminarit jam antea, & contaminaturus esset

in po-

id est, Conjugatio gravis aucta, *Thren. 2. v. 5. Idem alibi simpliciter vocat* בִּנְיָן הַכָּבֵד *Psal. 7. v. 21. quomodo specialiùs Pihel communiter intelligitur.*

Porrò י à Chirek per totam hanc formam sæpissimè abjicitur.

Præter. Hiphil.

Sing.

	fœmin.	*mascul.*
3	הִפְקִידָה	הִפְקִיד
2	הִפְקַדְתְּ	הִפְקַדְתָּ
1		הִפְקַדְתִּי

Plur.

3		הִפְקִידוּ
2	הִפְקַדְתֶּן	הִפְקַדְתֶּם
1		הִפְקַדְנוּ

Partic. præsens sive Benoni.

	Plur.	*Sing.*
M.	מַפְקִידִים	מַפְקִיד
F.	מַפְקִידוֹת	מַפְקִידָה / מַפְקֶדֶת

Infinitivus.

הַפְקִיד vel הַפְקֵד

Imperativus.

	P.	*S.*
M.	הַפְקִידוּ	הַפְקֵד
F.	הַפְקֵדְנָה	הַפְקִידִי

Futurum.

Sing.

	fœm.	*masc.*
1		אַפְקִיד
2	תַּפְקִידִי	תַּפְקִיד
3	תַּפְקִיד	יַפְקִיד

hoc est, Obſerva teipſum, Cave tibi: הִנָּקֵם Ulciſcere, Ultorem te exhibe,&c. *Hac de cauſa Imperativus in forma paſſiva Niphal reperitur, ubi ſignificatio reciproca eſt, non autem in aliis formis paſſivis, quæ ſignificant paſſionem, quæ provenit ab alio agente, in cujus arbitrio, non autem in tuo, poſitum eſt eam inferre vel non inferre.*

AD FUTURUM.

תִּפָּקְדִי] Dageſch ex litera Schevata excluſo: וְתְבֻקְשִׁי *Et quæraris, Ezech. 26. v. 21.*

יִפָּקֵד] Sic; יְרֻנָּן *Cantabitur, Jeſa. 16. v. 10.* Mediâ gutturali vel ר: יְרֻחָם *Miſericordiâ afficietur, Prov. 28. v. 13.* יְבֹרַךְ *Benedicetur, Pſal. 128. ỷ. 4.* Unum eſt in Tzere loco Pathach; יְסֹעֵר *Turbine abripietur, Hoſ. 13. v. 3.* Hinc quoque eſt anomalâ formâ; יְחָבְרְךָ *Sociabitur tibi, Pſal. 94. v. 20. pro* יְחֻבַּר עִמְּךָ *Sociabitur, conjungetur tecum*; & Dageſch celerioris pronunciationis cauſâ excluſum eſt.

יִפָּקְדוּ] Dageſch compenſato: יְשֹׁרָשׁוּ *Eradicentur, Job. 31. v. 8.*

תִּפָּקְדוּ] Cum Kametz brevi in medio: תְּרָצְחוּ *Occidemini, Pſal. 62. v. 4.* Unum hîc eſt ex Verbis quatuor literarum: תְּשַׁעֲשָׁעוּ *Oblectabimini, Jeſa. 66. v. 26.*

CAPUT XVII.

De Conjugatione HIPHIL.

TERTIA Conjugatio eſt, quæ habet in utraque forma literam characteriſticam ה themati præfixam, & in Activa forma dicitur הִפְעִיל *Hiphil*, in Paſſivâ הָפְעַל *Hophal*: ut, הִפְקִיד *Viſitare fecit*, id eſt, *Præfecit ad viſitandum alios*, הָפְקַד *Viſitatus fuit*, vel, *ad viſitandum præfectus fuit. Aben Eſra hac Conjugatio vocatur* בִּנְיָן הַכָּבֵד הַנּוֹסָף

id

dens, assumpto formativo מְ. Cum Kametzchatuph: מְאָדָּם *Rubricatus*, *Nah.* 2. *v.* 3. Media radicali ר: מְבֹרָךְ *Benedictum*, *Psal.* 113. 2. מְנֹאָץ vide infrà cap. 19. ad Participium. Ex quatuor literarum verbis; מְכֻרְבָּל *Paludatus*, 1. *Paral.* 15. *v.* 27.

מְפֻקָּדִים] Sic, מְתֻלָּעִים *Coccinati, Nah.* 2. 3. Cum Kametzchatuph; מְאָדָּמִים *Rubefactæ, Exod.* 25. *v.* 5.

מְפֻקֶּדֶת] In ת: מְעֻלֶּפֶת *Tectus, Cant.* 5. *v.* 14. Media gutturali: מְבֹעֶרֶת *Accensus, Jer.* 36. *v.* 22. Sic; מְבֹרֶכֶת *Benedicta*, *Deuter.* 33. *v.* 13. Ex Præterito compositam formam habet; מְקֻנַּנְתְּי *Nidificans, vel, nidulata, Jer.* 22. *v.* 22. *Dicere voluit*, קֻנַּנְתְּ Nidulata es jam antè, & nunc מְקֻנֶּנֶת nidularis, *scribit Kimchi in Michlol, fol.* 77. *Similia vide suprà cap.* 13. *ad Participium præsens: Rabbi Jona Grammaticus, voluit in his nullam compositam formam esse; sed duntaxat crasin vocalium* לְהָרִיץ הַמִּלָּה Ad currere faciendum dictionem, *id est, ad accelerandam pronunciationem, quod & in aliis fit, ut* יֹשַׁבְתְּ יֹשֶׁבֶת, תּוֹסֵף *& similibus, pro* יֹשֶׁבֶת, יֹשַׁבְתְּ, תּוֹסֵף *&c. ut notat Kimchi fol.* 68.

AD INFINITIVUM.

פֻּקַּד] Sic; גֻּנַּב *Furando, Gen.* 40. *v.* 15.

DE IMPERATIVO.

Kimchi in Michlol fol. 28. *scribit, hanc & alias formas passivas, quæ significant passionem, quæ ab alio agente infertur, Imperativo carere. Non enim possumus imperare id, quod in potestate nostra non est: ut si hîc velit quis dicere,* הֻרַג Occiditor, *scil. ab alio. In alterius enim manu est occidere vel non occidere, mortem inferre, vel vivum relinquere, pœnâ mortis, vel mitiori, vel nullâ afficere. At ubi* פּוֹעֵל Agens, & פָּעוּל Patiens *idem est, possumus in Imperativo dicere* הִשָּׁמֵר Custodire, Custoditor,

hoc

quamvis id in plerisq; exemplaribus non obſervetur. Cum Chirek loco Kibbutz; חִתְּתָה פִּתְּחָה vide ab initio hujus capitis.

פֻּקְּדוּ] Huc pertinet; שֻׁפְּכָה *Diffuſi ſunt*, *Pſal.* 73. *v.* 2. *pro* שֻׁפְּכוּ *juxta Maſorethas. Voluit Propheta dicere* שֻׁפְּכָה Diffuſus eſt, *ſcilicet* כָּל רֶגֶל quisque pes, *diſtributivè: illud enim nomen præcedit. Sed lectio, quam vocales indicant, ſenſum refert dualiter,* עַל שְׁתֵּי הָרַגְלַיִם *ad utrumq, pedem, qui conſtituunt* הָאֲשֻׁרִים *greſſus. Sic Kimchi in Comment.* Mediâ gutturali; מֹעֲכוּ *Compreſſa ſunt*, *Ezech.* 23. 2. Unum hîc habet formam ex Niphal compoſitam: ut, נְגֹאֲלוּ *Contaminati ſunt*, *Thren.* 4. *v.* 14. *ad indicandum, quòd* נִגְאֲלוּ *polluti fuerint, hoc eſt, polluerint ſeſe ſanguine proprio per mutuas cædes, & quòd* גֹּאֲלוּ *polluti fuerint ſanguine ac cædibus ab inimicis ſuis, ſcribit Kimchi in Michlol fol.* 71. Simile vide infrà capite 32. ad Præter. Ex pluriliteris: חֳמַרְמָרוּ *Lutulenta facta ſunt*, *Thren.* 1. 20. cum Kametz in penultima propter accentum retractum.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

Rariſſimo in uſu eſt. Sunt autem hinc juxta Kimchium; לֻקָּח *Sublatus*, 2. *Reg.* 2. *v.* 10. הַיּוּלָּד *Qui natus eſt*, *Jud.* 13. 8. אֻכָּל *Conſumptus*, *Exod.* 3. 2. יוּקָשִׁים *Irretiti ſunt, irretiuntur*, *Eccleſ.* 9. 12. *pro* יֻקָּשִׁים Dageſch & vocali brevi in longam converſis, quod & aliâs ſæpè fit. Fœmininum in ת, מוּעֶדֶת *Luxatus*, *Prov.* 25. *v.* 19. cum Schurek loco Cholem, ut ſuprà fuit מֹעֲכוּ. *At Grammatici de his non conſentiunt: vel enim pro Præteritis habent, vel pro Nominibus adjectivis participialibus ex hac forma paſſivâ ortis.* Huc refertur à quibusdam, עֻלְפֶּה Defectus, Laſſus, pro עֻלָּף ut He ſit paragogicum, Ezech. 31. 15.

AD PARTIC. PRÆTERITUM.

מְפֻקָּר] Formatur à ſuo Præterito paſſivo, ut præcedens,

Imperat. caret.

Futurum.

Sing.

	fœmin.	*mascul*
1		אֲפֻקַּד
2	תְּפֻקְּדִי	תְּפֻקַּד
3	תְּפֻקַּד	יְפֻקַּד

Plural.

	fœmin.	*mascul*
1		נְפֻקַּד
2	תְּפֻקַּדְנָה	תְּפֻקְּדוּ
3	תְּפֻקַּדְנָה	יְפֻקְּדוּ

ANNOTATIONES AD PRÆT.

פֻּקַּד] Sic, לֻקַּח *Desumptus fuit*, *Genes.* 3. *v.* 23. Cum Schurek loco Kibbutz: יוּלַּד *Natus est*, Judic. 18. 29. Sic הוּתַּל *Delusus*, *Jesa.* 44. 20. ubi etiam Dageſch excidit. Cum Kametzchatuph; כָּרַּת *Præcisus est*, *Ezech.* 16. *v.* 4. ubi & ר cum Dageſch ſcribitur & legitur, ut & ſuprà cap. 4. dictum eſt. Mediâ gutturali ה Kibbutz manet, citra compenſationem excidentis Dageſch: ut, רֻחָץ *Abluta*, *Proverb.* 30. *v.* 12. Ante alias & ר, per Cholem compenſatur: ut, הֹרַג *Occisus fuit*, *Jesa.* 27. 17. טֹרַף *Discerptus fuit*, *Genes.* 44. *v.* 28. פֹּרַשׁ *Declaratum fuit*, *Num.* 15. *v.* 34. Ex quadratis; אֻמְלַל *Elanguit*, *Hos.* 4. 3. רֻטֲפַשׁ *Recreatus fuit*, *Job.* 33. 25.

פֻּקְּדָה] Cum Kametzchatuph; שָׁדְּדָה *Vastata est*, *Nah.* 3. *v.* 7. Mediâ gutturali; סֹעֲרָה *Procellis agitata*, *Jesa.* 54. 11. רֻחָמָה *Misericordiam consecuta*, *Hoseæ* 1. *v.* 6. habet Kametz in penultima propter pauſam: Sic, לֹא נֻחָמָה *Consolatione destituta*, *Jesa.* 54. 11. *At*; לֻקֳּחָה *Sumpta*, *Genes.* 2. 23. habet Chatephkametz ſub Koph, loco Scheva præter normam: Koph etiam eſt Raphe, ſeu lene, quam-

in ſecunda radicali. Prò Kibbutz aliquando eſt Kametzchatuph, cùm hæ vocales ſint permutabiles. Volunt Hebræi paſſionem hîc ſignificari ab alio, non à ſe ipſo, ut כֻּפַּר *Expiatus fuit* ſc. ab alio. Unde Imperativo caret. Quia verò agens ferè non commemoratur, inde eam voçant, בִּנְיָן שֶׁלֹּא נִזְכַּר פָּעֳלוֹ Binjan, Schælo niſcar poolo, *id eſt, Conjugatio cujus non commemoratur agens*; & ita ſæpè eam Santes in ſuo Theſauro linguę ſanctæ appellat: & paſſim Rabbini in ſuis Commentariis, ut in Aben Eſra Gen. 1. ℣. 26. & cap. 2. 1. Kimchi 2. Reg. 2. 10.

Præteritum Pyhal.

Sing.

	fœm.	*maſc.*
3	פֻּקְּדָה	פֻּקַּד
2	פֻּקַּדְתְּ	פֻּקַּדְתָּ
1		פֻּקַּדְתִּי

Plural.

3		פֻּקְּדוּ
2	פֻּקַּדְתֶּן	פֻּקַּדְתֶּם
1		פֻּקַּדְנוּ

Partic. præſens ſive Benoni.

	P.	S.
M.	פֻּקָּדִים	פֻּקָּד
F.	פֻּקָּדוֹת	פֻּקָּדָה

Partic. præteritum ſive Pahul.

	P.	S.
M.	מְפֻקָּדִים	מְפֻקָּד
F.	מְפֻקָּדוֹת	מְפֻקָּדָה / מְפֻקֶּדֶת

Infinitum

פֻּקֹּד

Imperat.

nam juxta Masorethas ' alterum in scriptura redundat: וַיְּיַחֶל *Et exspectavit*, Genes. 8. ℣. 10. pro וַיְיַחֵל & Sægol in fine est loco Tzere, ob accentum ad penultimam retractum. Specialis anomaliæ sunt, ac fortè metri causâ: יְדַשְּׁנֶה *In cinerem redigat*, *Psalm.* 20. *v.* 4. cum ה paragogico antecedente Sægol loco Kametz, cui simile vide infrà ad Infinit. cap. 31. Aliud ה paragogicum cum hac persona reperies infrà cap. 28. ad Futurum Hiphil: יְרַדֹּף *Persequatur*, *Psalm.* 7. *v.* 6. habet formam ex Kal & Pihel compositam, nempe ex יִרְדֹּף & יְרַדֵּף *Persequatur ipse*, *& Persequi faciat quoq; alios*. Sic enim in his compositis & mixtis formis, plerumque utramque formam volunt suam habere emphasin, & compendio unâ voce duplicem significationem comprehendi. Ex quadratis: יְכַלְכֵּל *Sustentat*, *Proverb.* 18. *v.* 14. Item, יְכַרְסְמֶנָּה *Suffodiat eam*, *Psalm.* 80. *v.* 14.

יְפַקְּדוּ] Irregulare est; יְהָתֵלּוּ *Illudent*, *Jerem.* 9. *v.* 5. cum Dagesch euphonico & Tzere, ob accentum ad penultimam retractum: Kametz verò hîc est, ut in Infinitivo. Cum Nun paragogico: יְרַקֵּדוּן *Saltitant*, *Job.* 21. *v.* 11. Hinc, יְשַׁחֲרֻנְנִי, quod vide lib. 2. capite decimo septimo, ad Futurum. Ex quadratis; יְשַׁעְשְׁעוּ *Oblectabunt*, *Psal.* 94. 19.

תְּפַקֵּדְנָה] Sic, תְּדַבֵּרְנָה *Locuturæ sunt*, *Job.* 27. *v.* 4. Sæpiùs autem in penultima est Pathach, maximè in Pausa: ut, תְּבַקַּעְנָה *Disciderunt*, 2. *Reg.* 2. *v.* 24. תְּפַלַּחְנָה *Diffindent*, *Job.* 39. *v.* 6. תְּנָאַפְנָה *Adulterantur*, *Hos.* 4. *v.* 14.

CAPUT XVI.

De Conjugatione Passiva PYHAL.

HANC vocalis Kibbutz potissimùm ab activa discernit: nam character idem est, Dagesch forte in se-

AD IMPERATIVUM.

פְּקֹד] Ablato accentu, ut in Infinitivo: קַדֶּשׁ־לִי *Consecrato mihi, Exod.* 13. *v.* 2. Quandoque in fine Pathach est ut in Præterito: ut, פַּלַּג *Divide, Psalm.* 55. *v.* 10. כַּתַּר *Exspecta, Job.* 36. 2. שַׂמַּח *Lætifica, Prov.* 27. *v.* 11. Excidente Dagesch: בָּאֵר *Declara, Habac.* 2. *v.* 2. בָּרֵךְ *Benedic, Psal.* 28. 9. Sic, חָתֹם, de quo vide infrà cap. 28. ad Infinitivum, מַהֵר *Festina, Genes.* 19. 22. קָרֵב *Admove, Ezech.* 37. *v.* 17. Cum ה paragogico: סַפְּרָה *Narra,* 2. *Reg.* 8. 4. מַהֲרָה *Festina,* 1. *Sam.* 23. 27. Ex quatuor literarum Verbis unum hîc est cum adjuncto Pronomine; סַלְסְלֶהָ *Extolle eam, Prov.* 4. 8.

פַּקְּדִי] Sic, מַהֲרִי *Festina*, Gen. 18. 6. Excidente Dagesch: הַלְלִי *Lauda,* Ps. 146. 1. & 147. 12. Sic הַלְלוּ, in Fut. אֲהַלְלָה. Sic frequentissimè quando litera geminatur.

פַּקְּדוּ] Sic, נַחֲמוּ *Consolamini*, Esa. 40. 1.

AD FUTURUM.

אֲפַקֵּד] Cum ה paragogico, ut antea: אֲחַלְּקָה *Dividam, Psalm.* 60. *v.* 4. אֲבָרְכָה *Benedicam, Psalm.* 34. *vers.* 2. Contractum est, אַבֶּדְךָ *Perdam te, Ezech.* 28. *v.* 16. pro אֲאַבֶּדְךָ sicut alibi dicitur אֲאַלֶּפְךָ Docebo te, *Jobi* 33. *v.* 33. Sic, וַתַּזְרֵנִי Et accingis me, pro, וַתְּאַזְּרֵנִי 2. Sam. 22. 40.

תְּפַקְּדִי] Accentu ad penultimam retracto, redit Tzere: ut, תְּדַבֵּרִי *Loquaris, Jesa.* 29. *v.* 4. Ex quadratis; תְּשַׂגְשֵׂגִי *Facies ut crescat, Jesa.* 17. *v.* 11.

יְפַקֵּד] Mediâ gutturali: יְנַהֵג *Abduxerit, Deut.* 4. *v.* 27. יְתָעֵב *Abominabitur, Psalm.* 5. *v.* 7. Contracta hîc sunt primâ radicali abjectâ: וַיָּרֶב *Et insidiatus est,* 1. *Samuel.* 15. *v.* 5. *pro* וַיְאָרֶב, aut est ex Hiphil juxta alios, pro וַיַּאֲרֵב vel יָאֲרֵב vel est, *Et certavit*, à themate ריב, juxta R. Salomonem. Sic, וַיַּבְּשֵׁהוּ *Et arefecit ipsum, pro* וַיְיַבְּשֵׁהוּ *Nahum.* 1. 4. וַיַּשְּׁרֵם *Et rectà deduxit eos*, 2. *Paral.* 32. *v.* 30. *pro* וַיְיַשְּׁרֵם: nam

מְפַקְּדָה] Tzere quandoque manet, ut in Kal: ut, מְשַׁכֵּלָה *Abortiens, Exod.* 23. *v.*26. Et in מְשַׁכֶּרֶת *Inebrians, Jerem.* 51. 7. מְנָאֶפֶת *Adulterans, Prov.* 30. *v.* 20. Hinc contractum est; שְׁשָׁרַת *Ministrans*, 1. *Reg.* 1. *v.* 15. *pro* מְשָׁרֶתֶת ne duo ת raphata, difficilia pronunciatu, ut Kimchi scribit, concurrant. Hinc quoque est מְבַעֶתְךָ, quod vide libro 2. cap. 17. ad Participium præsens.

מְפַקְּדִים] Cum media litera geminata, vel superflua, לְמְחַצְּרִים *Clangentibus*, 2. Paralip. 5. 13.

מְפַקְּדוֹת] Mediâ gutturali: מְנַהֲגוֹת *Deducentes, Nah.* 2. *vers.* 7.

AD INFINITIVUM.

פַּקֵּד] Accentu ablato, corripitur Tzere in Sægol, ut dictum capite 4. ut, וְדַבֶּר־אָוֶן *Et loqui vanitatem, Jesa.* 58. *v.* 9. Mediâ gutturali vel ר, שַׁחֵת *Perdere, Genes.* 13. *v.* 10. הָרֵס *Destruendo, Exod.* 24. *v.* 23. Huic simile, הָתֵל *Illudere, Exod.* 8. 9. de quo etiam ad Præter. Cum ה paragogico Tzere transit in Scheva: ut, זַמְּרָה *Psallere, Psal.* 147. *v.* 1. Sic; צַדְּקָה *Justificare*; unde בְּצַדְּקָתֵךְ de quo lib. 2. cap. 17. ad Infinitivum. Quædam speciali anomaliâ retinent formam Præteriti: נִאֵץ *Irritando*, 2. *Sam.* 12. *v.* 14. אַחֲרֵי חִלֵּץ *Post eruere, Levit.* 14. *v.* 40. juxta Kimchium, propterea quòd duo alii Infinitivi, in simili & continuatâ locutione sequuntur; שִׁלֵּם *Retribuere, Deut.* 32. *v.* 53. pro *Retributio*, Infinitivus loco Nominis: at hoc possit esse purum Nomen, ut חִבֵּל *Malus navis, Proverb.* 32. *v.* 34. דַּבֵּר *Sermo, Jerem.* 5. *v.* 13. קִטֵּר *Suffitus, Jer.* 44. *v.* 21. Irregulariter est in Cholem; יַסֹּר *Castigando, Psal.* 118. *v.* 18.

Ex Verbis quatuor literarum: לְכַלְכֵּל *Sustentare*, 1. *Reg.* 4. 7. לְחַרְחַר *Ad accendendum, Prov.* 26. 21.

geſch ex litera Schevata ejecto; שִׁלְּחוּ *Miſerunt, Pſal.* 78. *v.* 7. Ex forma *Pohel* hîc ſunt; זֹרְמוּ *Exundarunt, Pſal.* 77. *v.* 18. שֹׁרָשׁוּ *Radices egerunt, Jer.* 12. 2. Ultimâ ſyllabâ geminatâ; צִמְּתֻתוּנִי *Exciderunt me*, Pſ. 88. 17. Geminatio eſt ad augendam ſignificationem.

AD PARTICIPIUM PRÆSENS.

מְפַקֵּר] Aſſumitur ab initio litera מ cum Scheva, Participiorum in hac conjugatione & ſequentibus, formativa litera. Dageſch excidente eſt cum Kametz: ut מְתָאֵב *Deteſtor, Amos* 6. *v.* 8. מְבָרֵךְ *Benedicens, Prov.* 27. *v.* 14. Et cum ſimplici Pathach: מְנַהֵל *Deducens, Jeſa.* 51. *v.* 18. מְפַחֵד *Pavens, Prov.* 28. *v.* 14. Contractum eſt; מַלְּפֵנוּ *Docens nos, Job.* 35. *v.* 11. *pro* מְאַלְּפֵנוּ. Aliud Anomalum; מְקַלְלוֹנִי vide lib. 2. cap. 17. ad Participium præſens.

Ex forma *Pohel* duo hîc ſunt; Primum; מְלָושְׁנִי *Linguâ lædens vel detrahens, Pſalm.* 101. *v.* 5. cum ׳ paragogico, (ut etiam in Kal vidimus) & Vau redundante, ex abſoluta forma מְלוֹשֵׁן, unde accentu ad ׳ paragogicum translato, corripitur Cholem in Kametzchatuph, quo adjecto, ו omnino in Scriptura redundat, & idcirco Maſorethæ legendum notarunt, מְלָשְׁנִי Vau redundante. Aben Eſra ſcribit eſſe nomen Toar, h. e. participiale, idem quod מַלְשִׁין *Delator, Calumniator, linguâ ſive verbis aliquem lædens*, à לָשׁוֹן *Lingua*. Alterum; לִמְשֹׁפְטִי *Judicanti me, Job.* 9. *v.* 15. vel, *Judici meo*, ut ſit quoque Nomen Participiale.

Ex Verbis quatuor literarum hîc ſunt; מְכַרְכֵּר *Saltans,* 2. *Sam.* 6. *v.* 14. מְכַלְכֵּל *Suſtinens, Malach.* 3. *v.* 2. מְטַלְטֵל *Obtegens, Jeſa.* 22. *v.* 17. מְקַרְקַר *Deſtruens, Jeſa.* 22. *v.* 5. cum Pathach in fine ut in Præterito: מְתַעְתֵּעַ *Seducens, Gen.* 27. 12.

ealem Tzere communiter hîc compenſatur: ut מֵאֵן *Renuit*, בֵּרֵךְ *Benedixit*, בֵּאֵר *Explanavit*, אֵחַר *Diſtulit*, & ſimilia: vel manet Chirek ſolum ſine compenſatione: ut, בִּעֵר *Removit*, 1. *Reg.* 22. *v.* 47. נִאֵץ *Irritavit*, *Pſal.* 10. *v.* 3. לִהֵט *Inflammavit*, *Mal.* 4. *v.* 1. נִחַם *Conſolatus eſt*, *Jeſa.* 49. 13. Irregulare eſt; הֵתֵל *Illuſit*, *Geneſ.* 31. *v.* 7. quod per totam hanc conjugationem ſequitur formam eorum, quæ propter mediam gutturalem, Dageſch per vocalem longam compenſant. Ex forma *Pohel* eſt, שֹׁרֵשׁ *Radices egit*, *Jeſa.* 40. *v.* 24. Et quatuor aut quinque literis; קִלְקַל *Terſit*, *Ezech.* 21. *v.* 21. שִׁעֲשַׁע *Oblectavit ſe*, *Jeſa.* 11. *v.* 8. שַׁאֲנַן *Tranquillus fuit*, *Jerem.* 30. 10. פַּרְשֵׁז *Expandit*, *Job.* 26. *v.* 9. קַרְקַר *Deſtruxit*, *Num.* 24. *v.* 17. סְחַרְחַר *Palpitavit*, *Pſal.* 38. *v.* 11. à סָחַר geminatis duabus poſtremis radicalibus: Pathach penultimæ eſt propter gutturalem vel ר.

פִּקְּדָה] Accentu ad penultimam retracto, redit Tzere: ut, לִחֵכָה *Linxit*, 1. *Reg.* 18. *v.* 38. לִקֵּטָה *Collegerat*, *Ruth.* 2. *v.* 18. Dageſch ex litera Schevata ejecto; שִׁלְחָה *Miſit*, *Ezech.* 17. 7. Diſcrepat; יֶחֱמַתְנִי *Fovit me*, *Pſal.* 51. 7. cum Sægol ab initio loco Chirek, propter ſequens Chatephſægol. Ex forma *Pohel* huc quidam revocant; שֹׁפְטָה *Judicabat*, *Jud.* 4. *v.* 4. ſed hoc poteſt eſſe Participium fœmininum Kal.

פִּקַּדְתָּ] Mediâ gutturali; נֵהַלְתָּ *Deduxiſti*, *Exod.* 15. 13. Sic; הֵתַלְתָּ *Illuſiſti*, *Jud.* 16. 10.

פִּקַּדְתִּי] Quidam huc revocant ex forma Pohel; יוֹדַעְתִּי, quod vide cap. 33. ad Præter. Hiphil. Ex geminatis literis; וְגִלְגַּלְתִּי *Et devolvam*, *Jerem.* 51. 25. שִׁעֲשַׁעְתִּי *Oblectavi me*, *Pſal.* 110. 70.

פִּקְּדוּ] Mediâ gutturali: שִׁחֲתוּ *Corruperunt*, *Jer.* 12. *v.* 10. At, אֵחֲרוּ *Differunt*, *Jud.* 5. 28. cum Sægol propter ſequens Chatephſægol. Simile fuit paulò antè. Da-

Participium Præteritum *sive* Pahul, *quod peregrinum planè locum hîc vulgò obtinet, transposuimus in formam passivam, ubi genitura & origine suâ, usu etiam ac significatione, sedem propriam habet.*

Infinitivus.

פַּקֵּד

Imperativus.

P.	S.	
פַּקְּדוּ	פַּקֵּד	M.
פַּקֵּדְנָה	פַּקְּדִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*mascul.*	
	אֲפַקֵּד	1
תְּפַקְּדִי	תְּפַקֵּד	2
תְּפַקֵּד	יְפַקֵּד	3

Plur.

	נְפַקֵּד	1
תְּפַקֵּדְנָה	תְּפַקְּדוּ	2
	יְפַקְּדוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

פִּקֵּד] Sæpiusculè in Pathach desinunt, maximè si secunda vel tertia radicalis sit litera gutturalis aut ר: ut, אִבַּד *Perdidit, 2.Reg.*21.3. נִהַג *Duxit, Exod.*10.13. שִׁבַּר *Confregit, Psal.*107.*v.*16. Sic ante Makkaph: וּמִלַּט־ *Et liberavit, Eccles.* 9. *v.* 15. לִמַּד־דַּעַת *Docuit scientiam, Eccles.* 12. *v.* 9. Propter gutturales: בִּלַּע *Absorpsit, Jesa.* 25. *v.* 8. שִׁלַּח *Dimisit, Exod.* 9. 7. פִּתַּח *Solvit, Job.* 30. *v.* 11. quæ videntur per crasin sic esse: nam alibi est פִּתֵּחַ Job. 12. *ỷ*. 18. Tria sæpius in Sægol desinunt: דִּבֶּר *Locutus est,* כִּבֶּס *Lavit,* כִּפֶּר *Expiavit.* Dagesch characteristicum excidens, per vocalem

Ad hanc Conjugationem etiam referuntur duo alia Verborum genera: Primum, quod à forma vulgò vocant פוֹעֵל *Pohel*, vel מְרֻבָּע *Quadratum*, à quatuor literis: ut: זוֹרֵם , שׁוֹפֵט , לוֹשֵׁן. *His peculiares conjugationes attribuunt, quasi aliquid novi contineant. At nihil aliud habent, quàm anomaliam hujus conjugationis Pihel, ob ejectum Dagesch, quod in Cholem conversum est, ut etiam fit in Defectivis secundâ radicali. Extant autem hujus formæ, paucæ tantùm voces, quæ suis locis adducentur.* Alterum genus est, quod loco Dagesch habet unam vel alteram Radicis literam geminatam, aut per se in Radice quatuor aut quinque literas: ut, גָּלַל , גִּלְגֵּל *Devolvit*, פֵּרְשֵׁז *Expandit*, & similia. *Sed & hæc nullam aliam habent conjugandi anomaliam, nisi quòd loco Dagesch characteristici habent expressam literam: reliquâ flexione planè cum hac conjugatione conveniunt, unde etiam ea huc referenda duximus. Quæ autem usitata sunt, in singulis Temporibus adducentur.*

Præteritum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
פִּקְּדָה	פִּקֵּד	3
פִּקַּדְתְּ	פִּקַּדְתָּ	2
	פִּקַּדְתִּי	1

Plural.

	פִּקְּדוּ	3
פִּקַּדְתֶּן	פִּקַּדְתֶּם	2
	פִּקַּדְנוּ	1

Partic. præsens sive Benoni.

P.	S.	
מְפַקְּדִים	מְפַקֵּד	M.
מְפַקְּדוֹת	מְפַקְּדָה מְפַקֶּדֶת	F.

fiunt activa, notantq; actionem transeuntem in alium: ut, לָמַד *Didicit*, לִמֵּד *Discere fecit vel jussit*, hoc est, *Docuit, Instituit alium:* Quæ autem in Kal sunt activa, hîc ferè idem significant, nisi quòd actio sæpè videtur intensior & gravior, aut etiam accuratior & frequentata magis designari: ut, שָׁבַר *Fregit*, שִׁבֵּר *Confregit, Contrivit:* צָמַח *Germinavit:* צִמַּח *Validè germinavit*, Ezech. 16. ℣. 7. Neutra significatio videtur esse in sequentibus: פִּתַּח הַסְּמָדַר *Aperuit se uva*, Cantic. 7. 12. חִתְּתָה *Confractus est*, Jer. 51. 56. וּפִתְּחוּ שְׁעָרַיִךְ תָּמִיד *Et aperientur portæ tuæ jugiter*, Esa. 60. 11. לֹא פִתְּחָה אָזְנֶךָ *Non fuit aperta auris tua*, Esa. 48. 8. וּשְׂעָרֵךְ צִמֵּחַ *Et pilus tuus germinavit*, Ezech. 16. 7. כִּי רִוְּתָה בַשָּׁמַיִם חַרְבִּי *Quia inebriatus est in cœlo gladius meus*, Esa. 34. 5. Quidam Grammatici volunt, Chirek in his esse loco Kybbutz, ut sint ex Conjugatione Pyhal. Id tamen non videtur solidum: Ita enim legitur quoq;, כִּי קֵרְבוּ לָבוֹא *Quia appropinquârunt venire, propè advenerunt*, Ezech. 36. 8. Sunt etiam pauca quædam Verba, quæ primæ conjugationis contrarium significatum obtinent: ut, חָטָא *Peccavit*, חִטֵּא *Expiavit à peccato.* Monet Elias in libro *Habbachur*, non fieri istud nisi in Verbis derivatis à Nominibus, ut à שֹׁרֶשׁ *Radix*, fit in Pihel, שֵׁרֵשׁ *Radicatus fuit*, & *Radices evulsit:* à דֶּשֶׁן *Cinis*, דִּשֵּׁן *Removit cineres:* à סְעִיף *Ramus*, סֵעֵף *Ramos excîdit:* Huc referunt quidam, à יָבָם, יִבֵּם *Fratris defuncti uxorem ducere*, h. e. *Removere ab ea nomen* יְבָמָה *Gloris, Fratriæ, & eam uxorem sibi facere:* Deinde non licere nova talia effingere, sed tantùm quæ usus Biblicus approbat, ea retinenda & observanda esse. Postremò non inconveniens esset, hanc conjugationem sequenti postponere, & quartæ continuò præmittere, cùm ea ex hàc nascatur: at quia Lexica nostra omnia, ut & Hebræi omnes, hanc secundo loco ponunt, ideò hîc nihil immutare voluimus.

Ad

תִּפָּקֵד] In Pathach: תֵּעָזַב *Derelinquetur*, *Job*. 18. *v*. 4. תֵּעָצַר *Cohibita fuit*, *Num*. 16. *v*. 48.

יִפָּקְדוּ] Cum Nun paragogico: יִכָּרֵתוּן *Exſcindentur*, *Pſalm*. 37. *v*. 9. יֵחָצְבוּן *Exciderentur*, *Job*. 19. *v*. 24.

תִּפָּקַדְנָה] Penultima ſæpiùs cum Pathach eſt: ut, תִּזָּכַרְנָה *Commemorabuntur*, *Jeſa*. 65. *v*. 17. תֵּאָכַלְנָה *Comedentur*, *Jerem*. 24. *v*. 2. תִּפָּתַחְנָה *Aperientur*, *Jeſ*. 35. *v*. 5. תֵּהָרַגְנָה *Occidentur*, *Ezech*. 26. *v*. 6. Sic, תֵּרָמַסְנָה *Conculcabuntur*, תִּשָּׁכַבְנָה *Concubitu violabuntur*, תִּשָּׁבַרְנָה *Confringentur*, תִּשָּׁאַרְנָה *Relinquentur*, תִּשָּׂרַפְנָה *Comburentur*, תִּבָּהַלְנָה *Conturbabuntur*, & ſi quæ ſunt plura. Duo tertiam radicalem נ per Syncopam amittunt, neque per Dageſch compenſant, ut dictum ſuprà ad primam pluralem Præter. Kal: ut, תֵּאָמַנָה *Nutrientur*, *Jeſa*. 60. *v*. 4. *pro* תֵּאָמַנְנָה vel תֵּאָמַנָּה ut ſuprà in Futuro Kal fuit תִּשְׁכֹּנָה: alterum eſt, תֵּעָגֵנָה *Tardabitis*, *Ruth*. 1. *v*. 13.

CAPUT XV.

De Conjugatione PIHEL.

CONJUGATIO ſecunda eſt, quæ in utraque forma, characteris loco, habet Dageſch forte in media radicali, diciturque in activa forma פִּעֵל *Pihel*, in paſſiva פֻּעַל *Pyhal*: ut, פִּקֵּד *Viſitavit*, פֻּקַּד *Viſitatus fuit*. Hebræis propter Dageſch vocatur בִּנְיָן כָּבֵד *Conjugatio gravis*. Dageſch tamen non tantùm ex gutturalibus, ſed & ex litera cum Scheva notata, euphoniæ causâ ſæpiſſimè excidit, ut in ſingulis Temporibus videbitur. Ex gutturalibus excidens, quandoque per vocalem longam compenſatur, quandoque non.

Porrò Verba in hac conjugatione propriè activa ſunt, rariſſimè neutra. Quæ in Kal ſunt neutra, hîc

in forma passiva Pyhal. Primâ gutturali; הֵאָסֵף *Aggrega te*, *Deut.* 32. *v.* 50. Unum est, juxta Kimchium in Michlol fol. 69. cum Characteristica נ ut in Infinitivo, formâ tamen præterea irregulari; נִקָּבְצוּ *Congregate vos*, *Joel.* 3. *v.* 11. *pro* הִקָּבְצוּ, cui simile infrà cap. 50. ad Imperativum. Quibusdam citra ullam anomaliam est purum Præteritum.

AD FUTURUM.

אֶפָּקֵד] א ut reliquæ formativæ, non rarò cum Chirek est: ut, אִדָּרֵשׁ *Consulor*, *Ezech.* 14. *v.* 3. אִשָּׁבֵעַ *Jurabo*, *Genes.* 21. *v.* 24. Sic cum ה paragogico; אִמָּלְטָה *Eripiam me*, *Genes.* 19. *v.* 20. אִכָּבְדָה *Honorabor*, *Exod.* 14. *v.* 17. Hinc est unum, quod legitur cum paragoga literæ ה, sed scribitur absque ה hoc modo, אֶכָּבֵד Hag. 1. *ỽ.* 8. ratio ejus apud Talmudicos legitur, qui de hac voce ita scribunt: *Quid docet* ה *deficiens? Quinq; res, quæ fuerunt in Sanctuario primo, & defecerunt in Sanctuario secundo, nempe Arca cum propitiatorio & Cherubim, Ignis, Præsentia majestatis divinæ, Spiritus sanctus, Urim Thummim*, Tractatu Joma, cap. 1. in fine. Glossator addit, per *Spiritum Sanctum* intelligi Spiritum propheticum, qui cessavit ab anno secundo Darii. Hinc supplendus est R. Salomonis Commentarius, in quo primum omittitur: neque enim Urim & Thummim apud ipsum accipienda sunt pro duabus rebus, sed pro una. אֶסָּעֲרֵם quod ad formam hujus personæ accedit, vide suprà in futuro Kal.

תִּפָּקֵד] In Pathach loco Tzere: תִּשָּׁבַר *Confringêris*, *Ezech.* 32. *v.* 28. תֵּעָזַב *Derelinquetur*, Jobi 18. *ỽ.* 4.

יִפָּקֵד] Primâ gutturali: יֵאָסֵף *Congregabit se*, *Jerem.* 47. *v.* 6. In Pathach: ut, וַיֵּאָנַשׁ *Et infirmatus fuit*, 2. *Sam.* 12. *v.* 15. וַיִּנָּפַשׁ *Et respiravit*, *Exod.* 31. *v.* 17. וַיִּגָּמַל *Et ablactatus fuit*, *Genes.* 21. 8. וַיֵּאָמַר *Et renunciatum fuit*, *Jos.* 2. *v.* 2.

תפקד

racteristicam ה, quæ facit ut characteristica conjugationis abjiciatur, ne duæ formativæ concurrant: propter ipsius autem defectum ponitur Dagesch in prima radicali. Atque communiter ita in hac lingua, *Characteristica Temporis excludit characteristicam conjugationis.* Assumitur autem ה in locum literæ נ, ut differat hoc Tempus à præcedentibus, scribit Kimchi in Michlol folio 69. Si prima radicalis fuerit litera gutturis, Dagesch excidens compensatur per Tzere sub ה: ut הֵאָסֵף *Aggregari, Numer. 12. v. 15.* Est etiam hîc terminatio Cholem non infrequens: ut, הֵאָכֹל *Comedendo, Levit. 7. v. 18.* הִנָּתֹן *Tradendo, Jerem. 32. v. 4.* Quædam hujus terminationis characteristicam conjugationis נ servant: ut נִלְחֹם *Pugnando, Jud. 11. v. 25.* נִשְׁאֹל *Postulando, 1. Sam. 20. v. 28.* נִכְסֹף *Desiderando Genes. 31. v. 30.* נִשְׁלֹחַ *Mittendo, Esth. 3. v. 13.* Hujus quoque formæ est; נִגּוֹף *Percutiendo, Jud. 20. v. 29.* primâ radicali נ deficiente, & per Dagesch compensatâ, cùm alioqui reliqua ejus generis Verba sint analoga. Huc quoque pertinet; כְּהִנְדֹּף *Secundùm propelli, Psal. 68. v. 3.* pro כְּהִנָּדֵף formâ quasi ex Infinit. Kal. נְדֹף, & hinc assumtâ literâ ה, compositâ. Specialis anomaliæ est; הַאִדָּרוֹשׁ *An consulendo, Ezech. 14. v. 3.* pro, הַהִדָּרֵשׁ, altero ה in א commutato facilioris pronunciationis gratiâ. Hæc, בִּכָּשְׁלוֹ, בֶּהָרֵג, בֵּעָסֵף vide lib. 2. cap. 20. in Syntaxi Præpositionum inseparabilium cum Verbis.

AD IMPERATIVUM.

הִפָּקֵד] Servatur forma Infinitivi. Competit hic Imperativus propriè Verbis reciprocæ significationis: purè autem passiva hoc loco, ut & in aliis formis passivis, Imperativo carent, ut ampliùs explicatur capite 16.

Activa verba Hebræis vocantur פְּעָלִים יֹצְאִים Verba transeuntia, *sive Transitiva, quorum actio transit in aliud subjectum: Neutra,* עֹמְדִים Stantia, *sive* בִּלְתִּי יוֹצְאִים Non transeuntia, *hoc est, intransitiva, quando actio non transit extra agentem. Paßiva periphrasticè appellant* פְּעוּלִים *vel* נִפְעָלִים, *pro forma quaq; paßiva.*

Cæterùm paradigma פָּעַל propter anomaliam è media gutturali provenientem, à posterioribus Grammaticis rejectum est, ac substitutum Verbum פָּקַד *Visitavit,* quo Kimchi in libro Michlol ad demonstrandam analogiam in conjugando utitur, & nos proinde eodem hîc utemur.

De Usu & Significationibus hujus & reliquarum Conjugationum, vide plura in Notis ad finem libri adjectis.

FORMA ACTIVA KAL.

Præteritum.

Sing.

	masc.	*fœmin.*
3	פָּקַד	פָּקְדָה
2	פָּקַדְתָּ	פָּקַדְתְּ
1	פָּקַדְתִּי	com.

Plur.

3	פָּקְדוּ	com.
2	פְּקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּן
1	פָּקַדְנוּ	com.

Partic. præsens sive Benoni.

	Sing.	*Plur.*
M.	פּוֹקֵד	פּוֹקְדִים
F.	פּוֹקְדָה / פּוֹקֶדֶת	פּוֹקְדוֹת

Partic.

Atque hæc generalis est personarum, in singulis Temporibus quorumcunque Verborum, formatio, quæ deinceps ad singularum flexionum formas specialiter erit accommodanda.

CAPUT XIII.

De Conjugationibus Verborum, & earum primâ KAL.

FLEXIO Verbi secundum Tempora & Personas dicitur *Conjugatio*: Hebræis בִּנְיָן *Binjan*, Structura, Ædificium, à בָּנָה *Aedificare*: estque *Quadruplex*, quarum tres priores, pro agendi pel patiendi significatione, duplicem formam habent, *Activam & Passivam*, quarta autem, ob *Reciprocam* ferè significationem, sub una forma, activa & passiva simul est. Unum verò idemque Verbum per quatuor has conjugationum formas flectitur, ob alium atque alium ipsius significandi modum, ut singulis conjugationibus intelligetur.

Prima Conjugatio in forma activa communiter dicitur Hebræis קַל *Kal*, id est, *Levis* sive *lenis*; tum à *forma*, quæ nudo ac simplici themate constat, tum à *significatione*, quæ hîc, utpote in puro themate, lenior & simplicior est: vel פָּעַל *Pahal*, à forma communi primæ Vocis, quam Verbum פָּעַל paradigma conjugationum apud Grammaticos Hebræos, indicat. In passiva forma, eâdem ratione ab eodem paradigmate dicitur נִפְעַל *Niphal*. Sola autem Verba activè significantia, in formam passivam hîc traducuntur: Neutra, cùm passivam significationem in se inclusam habeant, solâ formâ Kal contenta sunt, ut & propterea Participio Præterito sive Pahul carent.

Activa

ut præcedat prima, sequatur tertia, deinde secunda, prout א *primam,* ' *tertiam,* ת *secundam denotat, id omninò præter necessitatem & artis formam factum est. Nos ergo servabimus ordinem à prima ad secundam, & inde ad tertiam, qui Græcis & Latinis usitatus est.*

Prima singularis: אֶפְקוֹד *Visitabo*, ex א quod ex אֲנִי Ego: Pluralis, נִפְקוֹד *Visitabimus*, ex נ quod ex אֲנַחְנוּ *Nos*.

Secunda singularis masculina: תִּפְקוֹד *Visitabis* ex ת, quod ex אַתָּה *Tu*: sic pluralis, תִּפְקְדוּ *Visitabitis*. Secunda singularis fœminin. תִּפְקְדִי *Visitabis tu fœmina*, ex ת quod ex אַתְּ *Tu fœmina*, ' se habet ut in Imperativo. Secunda pluralis תִּפְקוֹדְנָה ex ת ut antè. Terminatio se habet ut in Imperativo.

Tertia singul. masc. יִפְקוֹד *Visitabit ille*, ex ' vicario ו צֵּ ex הוּא *Ille*, ne ו formativum confunderetur cum ו consignificativo, quod pro Conjunctione usurpatur: Pluralis, יִפְקְדוּ *Visitabunt illi*. Tertia fœminina singul. תִּפְקוֹד *Visitabit illa*, ex ת vicario ה צֵּ ex הִיא *Illa*. Forma quidem hæc cum secundâ sing. masculinâ eadem, sed formatio diversa, & appositum Nomen masc. vel fœmininum, personas semper distinguit. Tertia plur. fœmin. תִּפְקוֹדְנָה *Visitabunt illæ*. Est ergo hæc vox nunc secundæ personæ, nunc tertiæ, quia syllaba formativa נָה potest esse ex אַתֵּנָה *Vos*, & ex הֵנָּה *Istæ*.

Porrò Præteriti & Futuri personæ in ו vel י desinentes, crebrò accipiunt ן paragogicum: ut, יָדְעוּן *Cognoverunt*, *Deut*. 8. *v*. 3. תְּכָרֵתוּן *Succidetis*, *Exod*. 34. *v*. 13. תִּדְבָּקִין *Adhærebis*, *Ruth*. 2. *v*. 8.

Secunda sing. mascul. Præteriti & Imperativi, ac prima persona Futuri, item Infinitivus, frequentissime sunt cum ה paragogico, præcedente Kametz, ut suis locis passim ostendetur.

Atque

Secunda masculina singularis in תָּ ex אַתָּה *Tu*: ut פָּקַדְתָּ *Visitasti tu vir*: fœminina in תְּ ex אַתְּ: ut פָּקַדְתְּ *Visitasti tu fœmina*. Secunda pluralis masc. in תֶּם ex אַתֶּם: ut, פְּקַדְתֶּם *Visitastis vos viri*: fœminina in תֶּן ex אַתֶּן: ut, פְּקַדְתֶּן *Visitastis vos fœminæ*.

Prima singularis in תִּי ex אֲנִי literâ ת per Epenthesin ascitâ, aut usurpatâ pro נ, ne fieret confusio hujus syllabæ formativæ cum Pronomine consignificativo נִי: ut, פָּקַדְתִּי *Visitavi*: pluralis in נוּ ex אֲנַחְנוּ: ut, פָּקַדְנוּ *Visitavimus nos*.

Imperativus solam habet personam secundam, genere & numero distinctam. Quando accentus primæ vocis פְּקֹד transfertur ad accedentem literam formativam, tum ultima ejus vocalis mutatur in Scheva, propter quod antecedens Scheva transit in Chirek, juxta doctrinam suprà cap. 4. propositam. Sic fœminina singularis exit à masculina in י., Jod desumpto ex forma Pronominis אַתִּי: ut, פִּקְדִי *Visita tu fœmina*: & plulalis secunda in וּ; פִּקְדוּ *Visitate vos viri*. Secunda pluralis fœminina in נָה ex forma paragogica Pronominis אַתֵּנָה: ut, פְּקֹודְנָה.

Futurum, quia eam ordinis necessitatem non habet, quam Præteritum, ideo communem flexionis modum à persona prima ad secundam & tertiam, apud Hebræos Grammaticos servat. Formantur autem ejus personæ ab Imperativo, assumptis ab initio quatuor literis characteristicis, אתין, quibus integrè distinguuntur. *Has literas Hebræi includunt memoriæ causâ, in nomen proprium* אֵיתָן, *Viri celebris ab insigni sapientia, ut est* 1. *Reg.* 4. *v.* 31. *& Cantoris peritißimi, Psal.* 89. *unde vulgò appellantur* Literæ Ethan. *At, quòd etiam flexionem personarum disposuerunt juxta ordinem literarum hujus Nominis, ita ut præ-*

dus. Ut verò Temporis, ſic quoque numeri, generis, perſonæque differentiâ caret. Exprimuntur etiam per Infinitivum *Gerundia*, præfixis ipſi quatuor literis בכ לם quas vulgò memoriæ causâ *Bachlam* vocant: ut, בִּפְקוֹד *In viſitando*, כִּפְקוֹד *Secundum viſitare*, לִפְקוֹד *Ad viſitandum*, מִפְּקוֹד *A viſitando*: Vide lib. 2. cap. 16. & 21. Hinc ſex Tempora vel diverſi flectendi modi fiunt, qui hoc ordine ab Hebræis collocati ſunt: *Præteritum*, *Participium præſens ſive Benoni*, *Participium Præteritum ſive Pahul*, *Infinitivus*, *Imperativus*, & *Futurum*.

Legitimus quidem ordo fuiſſet, ut præceßiſſet Tempus finitum in Præterito & utroq; Futuro, ſecutum fuiſſet Infinitum, ac ultimo loco Participia, tanquam Nomina verbalia, ordinem clauſiſſent, ut apud Græcos & Latinos factum: at quia ſuperior Hebræorum ordo in noſtris etiam Scholis nunc ferè communiter receptus, ac in Lexicis Hebraicis obſervatus eſt, eum & nos hoc tempore retinere voluimus.

PERSONA eſt ſpecialis terminatio Verbi: eaque *Triplex* in utroque numero, diſtincto ferè genere conſtans. Prima tamen quælibet, & tertia pluralis Præteriti, generis communis ſunt. Præteritum autem & Futurum tantùm per perſonas integrè diſtinguuntur. Pręteritum flexionis initium facit à perſona tertia maſculina ſingulari, quòd ea ſimplex & purũ thema continet, unde reliquæ perſonę, aſſumptis certis literis vel ſyllabis formativis, efformantur. Accentus ſede mutatâ, alterutra hujus perſonæ vocalis mutatur in Scheva.

Tertia fœminina ſingularis à maſculina exit in ה, communem terminationem fœmininorum, quando à maſculinis deſcendunt, ut dictum eſt ſuprà cap. 7. Eſt autem illud ה ex Pronomine הִיא *Illa*: ut, פָּקְדָה *Viſitavit illa*: hinc porrò tertiâ pluralis in ו, ut, פָּקְדוּ *Viſitarunt illi* vel *illæ*.

Secun-

fieri debet, ut in illo loco: *Beatus est vir, qui non* הָלַךְ *ambulavit*, (ambulat) *in consilio improborum, & via peccatorum non* עָמַד *institit*, (insistit) *ac in consessu derisorum non* יָשַׁב *sedit*, (desidet) *& in Lege ejus* יֶהְגֶּה *meditabitur*, (meditatur) *die ac nocte, Psal.* 1. *v.* 1. Hinc Ab. Esra ad hunc Psalmum scribit: כַּאֲשֶׁר יִרְצוּ לְדַבֵּר עַל זְמַן עוֹמֵד יְדַבְּרוּ בִּלְשׁוֹן עָבָר גַּם בִּלְשׁוֹן עָתִיד Quando volunt loqui per tempus stans, (*id est, præsens*) loquuntur sermone præteriti, vel sermone futuri, *hoc est, Præsens tempus quandoq; per Præteritum, quandoq; per Futurum efferunt*: Idem Job. 3. 2. יָדוּעַ כִּי אֵין בִּלְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ סִימָן שֶׁיּוֹרֶה עַל הָאֶמְצָעִי וְאֵין בִּלְשׁוֹנָם חוּץ מֵעָתִיד וְעָבָר וְכָל מָה שֶׁתִּמְצָא בְּאִיּוֹב שֶׁהוּא לְשׁוֹן עָתִיד הוּא בֵּינוֹנִי אוֹ לְשׁוֹן עָבָר id est, *Notum est, quòd in lingua sancta non est signum aliquod Temporis præsentis, neq; habent in lingua sua, nisi Futurum & Præteritum. Unde quicquid repereris in Jobo, quod est Futurum, illud etiam pro Præsenti vel Præterito capiendum. Sic Rabbi Salomon, Genes.* 24. *v.* 45.

Frequentissima verò etiam est reliquorum Temporum commutatio & Enallage, ut Imperativi pro Futuro, & contrà; Præteriti pro Futuro, & Futuri pro Præterito, tum per se & simpliciter in Prophetiis, tum propter præfixam literam ו, ut antè dictum, & plenè traditur lib. 2. cap. 21. In continuata etiam sententia, sequens Tempus trahitur plerunque in naturam præcedentis. Item Participium præsens formæ activæ pro Futuro participiali: ut, בָּאָה *Euntem, Jonæ* 1. *v.* 3. id est, *Ituram, & quidem mox*, quod vocant, *Paulò-postfuturum.*

Infinitum Tempus est, in quo nullum certum tempus definitur; ut פָּקוֹד vel פְּקוֹד *Visitare.* Hebræis dicitur מָקוֹר *Fons, Scaturigo, unde scil. rivi definitæ significationis in reliqua finita Tempora deducuntur*, Latinis *Infinitivus modus.*

Participia ſæpè in Nomen purum degenerant: ut, רוֹעֶה *Paſtor & Paſcens*, אוֹהֵב *Amans, Amicus, Amator*. Hinc Participium Hebræis vocatur, שם הפועל, & שם הפעול Nomen Verbale.

Nomina Pohel *&* Pahul *deducta ſunt à Verbo* פָּעַל, *quod Hebræi Grammatici pro paradigmate Conjugationum uſurpant, & à forma prima vocis in unaquaq; conjugatione, conjugationem ipſam denominant, quâ ratione etiam hæc duo Tempora ſic appellata ſunt. Quinetiam ad explicandas affectiones ſingularum literarum cujusq; thematis, primam omnium Verborum literam inde nominant* Pe, *ſecundam* Hajin, *tertiam* Lamed, *quæ loquendi ratio Hebræis quidem commoda eſt, at Latinis inſolens & obſcura.*

Futurum duplex eſt, *Primum* & *Secundum*.

Futurum primum, Hebræi צִוּוּי *Tziſſui* Imperium vocant, & ſic noſtri *Imperativum modum*: ut, פְּקוֹד *Viſita, viſitato*.

Futurum ſecundum, עָתִיד *Futurum* ſimpliciter dicunt, & ſumitur pro Futuris omnibus: ut, אֶפְקוֹד *Viſitabo, viſitavero, viſitaturus ſum.* At ו cum Pathach ſequente Dages Futuro præfixum, convertit illud in Præteritum. Vide lib. 2. cap. 21. *Quemadmodum autem Kimchi paſſim in ſuo Michlol, utrumq; hoc Futurum uno nomine generaliter appellat* עָתִיד Futurum, *& tamen in ſpecie deinde primum nominat* צִוּוּי, *& alterum* עָתִיד: *ſic & nos, Imperativi & Futuri nomina, in Latinorum ſcholis nunc recepta, tanquam uſitatiora & notiora retinebimus.*

Præſens tempus Hebræi proprium nullum habent: efferunt autem illud partim per utrumq; Participium, ut docetur lib. 2. cap. 18. partim per Præteritum & Futurum in generalibus ſententiis, cùm ſignificatur, non quod fuit aut futurum eſt, ſed quod perpetuò eſſe aut

fieri

CAPUT XII.

De Verbo.

Sic fuit Nomen & Pronomen: sequitur Verbum cum Participio.

VERBUM est vox flexilis, cum *Tempore* & *Persona*. *Numeri* hîc tantùm sunt Singularis & Pluralis, quorum ratio in ipsa flexione patebit.

Genera eadem quæ in Nominibus, quorum distinctio in personis declarabitur.

TEMPUS est, quod Verbum certo tempore discriminat: estque *Finitum* vel *Infinitum*.

Finitum est aut *Præteritum*, vel *Futurum*.

Præteritum unicum est, quod reliquas Præteriti species includit: ut פָּקַד *Visitabat, visitavit, visitaverat, visitavisset:* quod autem quoque loco exprimi debeat, ex tenore sententiæ facilè intelligitur. Vau וְ cum Scheva Præterito præfixum, sæpè convertit illud in significationem Futuri. Vide lib. 2. cap. 21.

Ex Præterito oritur *Participium duplex*, Præsens & Præteritum. Præsens Hebræi communiter vocant בֵּינוֹנִי *Benoni*, id est, *Intermedium*, quandoque etiam פֹּעֵל *Pohel*, à forma: ut, פֹּקֵד *Visitans:* Præteritum similiter à forma, פָּעוּל *Pahul*, appellant: ut, פָּקוּד *Visitatus*, vel *Qui visitatur*. Utrunque flexionem nominum in utroq; genere imitatur: ut, פּוֹקֵד *Visitans*, פּוֹקְדִים *Visitantes:* פּוֹקְדָה *Visitans illa*, פּוֹקְדוֹת *Visitantes illæ*. Fœmininum singulare indifferenter ferè in הָ acutum, vel ת penacutum, duplici Sægol (aut Pathach, propter gutturalem) antecedente desinit, quæ Generis hîc affectio specialis est: ut, פֹּקְדָה vel פֹּקֶדֶת *Visitans illa:* שֹׁמְעָה vel שֹׁמַעַת *Audiēs illa*.

Mihi, לָנוּ *Nobis:* לָךְ לָךְ *Tibi:* לָכֶם לָכֶן *Vobis:* לוֹ , לָהּ *Ipsi:* לָהֶם , לָהֶן *Ipsis.* Ter ſcribitur לָה pro לָהּ, nempe Num. 32. 42. Ruth. 2. 14. Zach. 5. 11.

Accuſativi nota אֶת ſæpiùs commutatur in אוֹת ad commodiorem conjunctionem: ut, אוֹתִי *Me*; אוֹתָנוּ *Nos:* אוֹתְךָ , אוֹתָךְ *Te:* אֶתְכֶם , אֶתְכֶן *Vos:* אֹתוֹ *Eum*, אוֹתָהּ *Eam:* אוֹתָם , אוֹתְהֶם Ezech. 23. 4. 5. nec ſæpiùs, אֶתְהֶם *Eos:* אוֹתָן , אֹתָנָה , אֶתְהֶן *Eas.* A Maſorethis obſervatum, אוֹתָךְ ſedecim locis fœmininum eſſe: vide Ezech. 16. 39. & Gen. 39. ℣. 9.

Ablativus per מ & ſæpiùs per geminum מ: ut, מִנִּי *Jeſa.* 22. 4. מִנִּי *Pſal.* 139. 9. מִמֶּנִּי *A me:* מִמֶּנּוּ *A nobis*, quod Orientales Judæi, id eſt, Babylonii, legunt מִמֶּנוּ absq; Dageſch in Nun, ut diſtinguatur ab Ablativo tertiæ perſonæ: ſed Occidentales, id eſt, qui in terra Iſraël habitabant, id non obſervarunt, de quo prolixè agit Aben Eſra Exod. 1. ℣. 9. מִמֵּךְ , מִמְּךָ *A te:* מִכֶּם , מִמְּכֶם *A vobis:* מִמֶּנּוּ , מִנְהוּ *Job.* 4. *v.* 12. מִנֵּהוּ *Ab illo, Pſal.* 68. *v.* 24. מֵהֶם , מִנְּהֶם *Ab illis*, *Job.* 11. *v.* 20. ſed hæc ad Syntaxin propriè pertinent. Quinquies legitur מִמֶּנּוּ, quæ putantur legenda מִמֶּנָּה, quale unum Jud. 11. 24.

כ in his Affixis ubique eſt loco ת, ut hæc Pronomina ſignificativa, diſtinctam habeant formam à literis vel ſyllabis formativis תָּ , תְּ , תֶּם , תֶּן quarum uſus explicabitur capite ſequenti.

מו eſt pro ם, maximè in libris Poëticis, Jobo, Pſalmis & Proverbiis.

Pro ךְ.. quandoque eſt, כִי ut Pſal. 116. 7. 19. at ea forma ad Chaldæos propriè ſpectat.

Affixionis ratio varia eſt, quæ explicabitur libro ſecundo. Similia quædam ſunt Germanorum, ins Buch/ pro in das: im Buch/ pro in dem: du haſts/ pro haſt es vel das/ &c.

CAPUT

Conjuncta aliis vocibus, ſunt vel *Præfixa* vel *Suffixa*.

Præfixa duo ſunt, utriusq; generis & numeri, שֶׁ & הַ, ſequente poſt utrumque Dageſch. Illud ex אֲשֶׁר deſumptum eſt, & relativè ſignificat, ut ipſum אֲשֶׁר: hoc ex הוּא, & nunc Demonſtrativum eſt, *Hic, Hæc, Hoc*, nunc relativum, *Qui, Quæ, Quod.* Priori modo frequentiſſimè ante Nomina uſurpatur, tanquam articulus communis omnium caſuum, de quo ſuprà cap. 8. dictum eſt. Sic & ad majorem emphaſin Pronominibus tertiæ perſonæ præfigitur: ut, הַהוּא *Ille ipſe*, הַהִיא *Illa ipſa*, הָהֵם, *Ipſi*; הָהֵנָּה *Ipſæ*, הָאֵל , הָאֵלֶּה *Ipſi*: הַזֶּה *Iſte*, הַזּאֹת *Iſta*. In hac conjunctione accedit aliquando litera ל per Epentheſin ad זֶה, unde fit הַלָּזֶה *Iſte, Geneſ.* 24. 65. unde rurſus per Apocopen, הַלָּז. Sic ex זוּ fit הַלֵּזוּ, *Ezech.* 36. 35. Sed de uſu utriusque hujus Præfixi vide lib. 2. cap. 5. & 15.

Suffixa ſunt, quæ aliis vocibus à fine affiguntur, & in ſpecie vulgò *Affixa* vocantur. Oriuntur autem ex integris, hoc modo:

Ex	אֲנִי	fit	ּנִי *Me* ablativ. ֵנִי , ַנִי *me* accuſ. ִי *meus, mea, meum*; rarò *Me*, ַי *Mei, meæ, mea*, plur.
	אֲנַחְנוּ		ּנוּ *Nobis* ablativ. ֵנוּ *noſter: nos*, accuſat. ָנוּ *Nos*, accuſ.
	אַתָּה		ְּכָה vel ךָ *Tuus, tui*, plur.
	אַתֶּם		כֶּם *Veſter; Vos, Vobis*, plur.
	אַתְּ		ֵךְ *Tuus*; pluraliter ַיִךְ.
	אַתֵּן		כֶּן *Veſter, Vos, Vobis.*
	הוּא		ּנוּ , הוּ , וֹ , ו *Ejus, Ei, eum, eo,*
	הֵם		ם מוֹ , הֶם *Eorum, eis, eos.*
	הִיא		ֶּנָה , ָה , הָ *Ejus, ei, eam, ea.*
	הֵן		ָן , הֶן *Earum, eis, eas.*

Hinc Dativus, per literam ל, ut in Nominibus: לִי

הוא. Reperitur הִוא וַהִיא 1. Reg.17. ℣.15. ubi juxta literas legendum fuisset הוא וַהִיא, at cùm hoc constructioni repugnaret, Masorethæ transpositis punctis, legendum tradiderunt הִיא וָהוּא, ideoq; Chirek subjecerunt priori voci, & posteriori imposuerunt Schurek in textu.

הִיא. Sæpissimè etiam scribitur הִוא per ו in medio, & quidem in Mose semper, exceptis locis undecim, in quibus est הִיא cum Jod in medio, ut est in masora Gen. 14. ℣. 2. & 38. ℣. 25. ubi loca adducuntur.

הֵם · הֵן. Cum ה paragogico, הֵמָּה · הֵנָּה. Bis legitur הֵן pro הֵם Ruth. 1. 13. 2. Sam. 4. 6.

Defectiva sunt, quæ genere vel numero deficiunt.

Singularia tantùm sunt, masc. זֶה *Hic*, *iste*, Fœmin. זוֹ · זֹאת *Hæc*, *Ista*.

Utriusque generis: זוּ · זוֹ, *Hic*, *hæc*, *Iste*, *ista*. Cum Schurek plerumque est masculinum, cum Cholem fœmininum.

Usurpatur & עֶצֶם singulariter pro *Ille ipse*, *Ipsemet*, *Ipsummet*, *Gen*. 7. 13. *Exod*. 24. *v*.10. & sic apud Rabbinos frequentissimè.

Plurale tantùm, & utriusque generis; אֵל אֵלֶּה *Illi*, *Illæ*, *illa*. Octies etiam legitur הָאֵל, ut tradit Masora Genes. 26. ℣. 4.

Utriusque generis & numeri, Relativum אֲשֶׁר *Qui*, *quæ*, *quod*; & pluraliter, *Qui*: *quæ*: Interrogativum personæ; מִי *Quis*, *quæ*, & Plur. *Qui*, *quæ*? Interrogativum rei; מֶה מַה מָה *Quod*, *quid*? מָה *Quinquies* tantùm legitur ante vocem à ח vel ע incipientem, ut tradit Masora Genes. 31. 32. & Exod. 32. 1. מַה imponit primæ literæ vocis sequentis, Dages, ut dictum cap. 5. מֶה vigesies quater legitur, juxta masoram.

Conjun-

Pronomina ſunt vel *Separata*, (Hebr. נִפְרָדִים) vel aliis vocibus *Conjuncta*, (Hebr. מְחֻבָּרִים) ſive *Separabilia* & *Inſeparabilia*.

Separata, quæ ſeparatam dictionem conſtituunt: ſuntque vel *Integra* vel *Defectiva*. Integra, quæ genere & numero diſtinguuntur: ſuntque tria, tres perſonas indicantia;

Plur.		*Sing.*		
Nos	נַחְנוּ v. אֲנַחְנוּ	*Ego*	אָנֹכִי v. אֲנִי c.	1. perſ.
Vos m.	אַתֶּם	*Tu* maſc.	אַתָּה	2. perſ.
Vos f.	אַתֵּן	*Tu* fœm.	אַתְּ	
Ipſi m.	הֵם	*Ipſe*	הוּא m.	3. perſ.
Ipſæ f.	הֵן	*Ipſa*	הִיא f.	

Quomodo accentus quorundam formam mutent, vide lib. 2. cap. ultimo.

Irregulariter ſcriptum reperitur אֲנוּ Jer. 42.6. quod ex Maſoretharum obſervatione juxta puncta vocalia legendum, אֲנַחְנוּ, at juxta conſonas, אֲנוּ, quomodo Kimchi legit in Michlol fol. 262. נָחְנוּ per Aphæreſin ter reperitur, ut legitur in Maſora Gen. 42. ℣. 10.

אַתָּה cum ה ſemper eſt, ad differentiam formæ fœmininæ: at quinquies absque ה ſcriptum reperitur, ubi Maſorethæ ה reſtituerunt, & legendum notarunt אַתָּה. Loca ab illis numerantur Eccleſ. 7. ℣. 23. reliqua ſunt, Job. 1. 10. Nehem. 9. 6. 1. Sam. 24. 9. Pſalm. 6. 4.

אַתְּ. Quinquies reperitur ſcriptum אַתְּי cum ׳ redundante, & legitur אַתְּ, nempe 1. Reg. 14. 2. 2. Reg. 4. ℣. 16. 23. & 8. 1. Ezech. 36. 13. Addit maſora, unum eſſe וְאַתְּי Jer. 4. 30. Ego & alterum reperi, Jud. 17. ℣. 2. Ter etiam legitur אַתְּ pro אַתָּה, nempe Num. 11. 15. Deut. 5. ℣. 27. Ezech. 28. ℣. 14.

אַתֵּן cum ה paragogico אַתֵּנָה.

הֵיכָל *Palatium*, הֵיכָלִים & הֵיכָלוֹת *Palatia*. Sic אֲרִי vel אַרְיֵה *Leo*, גַּב *Eminentia*. זֶבַח *Sacrificium*, זִכָּרוֹן *Memoria*, יוֹם *Dies*, יַעַר *Sylva*, כִּיּוֹר *Concha*, לֵבָב *Cor*, מָאוֹר *Lumen*, מִבְצָר *Munitio*, מִגְדָּל *Turris*, מִזְרָק *Pelvis*, מַכְאוֹב *Dolor*, מִשְׁכָּן *Habitaculum*, מִשְׁכָּב *Cubile*, מַעְיָן *Fons*, סַף *Limen*, עֲבוֹת *Densum*, עָוֹן *Iniquitas*, עָקֵב *Vestigium*, פֶּרֶץ *Ruptura*, צַוָּאר *Collum*, קֶבֶר *Sepulchrum*, קַרְדֹּם *Securis*, שָׂדֶה *Ager*, שׁוֹפָר *Buccina*. Ex fœmin. אֵימָה *Terror*, אֵימִים & אֵימוֹת *Terrores*: Sic בְּכוֹרָה *Primitivum*, אֲלֻמָּה *Manipulus*, אֲשֵׁרָה *Lucus*, חָצֵר *Atrium*, חֲנִית *Hasta*, כָּתֵף *Humerus*, כִּכָּר *Talentum*, עָב *Nubes densa*, &c. Ex communibus: דּוֹר *Aetas*, plur. דּוֹרִים & דּוֹרוֹת *Aetates*. Sic זְרוֹעַ *Brachium*, חַלּוֹן *Fenestra*, מַחֲנֶה *Castra*, מַטֶּה *Virga*, עֶצֶם *Os*, עֵת *Tempus*, &c. alia.

Quædam etiam in dualem & pluralem flectuntur: ut עַיִן *Oculus, Fons*, עֵינַיִם & עֵינוֹת: יוֹם *Dies*, יוֹמַיִם יָמִים & יְמוֹת. Item, כָּנָף *Ala*, כְּנָפַיִם & כְּנָפוֹת *Alæ*.

Aliquando forma masculina & fœminina in unâ voce concurrunt: ut מְרַאֲשֹׁתֵי שָׁאוּל *A cervicalibus Saulis*, 1. Sam. 26. 12. בָּמוֹתֵי *Excelsa*, Deut. 32. 13. Esa. 14. 14. pro בָּמוֹתֵי. Similia fuerunt suprà, in Duali.

CAPUT XI.

De Pronomine.

PRONOMEN est, quod vice Nominis ponitur. Est enim secundarium quoddam Nomen, occultè Nomen antecedens referens. Hinc Pronomina Hebræis dicuntur כִּנּוּיִם *Cognomina*, quòd Nominis principalis sint aliud quoddam cognomen. Casuum distinctionem & declinationem cum Nominibus communem habent, sed peculiari anomaliâ, ut in aliis linguis.

Prono-

ANOMALIÆ. Singularia tantùm sunt,

Nomina propria: רחל *Rachel:* שמרון *Samaria.*

Metallorum: עפרת *Plumbum,* נחשת *Chalybs.*

Item plurima alia: ut, גפרית *Sulphur,* ברית *Smegma,* ילדות *Juventa,* & alia.

Anomaliæ declinationum. Quædam primæ declinationis, flectuntur ad formam secundæ, hoc est, quædam masculina more fœmininorum: ut, אב *Pater,* אבות *Patres:* אוצר *Thesaurus,* אוצרות *Thesauri.* Huc pertinent, אוב *Pytho,* אשכול *Botrus:* ארמון *Palatium,* בהן *Pollex,* בור *Cisterna,* גג *Tectum,* גורל *Sors,* דור *Aetas,* דרבן *Stimulus,* זנב *Cauda,* חזה *Pectus,* חלום *Somnium.* חשבון *Supputatio,* טפח *Palmus,* כסא *Solium,* לוח *Tabula,* ליל *vel,* לילה *Nox,* מזבח *Altare,* מזלג *Tridens,* מטר *Pluvia,* מסב *Circuitus,* מעשר *Decima,* מצד *Arx,* מקום *Locus,* מקל *Virga,* נאד *Uter,* נוה *Habitaculum,* נר *Lucerna,* עור *Pellis,* עפר *Pulvis,* עשב *Herba,* צבא *Exercitus,* צרור *Loculus,* קול *Vox,* קיר *Paries,* קרב *Prælium,* רוח *Spiritus,* רתוק *Catena,* שור *Murus,* שפר *Tuba.* שלחן *Mensa,* שם *Nomen,* שמש *Sol,* שת *Nates:* תהום *Abyssus,* quod commune est, ut & alia nonnulla.

Quædam fœminina flectuntur ad formam masculinorum: ut, אלה *Quercus,* אלים *Robora:* שבלת *Spica,* שבלים *Spicæ:* שבות vel שבית *Captivitas,* plural. שבותים שביתים *Captivitates,* זנות *Scortatio,* plur. זנותים. Huc pertinent, ביצה *Ovum,* גחלת *Pruna,* דבלה *Palatha-ficuum,* דבורה *Apis,* דת *Lex,* זמורה *Palmes,* חטה *Triticum,* חשכה *Obscuritas,* יונה *Columba,* יענה *Ulula,* כד *Cadus,* כסמת *Spelta,* לבנה *Later,* מלה *Dictio,* נמלה *Formica,* סאה *Satum,* שערה *Hordeum,* פשתה *Linum,* פת *Frustum,* שטה *Cedrus,* תאנה *Ficus.* Sic plurale tantùm: נשים *Mulieres.*

Ab עיר *Civitas,* est ערים *Civitates,* & semel עירים.

Quædam utroq; modo flectuntur: Ex masculinis;

בִּקְעָה *Vallis*, כִּבְשָׂה *Agna*, שַׂלְמָה *Vestimentum*, נַעֲרָה *Puella*, סְעָרָה *Turbo*, חֶלְקָה *Pars*, חֶרְפָּה *Probrum*, עֶבְרָה *Indignatio*, עֶגְלָה *Plaustrum*, quæ postrema habent Sægol aut Pathach propter gutturalem. Quædam servant communem formam: ut, à מִצְוָה est מִצְוֹת *Præcepta*, מַרְאָה *Visio*, מַרְאוֹת *Visiones*: מִרְמָה *Dolus*, מִרְמוֹת *Doli*: מַחְתָּה *Thuribulum*, מַחְתּוֹת *Thuribula*.

Cholem ultimæ syllabæ manet: ut à זִכְרוֹן, dicitur, זִכְרוֹנוֹת Ab אַרְמוֹן tamen legitur אַרְמְנוֹת.

Hæc variant: מַלְכוּת *Regnum*, מַלְכִיּוֹת *Regna*, cui simile חֲנֻיּוֹת *Cellæ*, *Jer*. 37. 16. אָחוֹת *Soror*, אֲחָיוֹת *Sorores*: אַשְׁפּוֹת *Stercus*, אַשְׁפַּתּוֹת *Stercora*: עַיִן *Fons*, עֲיָנוֹת *Fontes*: גֶּיא vel גַּיְא *Vallis*, plur. גֵּאָיוֹת , גֵּיאָיֹת 2. *Reg*. 2. 16. בִּירָה *Palatium*, בִּירָנִיּוֹת *Palatia*: 2. *Paral*. 17. *v*. 12. מָנָה *Pars*, מָנוֹת , מְנָיוֹת מְנָאוֹת *Partes*.

Quædam assumunt Dagesch: אֵם *Mater*, אִמּוֹת *Matres*: פַּת *Frustum*, פִּתּוֹת *Frusta*: גַּת *Torcular*, גִּתּוֹת *Torcularia*:

Dualis numerus hîc imitatur formam masculinorum: ut, יָרֵךְ *Femur*, יְרֵכַיִם *Femora*: יָד *Manus*, יָדַיִם *Ambæ manus*: עַיִן *Oculus*, עֵינַיִם *Ambo oculi*: אֹזֶן *Auris*, אָזְנַיִם *Ambæ aures*: בֶּרֶךְ *Genu*, בִּרְכַּיִם *Genua*: רֶגֶל *Pes*, רַגְלַיִם *Pedes*: כַּף *Vola*, כַּפַּיִם *Volæ*: כָּנָף *Ala*, כְּנָפַיִם *Alæ*, & pluraliter כְּנָפוֹת.

Quæ in ה ָ desinunt, commutant ה in ת: ut, שָׂפָה *Labium*: שְׂפָתַיִם *Labia*: יַרְכָּה *Femur*, יַרְכָתַיִם *Femora*: *Exod*. 26. 23. אַמָּה *Cubitus*, אַמָּתַיִם *Cubiti duo*, *Gen*. 25. 10. שָׁנָה *Annus*, שְׁנָתַיִם *Anni duo*, *Amos* 1. *v*. 11. מֵאָה *Centum*, מָאתַיִם *Ducenta*, *Genes*. 32. *v*. 14. At חֹמֹתַיִם *Muri duo*, *Jesa*. 22. 11. formam habet ex plurali & duali compositam, à singul. חוֹמָה. Sic לֻחֹתַיִם *Duæ tabulæ*, *Ezech*. 27. 5. רִבּוֹתַיִם *Duæ myriades*, Psal. 68. 18. At לְחִי *Maxilla*, לְחָיַיִם *Maxillæ duæ*, *Deut*. 18. 3. pro Chirek habet ָ ex formâ in pluralibus antè annotatâ.

mæ Chaldaicæ, quomodo dicitur הִשְׁתְּכַחַת *Inventa est*, *Dan.* 5. *v.* 11. Vide infrà cap. 32. ad Præter.

נִפְקַדְתִּי] Tertia radicalis ת syncopam patitur, ut suprà in Kal: ut, נִבְעַתִּי *Consternatus sum*, *Dan.* 8. *vers.* 17. נִצְמַתִּי *Succisus sum*, *Job.* 23. *v.* 17.

נִפְקְדוּ] Hinc anomala sunt; נְגֹאֲלוּ, quod vide ad Præter. Pyhal, cap. 16. Item, נִוַּסְּרוּ quod vide infrà capite 35. Unum hîc est ex prima radicali in Cholem quiescente, ut antè in Futuro Kal: וְנֹאחֲזוּ *Et possessores fient*, *Num.* 32. *v.* 30.

נִפְקַדְנוּ] Per Syncopam, נִשְׁעַנּוּ *Innitimur*, 2. Chron. 14. ℣. 11.

AD PARTICIPIUM PRÆSENS.

נִפְקָד] Fit à Præterito, mutatâ ejus terminatione Pathach in Kametz. Hinc est, juxta quosdam, cum י paragogico: נֶאְדָּרִי *Magnificus es, vel, Magnificum exhibes te*, *Exod.* 15. *v.* 6. vel est Adjectivum participiale fœmininum per Apocopam literæ ת, Chaldæis familiarem, pro, נֶאְדָּרִית *Magnifica est*; & ita referetur ad antecedens Nomen יְמִינְךָ *Dextera tua*. Specialis anomaliæ est: וְנֵאשֲׁאַר אֲנִי *Et residuus ego*, *Ezech.* 9. *v.* 8. cum Epenthesi א & Pathach loco Kametz, pro נִשְׁאָר: aut est composita forma ex Præterito & Futuro, quasi mens utramq; formam linguæ simul suggesserit: ac si Propheta loqui voluisset, וְנִשְׁאַרְתִּי aut וְאֶשָּׁאֵר sive וָאֶשָּׁאֵר: Consternatio autem & perturbatio ingens, ipsi confusam vocem expressit.

נִפְקָדָה] Et in ת: ut, נֶאֱכֶלֶת *Comeditur*, *Lev.* 11. 47. נִכְחֶדֶת *Exscinditur*, *Zach.* 11. *v.* 9.

AD INFINITIVUM.

הִפָּקֵד] Infinitivus hîc habet propriam literam characte-

נִפְקָדוֹת	נִפְקָדָה / נִפְקֶדֶת	F.

Infinit.

הִפָּקֵד

Imperat.

P.	S.	
הִפָּקְדוּ	הִפָּקֵד	M.
הִפָּקַדְנָה	הִפָּקְדִי	F.

Futurum.

Sing.

fœm.	*masc.*	
	אֶפָּקֵד	1
תִּפָּקְדִי	תִּפָּקֵד	2
תִּפָּקֵד	יִפָּקֵד	3

Plural.

	נִפָּקֵד	1
תִּפָּקַדְנָה	תִּפָּקְדוּ	2
	יִפָּקְדוּ	3

ANNOTATIONES AD PRÆT.

נִפְקַד] Primâ gutturali: וְנֶחְשַׁב *Et imputabitur*, *Numer.* 18. *v.* 27. נֶאֱמַר *Dictum est, Dicitur*, *Dan.* 8. *v.* 26. Tria irregulariter in Cholem desinunt: נַהֲפוֹךְ *Conversum est*, *Esth.* 9. *v.* 1. וְנַחְתּוֹם *Et obsignabitur*, *Esth.* 8. *v.* 8. וְנַעְתּוֹר *Et exoratus*, 1. *Paral.* 5. *v.* 20. Videtur autem hæc forma orta ex Cholem, tertia terminatione in Kal, etsi hæc exempla eam terminationem illic non habeant. Simile vide infrà cap. 21. ad Præter. נִכַּפֵּר vide infrà ad Præter. Hithpahel cap. 20. נֶאְשַׁר vide mox ad Participiũ.

נִפְקְדָה] Huc referunt Kimchi & Aben Esra; וְנִשְׁכַּחַת *Et oblivioni tradetur*, *Jesa.* 23. *v.* 15. Est autem for-

mæ

CAPUT XIV.

De Conjugatione Passiva Niphal.

FORMA passiva נִפְעַל *Niphal* est, quæ habet characteristicam literam נ themati præfixam cum Chirek, vel Sægol aut Pathach ante gutturalem: ut, נִפְקַד *Visitatus fuit*, נֶהְפַּךְ *Inversus fuit*, נֶחְתַּם *Obsignatus fuit*. Formatio fit mutatione Kametz ex Kal in Scheva, propter quod, Scheva accedentis literæ נ convertitur in Chirek. Passiva autem hîc tantùm sunt illa Verba, quæ fiunt vel ab Activis præcedentis formæ Kal, vel passivam significationem ex alia conjugatione activa mutuantur. Sunt verò etiam hic multa reciprocæ significationis. Tria quoque, sub forma passiva significationem habent formæ activæ, quâ carent, ut ea quæ Latinis dicuntur Deponentia: ut, נִלְחַם *Pugnavit*, נִשְׁבַּע *Juravit*, נִשְׁעַן *Incubuit*.

Præteritum Niphal.

Sing.

	fœm.	*masc.*
3	נִפְקְדָה	נִפְקַד
2	נִפְקַדְתְּ	נִפְקַדְתָּ
1		נִפְקַדְתִּי

Plur.

	fœm.	*masc.*
3		נִפְקְדוּ
2	נִפְקַדְתֶּן	נִפְקַדְתֶּם
1		נִפְקַדְנוּ

Particip. præsens sive Benoni.

	Sing.	Plur.
M.	נִפְקָד	נִפְקָדִים
F.	נִפְקֶדֶת	

fecerunt, quod appellant, *Quiescentia Pe Aleph*, hoc est primâ radicali *Aleph*, propterea quòd litera א est ex numero quiescentium literarum, tum etiam quòd hîc sæpè quiescit scripta vel non scripta. At hæc propriè genus nullum constituunt, *primò* quòd major horum pars analogiam in conjugando imitatur: *deindè* quòd non generalem aliquam integrarum conjugationum, sed ferè certarum vocum, maximè in hoc Futuro, anomaliam habent. Quod autem speciale est, in specie explicari debet. Analoga sunt; תֶּאֱבַל *Lugebit*, *Job*. 14. *v*. 22. תֶּאֱגֹר *Congregabis*, *Deut*. 28, *v*. 39. & *similia alia multa*. Quæ anomala sunt, habent א in Cholem quiescens, nunc expressum, nunc abjectum, ac sæpè præterea in Tzere desinunt. א omnium maximè in prima singulari abjicitur, in reliquis minùs sæpè: ut, אֹמַר *Dicam*, אֹהֵב *Diligam*, וָאֹחֵז *Et apprehendi*, *Jud*. 20. *v*. 6. Cum ה paragogico: אֹסְפָה *Congregabo*, *Mich*. 4. 6. אוֹצְרָה *Thesaurarios constitui*, *Nehem*. 13. *v*.13. *quod Kimchi in Michlol folio* 114. *vult esse ex Hiphil pro* אוֹצִירָה *propter activam significationem*: תֹּסֵף *Recipies*, *Psal*. 104. *v*. 29. וַתֹּפֵהוּ *Et coxit eam*, 1. *Sam*.28. *v*. 24. תֹּמְרוּ *Dicetis*, 2. *Sam*. 19. *v*. 14. יֹמְרוּךָ *Obloquuntur tibi*, *Psal*. 139. 26. Cum א expresso: יֹאבַד *Pereat*, *Job*. 3.2. יֹאחֵז *Prehendet*, *Job*.18. *v*.9. Accentu ad penultimam retracto, Tzere plerumque corripitur in Sægol: וַיֹּסֶף *Et congregavit*, 2. *Sam*. 6. *v*. 1. וַיֹּאמֶר *Et dixit*, *Genes*. 1. *v*. 6. וַתֹּאחֶז *Et tenuit*, *Ruth*.3.*v*.15. Unum est cum Schurek loco Cholem, quæ forma & antea in quibusdam personis observata est: ut: וָאָנוּשָׁה *Et ægritudine afficior*, *Psalm*. 69. *v*. 21. Hæc autem; אֵהַב *Diligam*, *Prov*. 8. *v*. 16. וָאֵחַר *Et moratus sum*, *Genes*. 32. *v*. 4. תֵּזְלִי *Cursitas*, *Jer*. 2. *v*. 36. formam Chaldaicam habent, primâ radicali א in Tzere occultatâ. Reliqua analogiam sequuntur.

CAPUT

ergo adhibitum, ut א audiri possit. Possit etiam referri ad Pihel, Tzere loco Pathach posito. Sumitur interdum pro tertia fœmin. plurali ut Job. 19. ℣. 15. Ezech. 37. ℣. 7. & 49. ℣. 11.

יִפְקְדוּ] Cum Nun paragogico: יִשְׁמְעוּן *Audient, Exod.* 4. *v.* 9. & יִשְׁאָלוּן *Rogaverint, Jos.* 4. *v.* 6. ut in præcedenti persona. Sic redeunte Cholem: יִקְצֹרוּן *Messuerint, Ruth.* 2. *v.* 9. Unum reperitur cum Schurek in penultima præter morem: יִשְׁפּוּטוּ *Judicabunt, Exod.* 18. *v.* 26. Similia fuerunt paulò antè. Primâ gutturali: יַאַרְכוּ *Prolongantur, Ezech.* 12. *v.* 22. יַעְזְרוּ *Auxiliati sunt,* 1. *Reg.* 1. *v.* 7. Diversæ scriptionis est, יִקְרְחָה *Radent, Levit.* 21. *v.* 5. Simile vide suprà in tertia plurali Præteriti.

תִּפְקֹדְנָה] Secundæ & tertiæ personæ est, ut apud Latinos Futurum singulare Imperativi modi. Ex finitis in Nun, unum est quod in tertia plurali patitur syncopam: ut, תִּשְׁכֹּנָּה *Habitabunt, Ezech.* 17. *v.* 23. simile fuit in prima plurali Præteriti. Ex forma Pathach irregulare hîc est: וַתִּגְבְּהֶינָה *Et exaltarunt se, Ezech.* 16. *v.* 50. quod sic est ad formam Verborum desinentium in ה, (de quibus infrà cap. 49.) ex quorum genere ibidem sibi vocem sociam adjunctam habet. Cum Apocopa ultimæ literæ: תִּלְבַּשְׁןָ *Vestiebantur,* 2. *Sam.* 13. *v.* 18. Mixtam formam habet ex masculina & fœminina nota; יַעֲמֹדְנָה *Stabunt, Dan.* 8. *v.* 22. Ex nota fœminina, & terminatione masculina; תַּחְשְׁבוּנִי *Reputent me, Jobi* 19. 15. וַתִּקְרְבוּ *Et appropinquarunt, Ezech.* 37. 7. Simile vide infrà cap. 31. ad Futurum.

De Verbis Quiescentibus primâ א.

Verba ab א incipientia, ab hac analogia non raro recedunt, unde Grammatici irregulare genus ex illis fece-

va ſimplex: וָאֶכְּרֶהָ *Et comparavi eam, Hoſeæ 3. v. 2.* habet Dageſch euphonicum. אֲמַאָסְאֵךְ , אֶסָּעֲרֵם vide lib. 2. cap. 17. ad Futurum.

תִּפְקְדִי] Huc pertinet, וַתְּשַׁחֲדִי *Et muneraſti, Ezech. 16. v. 33.* cum Chatephkametz ſub ח loco Scheva pro natura gutturalium. Unum eſt cum Schurek loco Cholem: תַּעֲבוּרִי *Tranſibis, Ruth. 2. v. 8.* cui ſimile mox in ſequenti voce. Cum Nun paragogico: תִּדְבָּקִין *Adhærebis, Ruth. 2. v. 8.* hîc Kametz eſt ex Pathach formæ maſculinæ תִּדְבַּק, ac ſi pauſa ad eam ſyllabam rejecta eſſet, quanquam ſenſus hîc pauſam vel diſtinctionem nullam admittat. Sic mox in plurali.

תִּפְקוֹד] Ex terminatione Pathach: תִּדְבַּק *Adhæreat, Pſal. 137. v. 6.* תִּהֲלַךְ *Ambulavit, Pſal. 73. v. 9.* ubi Scheva ſub gutturali per Pathach dilatatum eſt, Chirek antecedente ex communi forma manente. Cum Schurek loco Cholem: תִּשְׁמוּרֵם *Cuſtodit eos, Prov. 14. v. 3.* vide mox aliud. Cum ה paragogico præter morem: וַתַּעְגְּבָה *Et adamavit, Ezech. 23. v. 20.* Simile vide infrà cap. 25. ad Futurum. Irregulare eſt, תְּאָכְלֵהוּ Comedet eum, Jobi 20. 26. pro תֹּאכְלֵהוּ.

נִפְקוֹד] Cum ה paragogico, ut in prima ſingulari: נִלְבְּנָה *Lateres conficiamus, Geneſ. 11. v. 3.* נַעְבְּרָה *Tranſeamus, Num. 20. v. 17.*

תִּפְקְדוּ] Accentu ad penultimam redeunte, redit terminatio ſingularis: ut, תִּגְנֹבוּ *Furabimini, Levit. 19. v. 11.* Cum ן paragogico: תִּשְׁמְעוּן *Auſcultabitis, Deuter. 8. v. 20.* Et cum Kametz in penultima: תִּשְׁמָעוּן *Auditote, Deut. 1. v. 17.* תֶּאֱהָבוּן *Diligetis, Pſal. 4. v. 3.* Hoc Kametz cauſam habet in Pauſæ ratione, quæ tamen hîc eſt in ultima. Sic antè in ſecunda fœminina. Irregulare eſt; תְּאֵהֲבוּ *Amabitis, Proverb. 1. v. 22. pro* תֶּאֱהָבוּ *ut dicitur* יֶאֱשַׁם. Tzere ergo

פְּקוֹדְנָה] Ex terminatione Pathach: שְׁמַעְנָה *Audite, Jesa.* 32. *v.* 9. Hinc contractum est propter Apocopen; שְׁמַעַן, *Genes.* 4. *v.* 23. Simile vide cap. 43. ad Imperativum.

AD FUTURUM.

אֶפְקֹד אֶפְקַד] Terminatio Cholem ferè in verbis activis usitata est; Pathach Neutris. Literæ formativæ propriè postulant Scheva, sed id propter sequens Scheva transit in Chirek, vel Sægol aut Pathach, propter gutturalem. Accedente ה paragogico, utraque terminatio mutatur in Scheva. Ex Cholem; אֶשְׁמְרָה *Custodiam, Psal.* 39. *v.* 2. A Pathach; אֶשְׁכְּבָה *Cubabo, Psal.* 4. *v.* 9. Primâ gutturali; אֶחְדְּלָה *Desistam, Job.* 16. *vers.* 6. אַהַרְגָה *Occidam, Genes.* 27. *v.* 41. in quibus Scheva compositum dissolvitur, propter aliud Scheva sequens, ut traditum est suprà cap. 4. Cum Schurek: ut, וָאָנוּשָׁה *Et ægritudine afficiar, Psalm.* 69. *v.* 21. ubi א radicale deficit, de qua anomalia mox sequitur. Ex forma Schurek etiam alia sequuntur. Pauca quædam pro altero Scheva habent Scheva compositum sub litera non gutturali: ut, אֶשְׁקֳטָה *Quiesco, Jesa.* 18. *v.* 4. Chatephkametz literæ ק subjectum, quia dictio cum ׳ scripta fuit, quasi vocalis O indice, ut & paulò antè in Imperativo. Sic אֶשְׁקֳלָה *Appendi, Esræ* 8. *v.* 25. at absente ו lectum scriptum אֶשְׁקְלָה *ibid. v.* 26. & *Jerem.* 32. *v.* 9. cum Chatephpathach: Sic אֶפְשֲׂעָה *Incedam, Jesa.* 27. *v.* 4. cum Chatephkametz in quibusdam libris scribitur (ut à Masorethis quoque observatum est) pleraque tamen exemplaria hodiè habent Scheva simplex. Citat etiam Kimchi per Chatephkametz; אֶשְׁמֳעָה *Audivi, Dan.* 8. *v.* 13. sed nostra exemplaria hodiè habent Scheva sim-

ſine certa cauſa. Cum ה paragogico, Pathach corripitur in Scheva, unde prius tranſit in Chirek, ut; שִׁכְבָה *Concumbe*, *Geneſ.* 39. *v.* 12. Pathach in Kametz mutato, שִׁמְעָה *Audi*, Dan. 9. ℣. 19. fortè propter accentum, Ex terminatione Cholem quædam hanc formam imitantur: ut, נִצְּרָה *Cuſtodi, Pſal.* 141. *verſ.* 3. quod & Dageſch euphonicum habet: מִכְרָה *Vende*, *Geneſ.* 25. *v.* 31. Si prima ſit gutturalis, pro Chirek eſt Sægol: ut אֶסְפָה *Congrega, Num.* 11. *v.* 16. עֶרְכָה *Diſpone*, *Job.* 33. *v.* 5.

פִּקְדוּ] Cholem vel Pathach ex ſing. numero convertitur in Scheva, unde antecedens Scheva tranſit in Chirek. Et ſic in fœm. פִּקְדִי. Quædam ab initio habent Kametzchatuph, ut in forma paragogica: ut, חָרְבוּ *Deſolemini*, *Jerem.* 2. *v.* 12. מָשְׁכוּ *Trahite*, *Ezech.* 32. *v.* 20. שָׁדְדוּ *Vaſtate*, *Jer.* 49. *v.* 28. Chirek ante gutturaralem, cum Scheva compoſito notatam, manente, שִׁחֲדוּ *Munera date*, Jobi 6. 22.

פִּקְדִי] De formatione, vide vocem præcedentem. Cum Kametzchatuph, ut antè, מָלְכִי *Regna*, *Jud.* 9. *v.* 10. צָעֳקִי *Clama*, *Jerem.* 22. *v.* 20. ubi quoque eſt Kametz in penultima, propter accentum eò retractum; & ſic, חָרְבִי *Exſiccare*, *Jeſa.* 44. 27. Primâ gutturali: ut, חֶשְׂפִּי *Denuda, Jeſa.* 47. *v.* 2. אֶחֳזִי *Prehende*, *Ruth.* 3. 15. ubi præter normam Chatephkametz ante ſe habet Sęgol. Irregulare quoque eſt; קָסֳמִי *Divina*, 1. *Sam.* 28. *v.* 8. quod debebat eſſe ad formam מָלְכִי; at ſub media radicali adhibetur Chatephkametz, tanquam ſub gutturali, לְתִפְאֶרֶת הַמִּלָּה *ad ornatum dictionis*, ut Kimchi inquit. Hujus verò rei cauſâ olim ſcriptum fuit cum Vau in medio, quòd illud vocalis O index eſſet. At adjectis punctis, Vau redundabat in lectione, unde Maſorethæ notarunt legendum, קָסֳמִי absque Vau: Simile mox eſt in Futuro.

hæc potiùs Nomina ſunt, ut de poſtremo expreſsè affirmat Kimchi in Michlol, & aliàs Infinitivus ſæpè ingreditur formam Nominum fœmininorum in ה deſinentium, à quo uſu ab Hebræis vocatur שֵׁם הַפֹּעַל *Nomen verbale*, & inde ea ſtructura, quòd Nomina verbalia regunt caſum Verbi ſui, de qua lib. 2. cap. 3. Reg. 3. A verbo אָמַר hîc per craſin vocalium dicitur, לֵאמוֹר pro לֶאֱמוֹר *Dicendo*. De iſta craſi dictum ſuprà cap. 4.

פְּקַר] Hæc terminatio hîc, & in ſequentibus Temporibus, ferè tantùm Verbis Neutris ſervit, ut altera in Cholem, Verbis activis: Cum ה paragogico Pathach tranſit in Scheva, unde præcedens Scheva convertitur in Chirek: לְרִבְעָה *Ad ineundum*, *Levit*. 20. *v*. 16. לְיִרְאָה *Ad timendum*, *Deut*. 4. *v*.10. Si prima ſit gutturalis, pro Chirek eſt Pathach: ut, לְאַשְׁמָה בָהּ *Reatum obeundo in eo*, *Levit*.6. *v*.7. Sub media gutturali Scheva dilatatur per Pathach: ut, לְאַהֲבָה *Diligendo*, *Deut*. 9. *v*.19. לְדַאֲבָה *Mœrere*, *Jer*. 31. *v*. 12. Huc Kimchi revocat etiam שַׁחֲטָה de quo paulò antè. Quidam volunt etiam Nun paragogicum eſſe, in, בְּאָבְדָן *In perdere*, *Eſth*. 8. *v*. 6. ſed hoc potiùs Nomen eſt.

Quidam notant, formam Infinitivi aliquando etiam eſſe cum מ ab initio: quò referunt, מִשְׁלַח Eſa. 11. 14. & Eſth. 9. 19. כְּמִשְׁלֹשׁ Gen. 38. 24. ſed poſſunt eſſe Nomina.

AD IMPERATIVUM.

פְּקוֹר] Cum ה paragogico ſervatur forma Infinitivi; ut, שָׁמְרָה *Cuſtodi*, *Pſal*. 25. *v*. 20. זָכְרָה *Memento*, 2. *Par*. 6. *v*.42. Unum retinet Cholem; וְעָמָה *Deteſtare*, *Num*. 23. *v*. 7. pro וְזָעֲמָה. Vide & vocem ſeq.

פְּקַר] Excipe; סְעָד *Fulcito*, *Jud*. 19. *v*. 5. 8. quod Maſorethæ notant ſic in eo textu bis cum Kametz ſcribi, ſine

פְּקוֹד] Hæc forma plerunque venit in conduplicatione Verbi: ut, וְאִם־אָמֹר יֹאמַר *Et si dicendo dixerit, Exod.* 21. *v.* 5. de qua locutione vide lib. 2. cap. 16. Non tamen semper hoc fit: ut מָאוֹס בָּרָע וּבָחוֹר בַּטּוֹב *Reprobare malum & eligere bonum, Jesa. 7. v. 15.* פָּשֹׁעַ וְכַחֵשׁ *Transgredi* & *mentiri, Jesa.* 59. *v.* 13. Vide & *Hos.* 10. *v.* 4.

פְּקֹד] Ablato accentu, Cholem corripitur in Kametzchatuph, de qua mutatione etiam suprà cap. 5. dictum est: ut, מְלָךְ־מֶלֶךְ *Regnare regem, Genes.* 36. *v.* 31. Specialis anomaliæ est cum ׳ epenthetico: לִדְרִיוֹשׁ *Ad quæstionem habendam, Esræ* 10. *v.* 16. nec ipsi simile in tota Scriptura occurrit. ה paragogicum adjicitur isti formæ, quæ præfixum ל habet, rarissimè simplici, ne confundatur cum Nominibus similis formæ, vel cum Imperativo. Cholem ultimæ syllabæ propter ה paragogicum corripitur in Kametzchatuph, vel Kibbutz euphoniæ causâ, trajiciturque sub primam radicalem: ut, לְמָשְׁחָה *Ad ungendum, Exod.* 29. *v.* 29. לְגָבְהָה *Ad efferendum, Soph.* 3. *v.* 11. לְחֻמְלָה *Clementiâ utendo, Ezech.* 16. *v.* 5. Si media sit gutturalis, Scheva sub ea fit compositum: ut, לְרָחֳקָה *Ad longè recedendum, Ezech.* 8. *v.* 6. Ex hac forma sunt, כְּשָׁמְעָתוֹ, בְּקָרְבָתָם & alia, quæ vide lib. 2. cap. 17. ad Infinitivum. Aliquando tamen Cholem manet: ut, פְּשׁוֹטָה *Spoliare*, Esa. 32. 11. Novæ autem formæ est illud, אַחֲרֵי אָכְלֹה *Post comedere*, 1. *Sam.* 1. *v.* 9. Cholem planè alienum videtur, pro אָכְלָה, quod ex Masora colligi potest, quæ hanc vocem cum altera ex Imperativo, וֶאֱכֹלָה *Et comede, Genes.* 27. *v.* 19. tanquam unius formæ, confert, cum aliis similibus pluribus, quæ ab initio Masoræ magnæ recensentur. Cum simplici Infinitivo quidam junctum volunt in his: שַׁחֲטָה *Mactando, vel, Ad mactandum, Hos.* 5. *v.* 2. שְׁאָלָה *Petendo, Jesa.* 7. *v.* 11. sed

פָּעוּל Pahul, *quia Paradigma* פָּעַל *à Præterito hîc flectitur in Schurek: hinc verò latiùs ad omnia Participia præterita reliquarum quoq; conjugationum traducitur. Verba Intransitiva sive Neutra, hoc Participio carent, ut & suprà dictum est: non enim à* נָפַל Cecidit, *dici potest* נָפוּל Casus, nec à לָמַד Didicit, *participialiter dicitur* לָמוּד, *etsi nominaliter usurpetur pro* Doctus, *ut & alia hujus formæ, in nomina* Toarim, *id est, adjectiva transeunt, ut* עָצוּם Fortis, *& similia. À* שָׁכַן *tamen legitur* הַשְּׁכוּנֵי Habitantes, Judic. 8. 11. *ubi præterea est irregulariter* ה, *ante vocem constructam.*

פָּקֻוד] Et cum Kibbutz euphoniæ causâ: ut, לָבֻשׁ *Vestita est*, hoc est, *vestitur*, *Prov.* 31. ℣. 21. Cum Cholem נָקוֹד *Punctatum* Gen. 30. 32. juxta quosdam.

פְּקוּדָה] Fœmininum in ת hîc non reperitur, nisi ex rectione syntactica: ut, חֲגֻרַת־שָׂק *Accincta sacco*, *Joel.* 1. *v.* 8. בְּעֻלַת בַּעַל *Maritata marito*, & similia. Hinc verò cùm ׳ paragogico sunt: גְּנֻבְתִי *Furto sublatum*, *pro* גְּנֻבַת *Genes.* 31. *v.* 39. מְלֵאֲתִי *Plena*, *pro* מְלֵאַת *Jesa.* 1. *v.* 21. Sed hæc omnia in Nomina degenerant quorum structura traditur libro 2. capite 3. Regulâ 3. Si verò ׳ esset Affixum Pronomen, dicendum esset גְּנֻבָתִי, ut videre est lib. 2. cap. 7.

AD INFINITIVUM.

Infinitivum Hebræi, & inde quoq; Santes in Thesauro Linguæ sanctæ, vocant, מָקוֹר Fontem, Venam, Scaturiginem, *quòd inde significatio definita, in reliqua Tempora, ceu certos rivulos, profluit.* Veteres Grammatici etiam vocarunt שֵׁם הַפֹּעַל *Nomen verbi, verbale*, quia sæpè loco Nominis ponitur. *Usurpatur etiam pro Gerundiis, ut suprà dictum est; inprimis verò, cùm ipsi præfiguntur literæ serviles* בכלם, quarum ב *est* In, כ Secundùm, juxta, ל Ad, מ A, *ut plenè docetur lib.* 2. *cap.* 21.

פקוד

gutturalem. Huc referendum juxta Ab. Esram מוּעֶדֶת *Vacillans, Labens*, cum Schurek loco Cholem, Prov. 25. 19. Aliis est Participium Pyhal, *Luxatus*. Hinc sunt cum ' Paragogico: אֹהַבְתִּי *Amans, Hos.* 10. 11. אֹיַבְתִּי *Inimica existens, Mich.* 7. v. 8. *In his Kimchi in Michlol fol. 17. Jod vult esse paragogicum, non Affixum, quòd accentus sit in penultima, quem Affixum postularet in ultima.* Quædam formam compositam habent, hinc & ex secunda fœminina singulari præteriti: ut וְיֹלַדְתְּ *Et paries, Genes.* 16. v. 11. & *Jud.* 13. v. 5. 7. יֹשַׁבְתִּי *Desidens, Jer.* 22. v. 23. שֹׁכַנְתִּי *Habitans, Jer.* 51. v. 13. formâ compositâ ex שֹׁכֶנֶת & שָׁכַנְתְּ quasi dicas, *Quòd habitarit, & adhuc habitet*, ut Kimchi explicat fol. 68. Et sic in aliis quoque compositis, utramq; formam attendendam, & significativam esse volunt, compendii faciendi causâ. Simile vide cap. 16. ad Particip. præteritum. Alii aliter de his sentiunt, ut Elias scribit in libro הרכבה *Harcabha*, qui est de Vocibus compositis.

Cæterùm Participium hoc etiam sæpissimè per Kametz & Tzere exprimitur, & vulgò שֵׁם הַתֹּאַר *Nomen Toar*, hoc est, Formæ seu Formale aut Verbale, vocatur, & sic flectitur;

Plur.	*Sing.*	
אֲבֵלִים	אָבֵל	M.
אֲבֵלוֹת	אֲבֵלָה	F.

Hinc sunt; גָּדֵל *Crescens*, sive *Grandescens erat*, 1. *Samuel.* 2. v. 6. יָשֵׁן *Dormiens*, 1. *Sam.* 26. 7. יְשֵׁנִים *Dormientes erant*, 1. *Sam.* 26. v. 12. דָּבֵק *Adhærens vel conjunctus*, *Proverb.* 18. v. 24. דָּבְקָה *Adhærens erat, adhærebat*, 2. *Paral.* 3. v. 12. הַדְּבֵקִים *Qui adhærentes fuistis, adhæsistis, Deut.* 4. v. 4.

AD PARTIC. PRÆTERITUM.

Hoc Participium propriè à forma primæ vocis nominatur

Poßidebitis, Deut. 4. *v.* 1. Et cum Sægol: שְׁאֶלְתֶּם *Petivistis*, 1. *Sam.* 12, 13. Cum Syncopa: נְתַתֶּם *Tradidistis, Jer.* 37.18. Vide secundam masc. sing.

פָּקַדְנוּ] Quæ in נ desinunt, ejus literæ hîc patiuntur Syncopam: ut, נָתַנּוּ *Dedimus, Thren.* 5.7. pro נָתַנְנוּ.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

פֹּקֵד] Duo speciali anomaliâ in Chirek desinunt loco Tzere: ut, יוֹסִף *Addens, Jesa.* 29. 14. unde & plurale; יֹסְפִים *Addentes, Deuter.* 5. *v.* 25. תּוֹמִיךְ *Sustentans, Psal.* 16. *vers.* 5. Si tertia sit gutturalis ח vel ע, fit interdum crasis in Pathach: ut, נֹטַע *Plantans, pro* נֹטֵעַ *Psal.* 94. *v.* 9. Simile in Pathach; אֹבַד *Periens, Deut.* 32. *v.* 28. quod Aben Esra propter structuram factum existimat. Est enim illic, גּוֹי אֹבַד עֵצוֹת *Gens perdita consiliis.* Unum est cum ה paragogico, quod accentus in penultima indicat, & adjunctum Nomen תַּנּוּר quod est Generis Masculini, בֹּעֵרָה *Ardens, Hos.* 7, *v.* 8. Sæpiusculè adest י paragogicum: ut, אֹסְרִי *Ligans, Genes.* 49. *v.* 11. חֹקְקִי *Exscindens,* חֹצְבִי *Cædens, Jesa.* 22. 16. יֹשְׁבִי *Residens, Psal.* 123. *v.* 1. שֹׁכְנִי *Inhabitans, Deut.* 33. *v.* 16. Vide etiam *Zach.* 11. *v.* 17. *Psal.* 114. *v.* 8. Ephodeus vult, hoc י non esse paragogicum, neque hæc esse nomina participialia, sed Adjectiva, unde illud *Jod* vocat יוֹד הַתֹּאַר *Jod adjectivi*: in his enim non significari actionem præcisè præsentem, & momentaneam, sed continuam.

פֹּקְדָה , פּוֹקֶדֶת] Tzere interdum ex forma masculina retinetur: ut, בֹּגֵדָה *Perditè agens, Jer.* 3. *v.* 8. יוֹלֵדָה *Parturiens, Mich,* 5. *v.* 3. נֹטֵרָה *Custodiens, Cantic.* 1. *v.* 6. & similia plura. Fœmininum in ת usitatius hîc est: ut, נֹפֶלֶת *Cadens, Genes.* 15. *v.* 12. בֹּרַחַת *Fugio, Genes.* 16. 8. יֹדַעַת *Cognoscens, Num.* 31. *v.* 17. cum duplici Pathach propter guttu-

Scheva est Pathach: ut, לָקַחְתְּ *Accepisti*, 1. *Reg.* 14. *v.* 3. שָׁמַעַתְּ *Audivisti*, *Jer.* 4. *v.* 19. יָדַעַתְּ *Nosti*, *Jerem.* 50. *v.* 24. יָלַדְתְּ vide mox ad Particip. præsens. A נָתַן per syncopam; נָתַתְּ *Dedisti*, *Ezech.* 16. *v.* 33. Vide vocem præcedentem.

פָּקַדְתִּי] Quædam in medio habent Chirek pro Pathach: ut, יְלִדְתִּי *Genui*, *Psalm.* 2. *v.* 7. שְׁאִלְתִּי *Petivi*, 1. *Sam.* 1. *v.* 20. Vide similem formam infrà cap. 40. ad Præter. & mox in secunda plurali. A finitis in ת, per syncopam: כָּרַתִּי *Pepigi*, *Exod.* 34. *v.* 27. Vide paulò antè in secunda masculina. A נָתַן similiter per syncopam: נָתַתִּי *Dedi*, *Genes.* 1. *v.* 29. Vide paulò antè. Per Aphæresin: וְשַׁבְתִּי *Et habitabo*, *Psal.* 23. *v.* 6. *pro* וְיָשַׁבְתִּי. Sic quædam fuerunt paulò antè. Sed communiter deducunt à שׁוּב, pro, *Quietus ero*.

פָּקְדוּ] Cum ן paragogico: יָדְעוּן *Cognoverunt*, *Deut.* 8. *v.* 3. Per Aphæresin primæ radicalis: צָקוּן *Effuderunt*, *Jesa.* 26. 16. à יָצַק, sed habet formam à צוּק. Similia fuerunt paulò antè. Cum א paragogico præter morem; הֶהָלְכוּא *Qui venerant*, *Jos.* 10. *v.* 24. Vide simile infrà cap. 43. ad Præter. Quædam hujus personæ diversimodè leguntur & scribuntur: ut, שָׁפְכָה *Effuderunt*, *Deut.* 21. *v.* 7. scribitur cum ה, quasi legendum, שָׁפְכָה *Effudit*; sed Masorethæ legendum tradiderunt pluraliter, unde Kibbutz appositum pro ו. Talia sunt in Bibliis quatuordecim, quæ adducuntur in Masora Thren. 4. 17. Accentu retracto, redeunt vocales, ut in tertia fœminina dictum: יָלָדוּ *Pepererunt*, *Genes.* 31. 43. יָכֹלוּ *Potuerunt*, *Exod.* 8. 14. נָזֹלוּ *Defluunt*, Esa. 64. 1. & חָדֵלוּ *Cessaverunt*, Judic. 5. 7. quæ duo etiam habent Dagesch euphonicum, ad intendendam significationem.

פְּקַדְתֶּם] Cum Chirek loco Pathach in medio: יְרִשְׁתֶּם

munem flexionem imitatur: ut, חָפֵץ *Voluit ille*, חָפַצְתָּ *Voluisti tu*, חָפְצוּ *Voluerunt illi vel illæ, &c.* Cholem manet, præterquam in tertiis personis, in quibus servatur analogia: ut, יָגֹרְתָּ *Timuisti, Deut. 28. v. 60.* יָכֹלְתִּי *Potui, Genes. 30. v. 8.* יָכְלוּ *Potuerunt, Genes. 37. 4.* יָכְלָה *Potuit illa, Genes. 36. 7.* Si accentus à Cholem removeatur in secunda & prima persona, corripitur in Kametzchatuph: ut, וְיָכָלְתָּ *Et poteris, Exod. 18. v. 23.*

Quædam præter morem *Aphæresin* primæ radicalis patiuntur: ut, רַד *Declinavit, pro* יָרַד *Jud. 19. v. 11.* קַח *Accepit, pro* לָקַח *Ezech. 17. v. 5.* & sic קָחָם *Accepit eos, Hoseæ 11. v. 3.* Aliud vide mox in tertia plurali.

פָּקְדָה] Ad formam Chaldaicam hîc in ת desinit אָזְלַת *Abiit, pro* אָזְלָה *Deut. 32. v. 36.* Simile vide cap. seq. ad Præteritum Niphal, & cap. 36. ad hanc personam. Accentu ad penultimam retracto, redeunt singulæ terminationes masculinæ, Pathach in Kametz producto: ut, נָתָנָה *Dedit, Judic. 5. v. 25.* שָׂמֵחָה *Lætata est, Esth. 8. v. 15.* Vide lib. 2. capite 23. Sic, נָשַׁתָּה *Defecit, pro* נָשְׁתָה, *Jesa. 41. v. 17.* quod & cum Dagesch Euphonico. Irregulariter; גָּבְהָא *Extulit se, Ezech. 31. v. 5.* cum א loco ה, ne duo ה concurrant.

פָּקַדְתָּ] Cum ה paragogico: בָּגַדְתָּה *Prævaricatus es, Malach. 2. v. 14.* Verba quæ in ת desinunt, hîc & quandocunque aliud ת sequitur, syncopam patiuntur, contrahendo ת radicale per Dagesch forte in ת servile: ut, כָּרַתָּ *Succidisti, pro* כָּרַתְתָּ *Deuter. 20. v. 20.* Hanc anomaliam sequitur hîc verbum נָתַן includendo נ per Dagesch in ת servile, euphoniæ causâ; ut נָתַתָּה *Dedisti, pro* נָתַנְתָּ *Genes. 3. 12.* & sic semper quando ת sequitur. Et deficiente quoque primâ radicali תַּתָּה, 2. Sam. 22. 41.

פָּקַדְתְּ] Si ultima radicalis fuerit ח vel ע, pro priori Scheva

Partic. præteritum ſive Pahul.

Plur.	*Sing.*	
פְּקוּדִים	פָּקוּד	M.
פְּקוּדוֹת	פְּקוּדָה	F.

Infinitivus.

פְּקֹד vel פְּקוֹד vel פָּקוֹד

Imperativus.

Plur.	*Sing.*	
פִּקְדוּ	פְּקֹד vel פְּקוֹד	M.
פְּקוֹדְנָה	פִּקְדִי	F.

Futurum.

Sing.

fœmin.	*maſcul.*	
com. אֶפְקֹד vel	אֶפְקוֹד	1.
תִּפְקְדִי	תִּפְקוֹד	2.
תִּפְקוֹד	יִפְקוֹד	3.

Plural.

com.	נִפְקוֹד	1.
תִּפְקוֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	2.
	יִפְקְדוּ	2.

ANNOTATIONES AD PRAET.

פָּקַד] Triplex hîc Verborum terminatio eſt; Prima & communis in Pathach, ut in paradigmate: Altera in Tzere: ut, חָפֵץ *Voluit.* Tertia in Cholem: ut, יָכֹל *Potuit*, יָגֹר *Timuit*, קָטֹן *Parvus fuit.* Hæc autem rarior eſt propter Nomina multa ejusdem formæ. Concurrunt omnes in uno verſu, Exod. 40. ℣. 35. Irregulare eſt, שָׁפָט *Judicavit*, 1. *Samuel.* 7. *v.* 17. ubi Maſora inquit, non reperiri amplius cum Kametz. Terminatio Tzere com-

ordines dentium: שַׁד *Uber*, שָׁדַיִם *Duo ubera.* Quæ ex duplici Sægol constant, prius mutant in Pathach, alterum in Scheva: ut, אֶלֶף *Mille*, אַלְפַּיִם *Duo millia:* נַעַל *Calceus*, נַעֲלַיִם *Duo calcei:* קֶרֶן *Cornu*, קַרְנַיִם *Duo cornua*, unde & regulariter קְרָנַיִם.

ANOMALIÆ *hujus declinationis.*

Singularia tantùm sunt,

Nomina propria: דָּוִד *David.*

Metallorum: זָהָב *Aurum*, כֶּסֶף *Argentum*, unde tamen semel reperitur pluralis numerus pro *Nummis argenteis*, Genes. 42. ℣. 25. בְּדִיל *Stannum*, à quo similiter semel plurale reperitur, Jesa. 1. ℣. 25. pro *Scoriis stanni:* בַּרְזֶל *Ferrum.*

Liquorum: יַיִן *Vinum*, תִּירוֹשׁ *Mustum*, דְּבַשׁ *Mel*, יִצְהָר *Oleum.*

Pluralia tantùm sunt hæc ætatum Nomina: בְּתוּלִים *Virginitas*, זְקוּנִים *Senectus*, נְעוּרִים *Pueritia*, עֲלוּמִים *Adolescentia.*

Dualia tantùm sunt: אָבְנַיִם *Sella:* חָפְנַיִם *Pugilli:* כִּלְאַיִם *Heterogenea:* כִּירַיִם *Testus:* מֹאזְנַיִם *Bilances:* מִכְנְסַיִם *Femoralia:* מָתְנַיִם *Lumbi:* צָהֳרַיִם *Meridies:* מַיִם *Aquæ:* רֵחַיִם *Molæ:* שָׁמַיִם *Cæli:* שְׁפַתַּיִם *Duæ strues lapidum:* מִשְׁפְּתַיִם *Duæ sarcinæ.* Multa denique usu tantùm alterutro numero carent, quæ diligenti lectione observanda sunt.

CAPUT X.

De Secunda Declinatione.

SECUNDA declinatio est fœmininorum, quæ singulari adjicit syllabam וֹת, servatâ communi mutationis lege, ut in prima declinatione dictum: ut,

אוֹת

אֲדֻמִּים *Rufi*. Sic, חַרְטֹם *Magus*, נָקֹד *Punctatum*, עָרֹם *Nudus*, קַרְדֹּם *Securis*, עָקוֹד *Crurībus-varium*, עָמוֹק *Profundum*. Sic & ex monoſyllabis quædam: ut, תֻּמִּים à תֹּם *Perfectio*: חֻקִּים *Statuta*, à חֹק. Excipe; יוֹם *Dies*, יָמִים *Dies*: רֹאשׁ *Caput*, רָאשִׁים *Capita*: שׁוֹר *Bos*, שְׁוָרִים *Boves*: חֹחַ *Spina*, חֲוָחִים & חֹחִים *Spinæ*: אֱנוֹשׁ *Homo*, אֲנָשִׁים *Homines*. A צִפּוֹר *Avis*, eſt צִפֳּרִים & צִפֳּרִים *Aves*.

Schureck in Kibbutz & Dageſch: ut, חָרוּל *Urtica*, חֲרֻלִּים *Urticæ*. Sic; בְּרֹדִים, אֲמֻצִּים. At à שׁוּק *Platea*, שְׁוָקִים *Plateæ*: דּוּד *Caniſtrum*, דְּוָדִים & דּוּדִים *Caniſtra*: ut antea quædam in Cholem. At, שִׁקּוּי facit שִׁקֻּיִּים Hoſ. 2. ℣. 5. & שִׁקּוּיִם *Potiones*, Pſal. 102. ℣. 10.

Terminatio ה ֶ à ſingulari abjicitur, unde præcedens vocalis quæcunque manet: ut, יָפֶה *Pulcher*, יָפִים *Pulchri*: רֵעֶה *Amicus*, רֵעִים *Amici*.

Terminatio ִי ſimiliter abjicitur: ut, יְהוּדִי *Judæus*, יְהוּדִים *Judæi*: נָכְרִי *Alienus*, נָכְרִים *Alieni*: חָפְשִׁי *Liber*, חָפְשִׁים *Liberi*: צִי *Navis*, צִים *Naves*: Numer. 24. ℣. 24. à quo & regulariter eſt צִיִּים Dan. 11. ℣. 30. מִצְרִי *Aegyptius*, מִצְרִים *Aegyptii*. Quædam regulariter flectuntur: ut, נָקִי *Innocens*, נְקִיִּים *Innocentes*: Sic, עָנִי *Pauper*, עִי *Acervus*, אִי *Inſula*. Excipe, כְּלִי *Vas*, unde כֵּלִים *Vaſa*. Quædam commutant Chirek in Kametz, Jod ſervato: ut, גְּדִי *Hædus*, גְּדָיִים *Hædi*: עֲדִי *Ornamentum*, עֲדָיִים *Ornamenta*: Ezech. 16. v. 7. שְׁפִי *Clivus*, שְׁפָיִים *Clivi*, Jer. 3. v. 21. חֳלִי *Infirmitas*, חֳלָיִים *Infirmitates*. 2. Paral. 21. 15. פְּתִי *Simplex*, פְּתָיִים & פְּתָאִים & פְּתָאִים *Simplices*: צְבִי *Caprea*, צְבָיִים & צְבָאִים, 1. Paral. 12. v. 8. חֲלִי *Ornamentum*, חֲלָאִים Cant. 7. v. 1. לָבִיא *Leo*, לְבָאִים *Leones*.

Dualis numerus hîc à ſingulari numero flectitur in ַיִם mutatis ferè vocalibus, ut in plurali: ut, יוֹם *Dies*, יוֹמַיִם *Duo dies*, Exod. 21. v. 21. אַף *Naſus*, אַפַּיִם *Nares*: שֵׁן *Dens*, שִׁנַּיִם *Dentes*: ubi dualis forma adhibetur ob binos ordi-

Mus-montanus, שַׁאֲנָן *Tranquillus.* Ex hac forma quoque est plurale, מַעֲמַקִּים *Profunditates*, *Psal.* 130. 1. Ast à מוֹרַג est מֹרִגִים *Tribulæ*, 2. *Sam.* 24. *v.* 22.

Sic & monosyllaba quædam: ut, יָם *Mare*, יַמִּים *Maria*: חָם *Calidus*, חַמִּים *Calidi*. Ab אָח est אַחִים *Fratres*. Alia Kametz retinent: ut, דָם *Sanguis*, דָמִים *Sanguines*. Sic; דָג *Piscis*, זָר *Alienus*, עָר *Inimicus*, עָב *Nubes*, צָר *Hostis*, רָע *Malus*, רָשׁ *Pauper*, רָם *Excelsus*, שָׂר *Princeps*.

Pathach in quibusdam assumit Dagesch: ut, הֲדַס *Myrtus*, הֲדַסִּים *Myrti*: אֲגַם *Stagnum*, אֲגַמִּים *Stagna*. Sic; אֶתְנַן *Merces meretricia*, מִשְׁבַּת *Cessatio*, מִשְׁמַן *Pinguedo*, & alia. Monosyllaba: ut, דַל *Tenuis*, דַלִּים *Tenues*. Sic, גַל *Acervus*, גַן *Hortus*, רַב *Multus*, עַם *Populus*. Duo per Kametz, propter ejectum Dagesch: הַר *Mons*, הָרִים *Montes*: פַר *Juvencus*, פָרִים *Juvenci*. Excipiuntur; סַף, מַס, צַד, פַּת, unde סִפִּים, & sic reliqua.

Tzere non præcedente Kametz, mutatur in Scheva: ut, עִוֵּר *Cæcus*, עִוְרִים *Cæci*: חֵרֵשׁ *Surdus*, חֵרְשִׁים *Surdi*, ubi prius Tzere manet, quia est loco ejecti Dagesch ex ר. Sic, עִלֵּג *Balbus*, עִקֵּשׁ *Perversus*, פִּסֵּחַ *Claudus*, רֹכֵב *Eques*, מוֹעֵד *Solennitas*. Excipiuntur quædam, quæ Tzere retinent: ut, שֹׁמֵם *Desolans*, שֹׁמְמִים *Desolantes*: זְאֵב *Lupus*, זְאֵבִים *Lupi*: מַקְהֵל *Congregatio*, מַקְהֵלִים *Congregationes*.

Tzere præcedente Kametz manet. Excipiuntur tamen quædam à verbis Defectivis secundâ derivata, quæ illud in Chirek & Dagesch convertunt: ut, מָגֵן *Clypeus*, מְגִנִּים *Clypei*: Sic monosyllaba quædam, חֵץ *Sagitta*, חִצִּים *Sagittæ*: קֵן *Nidus*, קִנִּים *Nidi*: At à בֵּן est בָּנִים *Liberi*. Quædam analoga sunt: ut, זֵד *Superbus*, זֵדִים *Superbi*: sic; גֵר *Peregrinus*, עֵץ *Arbor*.

Cholem manet. Quædam illud euphoniæ causâ convertunt in Kibbutz & Dagesch: ut, אָדֹם *Rufus*,

אדמים

ctura singularem numerum apertè arguit, nempe יַעֲלֹז שָׂדַי וְכָל־אֲשֶׁר־בּוֹ *Exultet ager, & quicquid in eo est, Psal.* 96. *vers.* 12. Chaldæus etiam hîc singulariter transfert. At Nah. 3. 17. גּוֹבַי pluralis numeri est.

Cholem penultimæ syllabæ, sequente Sægol aut Pathach, mutatur in *Scheva:* ut, קֹמֶץ *Pugillus,* קְמָצִים *Pugilli.* רֹתֶם *Juniperus*, רְתָמִים *Juniperi:* רֹמַח *Lancea,* רְמָחִים *Lanceæ;* פֹּעַל *Actio*, פְּעָלִים *Actiones:* vel in *Chateph-kametz* sub gutturali, loco Scheva: ut, אֹהֶל *Tabernaculum,* אֳהָלִים *Tabernacula:* חֹמֶר *Acervus,* חֳמָרִים *Acervi:* חֹדֶשׁ *Mensis,* חֳדָשִׁים *Menses.* His simile; קֹדֶשׁ *Sanctitas,* קֳדָשִׁים *Sanctitates:* nam Scheva compositum quandoq; etiam aliis,quàm gutturalibus subjici,suprà dictum est. Hinc tamen etiam est קָדָשִׁים cum Kametz lato, ut Kimchi loquitur, unde adjunctum habet Metheg: sic שָׁרָשִׁים *Radices.* Aliâs in penultima ferè semper manet: ut, כּוֹכָב *Stella,* כּוֹכָבִים *Stellæ.* Sic ab אֹהֶל dicitur etiam אֹהָלִים *Tabernacula, Genes.* 25. *v.* 27.

Quæ *Pathach* in penultima habent, sequente Chirek, (at non intercedente Dagesch) variant: à זַיִת *Oliva*, est זֵיתִים *Olivæ:* à חַיִל *Exercitus,* חֲיָלִים *Dan.* 11. *vers.* 10. sic á תַּיִשׁ est תְּיָשִׁים *Hirci, Genes.* 30. *v.* 35. עַיִר *Pullus,* עֲיָרִים *Pulli, Jud.* 10. *v.* 4. Hanc formam semel imitatur, עִיר *Civitas*, unde, עֲיָרִים *Civitates, Jud.* 11. *v.* 4. quod aliàs semper habet עָרִים. A בַּיִת *Domus*, est בָּתִּים pro בַּיתִים.

Formam נַעַר vide antè in forma מֶלֶךְ.

Ultima syllaba singularis numeri, quandoque etiam speciales affectiones habet.

Kametz interdum convertitur in Pathach & Dagesch: ut, אוֹפָן *Rota*, אוֹפַנִּים *Rotæ.* Hanc formam sequuntur; גָּמָל *Camelus*, זְמָן *Tempus*, קָטָן *Parvus*, שְׁפָן

Mus-

דָּבָר *Verbum*, דְּבָרִים *Verba*, לִדְבָרִים *Verbis*.
חָסִיד *Beneficus*, חֲסִידִים *Benefici*.
סֵפֶר *Liber*, סְפָרִים *Libri*.
מֶלֶךְ *Rex*, מְלָכִים *Reges*. Hujus formæ ſunt נֶגַע *Plaga*, פֶּתַח *Oſtium*, & ſimilia, quæ pro poſteriore Sægol habent Pathach, propter ultimam gutturalem: item נַעַר *Puer*, טַעַם *Ratio*, & ſimilia, quæ pro utroque Sægol habent duplex Pathach, propter mediam gutturalem: *Hinc pluralis*, נְגָעִים *Plagæ*, טְעָמִים *Rationes*.

Excipe à Kametz; שָׁלִישִׁים à שָׁלִישׁ *Tribunus*, quod retinet Kametz ad differentiam שְׁלִשִׁים *Triginta*: item שָׁבֻעִים שָׁבֻעוֹת à שָׁבוּעַ *Septimana*, quod ſimiliter ſervat Kametz ad differentiam שְׁבֻעִים & שְׁבֻעוֹת à ſig. שָׁבוּעַ *Juratus*.

Jod ſæpè excidit ex terminatione plurali: ut, תַּנִּינִם *Dracones*, *Deut*. 32. *v*. 33. תְּמִימִם *Integri*, *Levit*. 9. *v*. 2.

Quædam flectuntur in ין. formâ Chaldaicâ: ut, אֲחֵרִין *Alii*, *Job*. 31. *v*. 10. אִיִּן *Inſulæ*, *Ezech*. 26. *v*. 18. חִטִּין *Tritica*, *Ezech*. 4. 9. חַיִּין *Vita*, *Job*. 24. 22. יָמִין *Dies*, *Dan*. 12. *v*. 13. מִלִּין *Sermones*, *Job*. 12. *v*. 11. מְלָכִין *Reges*, *Prov*. 31. 3. עִיִּין *Acervi*, *Mich*. 3. 12. רָצִין *Curſores*, 1. *Reg*. 11. *v*. 13. צִידֹנִין *Tzidonii*, 1. *Reg*. 11. *v*. 33. שֹׁמֵמִין *Deſolatæ*, *Thren*. 1. *v*. 4.

Irregularia planè ſunt quædam, quæ deſinunt in י ַ pro ים.: ut, גּוֹבַי *Locuſtæ*, *Nah*. 3. *v*. 7. הָרַי *Montes*, *Zach*. 14. *v*. 5. חַלּוֹנַי *Feneſtræ*, *Jer*. 22. *v*. 14. חוֹרַי *Alba opera*, *Jeſa*. 19. *v*. 9. חֲשׂוּפַי *Retecti*, *Jeſa*. 20. *v*. 4. סוּרַי *Recedentes*, *apoſtatæ*, *Jer*. 17. *v*. 13. שָׂדַי *Agri*, *Hoſ*. 10. 4. שָׂרַי *Principes*, *Jud*. 5. 15. יָדַי *Manus*, *Ezech*. 13. *v*. 18. Hæc paraphraſtes Chaldæus per pluralia ſemper explicat. R. Salomon Jeſa. 20. ℣. 4. ſcribit י eſſe paragogicum ſive dė ſuperfluo, ac proinde ſingularia. Aben Eſra, Hoſ. 10. 4. שָׂדַי vult eſſe pro שָׂדֶה, quod probat ex alio loco, ubi ſtru-

ctura

cedente vocula מִן cognoſcitur, quàm apud Latinos ex A vel Ab. Ad caſus itaque rectè diſcernendos, ad Syntaxin & ſtructuram ſermonis recurrendum eſt.

Porrò Nomina derivata, antè vel ponè cum litera formativa, vulgò hîc appellantur *Nomina hæemantica*, & literæ ipſæ Nomini adjunctæ, *hæemanticæ*, à voce ſymbolica הֶאֱמַנְתִּי, in quam literæ Nominibus addi ſolitæ, memoriæ causâ incluſæ ſunt. Kimchi Joel. 1. ẏ. 17. omiſsâ literâ ה vocat eas literas אמ״תין *Amtin*. At uſus harum literarum longè latior eſt, nec ad ſola Nomina pertinet, ut patebit.

CAPUT IX.

De prima Declinatione Nominum.

FLEXIO Nominis ſecundum caſus dicitur *Declinatio*. Ea verò, quum caſuum terminatio ſpecialis nulla ſit, ſolâ flexione Nominativi ſingularis in Nominativum pluralem peragitur.

Declinatio Nominum *duplex* eſt, Prima & Secunda, quibus in genere duplex anomalia accidit: Prima, *Kametz, Tzere & Sægol penultimæ ſyllabæ, mutantur in Scheva*: Secunda, *Sægol ultimæ ſyllabæ convertitur in Kametz*. Attamen ſi Kametz & Tzere ante gutturales & ר, loco ejecti Dageſch ponantur, immutatæ manent.

PRIMA eſt maſculinorum, quæ ſingulari numero adjicit ſyllabam ִים: ut,

טוֹב *Bonus*, טוֹבִים *Boni*, לְטוֹבִים *Bonis*, אֶת־טוֹבִים *Bonos*.

גַּנָּב *Fur*, גַּנָּבִים *Fures*. Huic ſimile, Dageſch compenſato; חָרָשׁ *Artifex*, חָרָשִׁים *Artifices*.

צַדִּיק *Juſtus*, צַדִּיקִים *Juſti*. Huic ſimilia; עָרִיץ *Tyrannus*, עָרִיצִים *Tyranni*: סָרִיס *Eunuchus*, סָרִיסִים *Eunuchi*.

חבר

poteſt, accidit *Comparatio*. At ea hîc non fit diversâ adjectivi flexione, ſed locutione periphraſticâ, ideoque ad conjuncti ſermonis rationem pertinet: vide lib. 2. cap. 3.

Casus eſt diverſa Nominis terminatio: eſtque ſextuplex in utroque numero, Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus, Ablativus. At hîc ſolus Nominativus pluralis à Nominativo ſingulari, diſtinctâ terminatione differt: reliqui caſus non diverſis terminationibus, ſed ex ſtructura ſermonis & rectione Syntacticâ diſtinguuntur, non ſecus atque caſus quidam ſimiles apud Latinos, ut Genitivus & Dativus in æ, Dativus & Ablativus quarundam declinationum; tres caſus ſimiles Nominum neutri generis, & alii, quos ſola Syntaxis diſcernit. Unde Seneca lib. 5. Nat. q. cap. 17. ſcribit: *Caſus ſex dicimus, non quia omne Nomen ſex recipit, ſed quia nullum plures quàm ſex.* Neque etiam notas certas vel articulos habent, quibus accuratè diſtingui poſſint. Qui vulgò pro articulis habentur, incerti ſunt. ה cum Pathach, ſequente Dageſch, omnibus caſibus præfigitur, nunc ex communi linguæ uſu, nunc ad emphaſin, quomodo ab Hebræis appellatur הֵא הַיְּדִיעָה *He notitiæ*, vel notificationis, quòd ſignificatum quaſi notius reddat, aut oſtendat rem ſignificari notam, certam & determinatam. ל præfixum communiter Dativum deſignat, quandoque Genitivum poſſeſſoris, quandoque alium uſum habet, ut in Syntaxi pleniùs cognoſcetur. אֵת communiter Accuſativum notat: ſæpè etiam Nominativum, non raro aliud ſignificat, quod ſimiliter Syntaxis explicabit. Vocativus aliquando deſignatur per ה ut; הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם Audite ô cæli &c. Ablativus hîc æquè ſæpè & certò ex præceden-

גְּבִיר *Herus,* גְּבִירָה *Hera,* דָּג *Piscis,* דָּגָה *Piscis-fœmina:* מֶלֶךְ *Rex,* מַלְכָּה *Regina,* כֶּבֶשׂ *Agnus,* כַּבְשָׂה vel כִּבְשָׂה *Agna*, in quibus postremis motio utrumque Sægol in Scheva mutat, cujus prius transit pro more in Chirek vel Pathach.

Excipe pauca, quæ non in ה fœmininum, sed paragogicum moventur, quod cognoscitur ex accentu in penultima manente: ut, לַיִל , לַיְלָה *Nox*, בַּיִת , בַּיְתָה *Domus:* מָוֶת , מָוְתָה *Mors.*

Adjectivum est nomen generis duplicis, sub duplici terminatione, hoc est, quod è masculino movetur in fœmininum: ut, טוֹב *Bonus,* טוֹבָה *Bona.*

Motio in fœmininum genus, masculini formam persæpè mutat.

Kametz penultimæ syllabæ, regulariter transit in Scheva: ut, גָּדוֹל *Magnus*, גְּדוֹלָה *Magna.* Excipe; בָּגֵדָה *Prævaricatrix*, *Jerem.* 3. *v.* 4. quod servat Kametz præter normam: item Masculina in ה desinentia, quæ Kametz penultimæ syllabæ retinent, ut mox videbitur. Ultimæ syllabæ manet: ut, חָכָם *Sapiens,* חֲכָמָה *Sapiens illa.*

Excipe, קָטָן *Parvus,* קְטַנָּה *Parva:*

Tzere ultimæ syllabæ, si nullum Kametz præcesserit, similiter mutatur in Scheva: ut, עִוֵּר *Cæcus*, עִוְּרָה *Cæca:* בֹּגֵד *Prævaricator*, בֹּגְדָה *Prævaricatrix.* Præcedente Kametz manet.

Sægol cum sequente ה per contractionem tollitur, unde Kametz penultimæ syllabæ manet: ut, יָפֶה *Pulcher*, יָפָה *Pulchra:* רָוֶה *Irriguus*, רָוָה *Irrigua.*

In ִי desinentia, moventur in ִיָּה & in ִית: ut, שֵׁנִי *Secundus*, שֵׁנִיָּה & שֵׁנִית *Secunda:* תַּחְתִּי *Inferior* תַּחְתִּיָּה & תַּחְתִּית *Infima:* מִצְרִי *Aegyptius*, מִצְרִית *Aegyptia.*

Adjectivis plerisq;, quorum scil. significatio augeri

Excipe fœminina; פַּת *Frustum*, סֹלֶת *Simila*: Communia, quæ tamen sæpiùs fœminina sunt; עֵת *Tempus*, אות *Signum*, קֶשֶׁת *Arcus*, נְחֹשֶׁת *Aes*, דֶּלֶת *Janua*, שְׁלֹשֶׁת *Tres*, שַׁבָּת *Sabbathum*.

Cæterùm in animalium & volucrum nominibus, uterque sexus ferè unico genere comprehenditur, (quod vulgò ἐπίκοινον *Epicœnum vel Promiscuum* vocant,) ut docet Kimchi in Michlol fol. 192. ἐπίκοινον itaque est vel masculinum tantùm: ut בָּקָר *Armentum*, חֲזִיר *Sus*, כֶּלֶב *Canis*, נֶשֶׁר *Aquila*, עוֹף *Volatile*, עַכְבָּר *Mus*, עַיִט *Avis*, שָׁפָן *Cuniculus*: vel fœmininum tantùm: ut, אַרְנֶבֶת *Lepus*, דַּיָּה *Milvus*, חֲסִידָה *Ciconia*, יַעֲנָה *Ulula*. Quædam communis generis sunt: ut, גָּמָל *Camelus*, דב *Ursus*, צאן *Ovis*, שֶׂה *Pecus*, צפר *Passer*. Ad sexum distinguendum semel additas reperias voces זָכָר Masculus, & נְקֵבָה Fœmina: ut שְׂעִיר עִזִּים זָכָר *Hircum caprarum masculum, Levit.* 4. *vers.* 23. & שְׂעִירַת עִזִּים נְקֵבָה *Capram caprarum* (id est, capram lactentem) *fœminam, ibid. vers.* 28.

Porrò Nomen est vel *Proprium*, vel *Appellativum*.

Proprium est, quod uni soli convenit; ut אברהם Abraham, Isaac, David, &c. Huic quatuor attribuunt proprietates: 1. non flectitur in numerum pluralem. 2. nunquam ponitur in regimine seu constructione. 3. non præponitur ei He hajediah: 4. nullum ab eo derivatur Verbum.

Appellativum, quod pluribus convenit; estque vel *Substantivum* vel *Adjectivum*.

Substantivum est nomen generis unius vel communis, propriè sub una terminatione: ut, סֵפֶר *Liber*, מִכְתָּב *Scriptura*, קֶסֶת *Atramentarium*, מָקוֹם *Locus*. Quædam tamen in alterum etiam genus moventur, maximè ob sexus differentiam: ut אִישׁ *Vir*, אִשָּׁה *Vira*,

גביר

ק maſculina ſunt: ut, בֶּדֶק *Rima*, בָּזָק *Fulgur*, בַּקְבּוּק *Lagena*, בָּרָק *Fulgur*, שַׂק *Saccus*, אָבָק *Pulvis*.

Excipe, שׁוֹק *Armus, Crus*, quod fœmininum, 1. Sam. 9. ℣. 24. At Exod. 29. ℣. 22. videtur eſſe maſculinum, ſed ibi elliptica locutio. Nam שׁוֹק יָמִין pro שׁוֹק צַד יָמִין *Armum dexteri lateris*.

ר maſculina ſunt: ut, אֵבֶר *Ala*, אֵפֶר *Cinis*, עָפָר *Pulvis*, עֹשֶׁר *Divitiæ*, פְּאֵר *Ornatus*, קִיטוֹר *Fumus*.

Excipe Fœminina: אָשׁוּר vel אֲשֻׁר *Inceſſus*, בְּאֵר *Puteus*, עֶשֶׂר *Decem*, כִּכָּר *Talentum vel planicies*: & Communia; סִיר *Olla*, שָׁמִיר *Sentis*, תַּעַר *Novacula*, גָּדֵר *Maceria*, חָצֵר *Atrium*, עִיר *Civitas*, צִפּוֹר *Volucris*, ex quibus tamen poſteriora ſæpiùs fœminina ſunt: חֲמוֹר ſemel fœmin. eſt, 2. Sam. 19. ℣. 26. aliâs maſc.

ש vel שׂ maſculina ſunt: ut, אֱנוֹשׁ *Homo*, אִישׁ *Vir*, בְּאֹשׁ *Fœtor*, בְּרוֹשׁ *Abies*, מִגְרָשׁ *Suburbium*, מִדְרָשׁ *Commentarius*.

Excipe fœminina; עַיִשׁ *Arcturus*, עֶרֶשׂ *Sponda*, פִּילֶגֶשׁ *Uxor-Concubina*, כְּרֵשׂ *Venter*, quod apud Rabbinos fœmininum. Communia; שֶׁמֶשׁ *Sol*, אֵשׁ *Ignis*, נֶפֶשׁ *Anima*, quæ & ipſa ſæpiùs fœminina ſunt: שָׁלֹשׁ *Tres*, חָמֵשׁ *Quinque*, שֵׁשׁ *Sex*.

ת ſervile, fœminina ſunt: ut, מַלְכוּת *Regnum*, אֱמֶת *Veritas*, דַּעַת *Scientia*, תִּפְאֶרֶת *Decus*, גָּפְרִית *Sulphur*, מִכְמֹרֶת *Rete*, תַּבְנִית *Exemplar*, שְׁבוּת *Captivitas*, רֶשֶׁת *Rete*, ſi à יָרַשׁ deducatur: בְּרִית *Fœdus*, à בָּרָה derivatum. Huc referenda; זִמְרָת *Cantio*, מְנָת *Portio*, תְּהִלַּת *Laus*, עֶזְרָת *Auxilium*, & ſimilia, in quibus ת eſt loco ה pro זִמְרָה.

Excipe, דְּמוּת *Similitudo*, quod maſculinum eſt.

ת radicale, maſculina ſunt: ut אֵת *Ligo*, בַּיִת *Domus*, זַיִת *Olea*, זֶרֶת *Palmus*, חַת *Conſternatio*, בָּתִית *Tuſum*, מָוֶת *Mors*, מוֹפֵת *Portentum*, מִשְׁבָּת *Ceſſatio*, נֹפֶת *Favus*, עֲבֹת *Contortum*, עָמִית *Socius*, שַׁיִת *Vepretum*, שִׁית *Ornatus*.

Sed ibi alia fœminini conſideratio eſt, ut traditur lib. 2. cap. 1. Reg. 2. Item עַם *Populus*, fœmininum eſt Jer. 8. ℣. 5. Jud. 18. ℣. 7. Jeſa. 26. ℣. 20. & juxta quosdam Exod. 5. ℣. 16. vide lib. 2. cap. 10. in Enallage generis. Sic שָׁלוֹם juxta quoſdam fœmin. eſt, ut Ab. Eſr. notat Jeſa. 26. ℣. 3.

ן maſculina ſunt: ut, בֹּהֶן *Pollex*, בֹּחַן *Probatio*, עֵדֶן *Voluptas*, שֻׁלְחָן *Menſa*, חֶשְׁבּוֹן *Supputatio*, שׁוֹשָׁן *Lilium*.

Excipe fœminina; אֶבֶן *Lapis*, אַגָּן *Crater*, אָתוֹן *Aſina*, בֶּטֶן *Venter*, גֹּרֶן *Area*, יָמִין *Dextera*, צֹאן *Pecus parva, Ovis*, צָפוֹן *Septentrio*: item Communia: אָרוֹן *Arca*, זָקָן *Barba*, חַלּוֹן *Feneſtra*, שֵׁן *Dens*, עַיִן *Oculus*, גֶּפֶן *Vitis*, לָשׁוֹן *Lingua*, ex quibus tria poſteriora ſæpius fœminino genere uſurpantur; item, קֶרֶן *Cornu*, הָמוֹן *Multitudo*, quæ duo ſæpiùs maſculina ſunt: מָגֵן *Clypeus*, ſemel fœmininum.

ם maſculina ſunt: ut, אֵבוּס *Præſepe*, אֶפֶס *Nihilum*, הֲדַס *Myrtus*, הֶרֶס *Deſtructio*, חָמָס *Violentia*, חֶרֶס *Sol*.

Excipe fœmininum; כּוֹס *Calix*.

ע maſculina ſunt: ut, רֶבַע *Quarta-pars*, רֶגַע *Momentum*, רָקִיעַ *Expanſum*, רֶשַׁע *Improbitas*, שֹׂבַע *Saturitas*, שֵׁמַע *Rumor*.

Excipe fœminina: אַרְבַּע *Quatuor*, שֶׁבַע *Septem*, תֵּשַׁע *Novem*, אֶזְרוֹעַ *Brachium*, אֶצְבַּע *Digitus*: & Communia: יָצִיעַ *Subſtructio*, זְרוֹעַ *Brachium*, quod tamen ſæpiùs fœmininum eſt.

ף maſculina ſunt: ut, אַף *Ira*, אֹסֶף *Collectio*, אֶגְרוֹף *Pugnus*, דֶּלֶף *Stilla*, חֹנֶף *Hypocriſis*, חֹרֶף *Hyems*.

Excipe commune ſed ſæpiùs fœmininum; כָּנָף *Ala*, 2. Paralip. 3. ℣. 12.

ץ maſculina ſunt: ut, אֹמֶץ *Fortitudo*, בֹּץ *Cœnum*, חוּץ *Platea*, חֹמֶץ *Acetum*, חֵפֶץ *Deſiderium*.

Excipe, אֶרֶץ *Terra*, generis communis, ſed fœminini ſæpiùs.

ק ma-

cia, בְּרִיחַ *Vectis*, מִזְבֵּחַ *Altare*, זֶבַח *Sacrificium*, אֶזְרָח *Indigena*, מִזְרָח *Oriens*, חוֹחַ *Spina*, טֶבַח *Mactatio*, טַבָּח *Coquus*.

Excipe communia, ſed fœminina ſępius; מֵצַח *Frons*, רוּחַ *Spiritus*, אֹרַח *Semita*, com. gen. Pſal. 119. ℣. 10. fœmininum, Prov. 15. 19.

ט maſculina ſunt: ut, אַבְנֵט *Balteus*, חוּט *Filum*, חֶרֶט *Cœlum vel ſtylus*, quo aliquid ſculpitur, טִיט *Lutum*.

Excipe שֵׁבֶט *Tribus*, commune, ſed maſc. ſæpiùs.

י maſculina ſunt: ut, חֳלִי *Morbus*, חֳרִי *Ira*, פְּרִי *Fructus*, צְלִי *Aſſatura*, צִי *Navis*, דְּלִי *Situla*.

Excipe fœmininũ; לְחִי *Maxilla*, & cōmune, אֳנִי *Navis*.

ך maſculina ſunt: ut, אֲנָךְ *Libella*, אֹרֶךְ *Longitudo*, מִדְרָךְ *Veſtigium*, הֵלֶךְ *Ambulatio*, מַהֲלָךְ *Iter*, הֵפֶךְ *Contrarium*, חֵךְ *Palatum*, חֹשֶׁךְ *Obſcuritas*.

Excipe fœmininum; בֶּרֶךְ *Genu*, & commune, ſed fœmininum ſæpiùs; דֶּרֶךְ *Via*.

ל maſculina ſunt: ut, אֵבֶל *Luctus*, אֹהֶל *Tentorium*, אֹכֶל *Cibus*, אֹפֶל *Caligo*, בַּרְזֶל *Ferrum*, גֹּדֶל *Magnitudo*.

Excipe fœminina; אַיָּל *Cervus*, נַעַל *Calceus*, רָחֵל *Ovis*, שֵׁגָל *Conjunx*, תֵּבֵל *Orbis-habitabilis*. Commune eſt; גָּמָל *Camelus*: Item hæc, ſed fœminina ſæpiùs; יוֹבֵל *Annus jubilæus*, רֶגֶל *Pes*, שְׁאוֹל *Sepulchrum*: חֶבֶל cùm *Tractum* ſignificat, etiam genere fœminino uſurpatur, ut Sophon. 2. ℣. 5. aliâs ferè ſemper maſculinum eſt.

ם maſculina ſunt: ut, אֲגַם *Stagnum*, אָדָם *Homo*, אוּלָם *Porticus*, לְאוֹם *Natio*, אָשָׁם *Reatus*, גָּזָם *Eruca*, גֶּרֶם *Os oſſis*.

Excipe, אֵם *Mater*; quod ſignificatione fœmininum eſt; עֶצֶם *Os oſſis*, quod plerunque fœmininum eſt: maſculinum autem reperitur Ezech. 37. ℣. 7. item Communia; רֹתֶם *Juniperus*, פַּעַם *Vice*, תְּהוֹם *Abyſſus*, quorum tamen poſteriora duo ſępiùs fœminina ſunt: לֶחֶם *Panis*, fœm. Geneſ. 49. ℣. 20. aliâs ſemper maſculinum eſt.

Cucumerarium, in quibus eſt ה loco א, ideoq́ue terminatione maſculina ſunt: Item, שְׁדֵמָה *Ager uredine tactus*: & communia; מֵאָה *Centum*, רִצְפָּה *Pavimentum*, מִנְחָה *Munus*, Levit. 6. ℣. 8. maſculinum eſt, quod propterea notâ criticâ obſervatum.

Secundò milhel ſive penacuta in ה, ſed ex ſuperiori forma deducta, per geminationem literæ fœmininæ, ac priori ה mutato in ת, quâ geminatione ſignificationem augeri & quaſi geminari, Hebræi aſſerunt, juxta communem illam regulam: כָּל כֶּפֶל לְחִזּוּק הָעִנְיָן *Omnis duplicatio eſt ad roborandam ſignificationem*: ut à יְשׁוּעָה *Salus*, יְשׁוּעָתָה *Salus plena vel omnimoda*: Sic עֶזְרָתָה *Auxilium pleniſſimum*, עֵפָתָה *Obſcuritas omnimoda*. In his ה poſtremum poſſit dici *paragogicum*, ob accentum ſuo loco manentem, & ejus causâ ה fœmininum mutatum in ת euphoniæ causâ.

Tertiò numeralia maſculina; שְׁלֹשָׁה *Tres*, אַרְבָּעָה *Quatuor*, חֲמִשָּׁה *Quinq;*, שִׁשָּׁה *Sex*, שִׁבְעָה *Septem*, שְׁמֹנָה *Octo*, תִּשְׁעָה *Novem*, עֲשָׂרָה *Decem*.

הֶ maſculina ſunt: ut, שָׂדֶה *Ager*, מִקְנֶה *Poſſeſſio*, מַעֲנֶה *Reſponſum*, מַרְאֶה *Viſio*. Sic גֹּבַהּ *Altitudo*, quod deſinit in Pathach loco Sægol, propter gutturalem.

Excipe fœminina; אֶפְעֶה *Vipera*, ex loco Jeſa. 59. 3. נֹגַהּ *Splendor*, שְׁמֹנֶה *Octo*: Item communia; מַחֲנֶה *Caſtra*, מַטֶּה *Virga*, שֶׂה *Pecus parva*.

ו maſculina ſunt: ut, אָחוּ *Pratum*, גֵּו *Corpus*, סְתָו *Hyems*, צַו *Præceptum*, קַו *Regula*, שָׂחוּ *Natatio*, תָּו *Signum*.

Excipe, שְׂלָו *Coturnix*, quod fœmininum eſt.

ז maſculina ſunt: ut, אֶרֶז *Cedrus*, בַּז *Præda*, גֵּז *Vellus*, זִיז *Fera*, חָזִיז *Fulgetrum*, לוּז *Corylus*, מָעוֹז, עוֹז *Robur*.

Excipe Fœmininum; עֵז *Capra*.

ח maſculina ſunt; ut, אֹרֵחַ *Viator*, בֶּטַח, מִבְטָח *Fiducia*,

Membrorum corporis animalis, præsertim geminorum; יָד *Manus*, רֶגֶל *Pes*, יָרֵךְ *Femur*, כָּתֵף *Humerus*, זְרוֹעַ *Brachium*, אֹזֶן *Auris*, עַיִן *Oculus*, בֶּרֶךְ *Genu*, לְחִי *Maxilla*, quorum tamen quædam generis communis sunt, sed fœminini sæpiùs.

Generis communis sunt, nomina numeralia à viginti usque ad centum; עֶשְׂרִים *Viginti*, שְׁלשִׁים *Triginta*, אַרְבָּעִים *Quadraginta*, חֲמִשִּׁים *Quinquaginta*, שִׁשִּׁים *Sexaginta*, שִׁבְעִים *Septuaginta*, שְׁמֹנִים *Octoginta*, תִּשְׁעִים *Nonaginta*.

TERMINATIONE genus secundum literas alphabethi hoc modo cognoscitur. Finita in

א masculina sunt: ut, בּוֹא, מָבוֹא *Ingressus*, מִבְטָא *Pronunciatum*, בָּכָא *Morus*, בָּרִיא *Pinguis*, גֵּא *Fastuosus*, גֶּבֶא *Lacuna*, גַּיְא *Vallis*, גֹּמֶא *Juncus*, דֶּשֶׁא *Herbula*, מַחֲבֵא *Absconsio*.

ב masculina sunt: ut, אֵב *Viror*, אוֹב *Pytho*, אֵזוֹב *Hyssopus*, אוֹיֵב *Inimicus*, אֶרֶב, מַאֲרָב *Insidiæ*, גַּב *Dorsum*, גּוֹב *Locusta*.

Excipe fœminina: חֶרֶב *Gladius*, עָב *Nubes*: item communia, sed sæpiùs fœminina: דֹּב *Ursus*, רְחֹב *Platea*: עֶרֶב *Vespera*, semel fœmininum est, aliâs semper masculinũ.

ג masculina sunt: ut, אֹרֵג *Textor*, אֶרֶג *Textura*, גַּג *Tectum*, דָּג *Piscis*, הֶרֶג *Occisio*.

ד masculina sunt: אוּד *Titio*; אָטָד *Cynosbaton*, אֵיד *Vapor*, אֶשֶׁד *Decursus aquarum*, בַּד *Linum*, בָּרָד *Grando*, גְּדוּד *Turma*.

Excipe fœminina; יָתֵד *Paxillus*, כַּד *Cadus*: communia; בֶּגֶד *Perfidia, Vestis*, יָד *Manus*, quod tamen sæpiùs fœmininum est.

הָ milrah sive acutitona, fœminina sunt: צְדָקָה *Justitia*, שִׂמְחָה *Lætitia*, שַׂלְמָה *Vestis*, חָכְמָה *Sapientia*, בַּקָּשָׁה *Petitio*, סְפִינָה *Navis*, מִלְחָמָה *Bellum*, צָרָה *Angustia*, מַכָּה *Plaga*.

Excipe *primò* פֶּחָה, quod & פַּחַת *Dux*, quod significatione masculinũ est: מוֹרָה *Novacula*, צָבָה *Exercitus*, מִקְשָׁה

cant, plurali carent: reliqua pluralem etiam admittunt.

Genus Nominum cognoscitur vel ex *Significatione* vel ex *Terminatione*.

SIGNIFICATIONE *generis masculini sunt*;

Nomina propria virorum, יוחנן *Johannes*, דוד *David*: Officiorum virilium: מלך *Rex*, פחה *Dux*, שר *Princeps*, עבד *Servus*.

Fluviorum; פישון *Pischon*, פרת *Euphrates*.

Montium; כרמל *Carmel*, הר *Hor*.

Populorum; מצרי *Aegyptius*, עברי *Hebræus*, אשכנזי *Germanus*, צרפתי *Gallus*, ספרדי *Hispanus*.

Mensium; ניסן *Nisan*, Martius, Esth. 3. ℣. 7. Neh. 2. ℣. 1. ab initio אביב dictus, Exod. 13. ℣. 4. אייר *Ijar*, Aprilis, Rabbinis: priscis Hebræis זו *Sif*, 1. Regum. 6. ℣. 1. סיון *Sivan*, Majus, Esth. 8, ℣. 8. תמוז *Tammus*, Junius; אב *Abh*, Julius, apud Rabbinos: אלול *Elul*, Augustus, Nehem. 6. ℣. 15. תשרי *Tischri*, September, Rabb. olim etiam Mensis *Ethanim*, dictus, 1. Reg. 8. ℣. 2. מרחשון *Marchesvan*, October, apud Rabbinos, qui olim etiam בול *Bul*, dictus fuit, 1. Reg. 6. ℣. 38. כסלו *Kislev*, November, Zach. 7. ℣. 1. טבת *Tebhet*, December, apud Rabb. שבט *Schebhat*, Januarius, Zach. 1. ℣. 7. אדר *Adar*, Februarius, Esth. 3. ℣. 7.

Generis fœminini sunt,

Nomina propria mulierum; חוה *Chaffa*, *Heva*, רחל *Rachel*.

Muliebrium officiorum; שגל *Conjux*, אם *Mater*, מילדת *Obstetrix*, מלכה *Regina*, פלגש *Concubina*.

Urbium, בבל *Babel*, שומרון *Schomron*, *Samaria*, יריחו *Jericho*.

Regionum & provinciarum; מצרים *Aegyptus*, פרס *Persia*, מדי *Media*, ערב *Arabia*.

Mem-

NUMERUS est, quo vox flexilis effertur de uno vel pluribus: unde est vel *Singularis* vel *Pluralis*.

Singularis, qui de singulis effertur: ut, אוֹמֵר צַדִּיק הוּא יִפְרַח *Dicens, Justus ipse florebit.*

Pluralis, qui de pluribus: ut, אֹמְרִים צַדִּיקִים הֵם יִפְרְחוּ *Dicentes, Justi ipsi florebunt.*

GENUS est differentia vocis secundum sexum: estque *Distinctum* vel *Conjunctum*.

Distinctum est vel *Masculinum* vel *Fœmininum*.

Masculinum, quod mari, aut rebus maris specie conceptis, congruit: ut, אֵל *Deus*, הוּא *Ipse*, אָמַר *Dixit*.

Fœmininum, quod fœminæ: ut, אִשָּׁה *Mulier*, הִיא *Ipsa*, אָמְרָה *Dixit*. Fœmininum cùm à masculino descendit, assumit communiter terminationem ָה cum accentu conjunctam: ut, טוֹב *Bonus*, טוֹבָה *Bona*, הֵיטִיב *Ipse benefecit*, הֵיטִיבָה *Ipsa benefecit*.

Conjunctum est commune utrique sexui, unde & *Commune genus* vulgò vocatur, & nunc in masculino, nunc in fœminino genere usurpatur: ut, דֶּרֶךְ *Via*: דִּבַּרְתִּי *Locutus vel Locuta sum*.

Vox flexilis est *Nomen* aut *Pronomen*, vel *Verbum* aut *Participium*.

CAPUT VIII.

De Nomine.

NOMEN est vox per numeros generaque flexilis cum casu.

Numeri & generis specialia hîc sunt: primò, quòd *Numerus* in Nominibus etiam *Dualis* est, qui res geminas significat, sive naturâ aut arte factas, aut ex rei circumstantia fictas. Quæ naturâ res geminas signifi-

consignificant, aut flexioni ipsius inserviunt, & in genere appellantur *Serviles*. Harum undecim sunt, quæ sic tamen Serviles, ut & sæpè sint radicales, nempe אבהוי כלם נשת, quibus symbolum feci כָּל־מְאַהֲבַי נָשְׁתוּ *Omnes amici mei deficiunt*. Harum usus per totam Grammaticam dispersus est: אלבש à capite dictionum serviunt: כן הם à capite & à fine: ית׳ ubique.

In medio autem ו׳ ferè tantùm serviunt, quando in vocalibus longis quiescunt.

Figura est, quâ vox dicitur *Simplex* vel *Composita*.

Simplex, quæ in alias individua est: ut, הֵן *Ecce*, אֵל *Deus*, אָמַר *Dixit*.

Composita, quæ in alias dividi potest: ut, אַבְרָם *Abram*, composita ex אָב *Pater*, & רָם *Excelsus*: לוּלֵא *Nisi*, ex לוּ *Si*, & לֹא *Non*: מַזֶּה *Quid hoc?* ex מָה *Quid*, & זֶה *Hoc*: שַׁלְאֲנָן *Tranquillissimus*: ex שָׁלֵו *Quietus*, & שַׁאֲנָן *Tranquillus*: עֲדֶנָּה *Adhuc*, ex עַד & הֵנָּה: פַּלְמוֹנִי *Palmoni*, quo nomen fictitium innominati N. vulgò indicari solet, ex פְּלֹנִי & אַלְמֹנִי quæ idem valent: קִיקָלוֹן *Vomitus ignominiosus*, ex קִיא *Vomitus*, & קָלוֹן *Ignominia*. At vox composita apud Hebræos rarior est.

CAPUT VII.

De divisione Vocis in Genera & Species.

HACTENUS de communibus vocis affectionibus: sequitur ejus divisio in Genera & Species.

Vox est *Flexilis* vel *Inflexilis*, sive ut vulgò loquuntur, *Declinabilis* aut *Indeclinabilis*.

Flexilis, quæ in diversos fines flectitur: idque *Numero* & *Genere*.

NUME-

CAPUT VI.

De Notatione Vocum.

ALTERA vocis affectio communis est, *Notatio*, quâ vocis cujuslibet origo aut forma inquiritur: idque vel *Specie* aut *Figura*.

SPECIES est, quâ quæritur, sitne vox origine suâ prima, an aliunde orta: illa *Primitiva*, hæc *Derivativa* vulgò appellatur.

Primitiva, quæ primæ originis est. Hæc Hebræis dicitur שֹׁרֶשׁ, id est, *Radix*, quòd inde cæteræ voces, ceu rami ex sua radice, oriantur & excrescant: hinc verò literæ Radicem sive primitivam vocem constituentes, vocantur vulgò, *Radicales*: reliquæ illis adjectæ, *Serviles*, quòd accidentibus Radicis formandis inserviant. Radix tribus communiter literis constat: ut, אֹזֶן *Auris*, שָׁמַע *Audivit*, תַּחַת *Sub*: Raró pauciores aut plures habet: ut, לֹא *Non*: כַּפְתֹּר *Malogranatum*: כִּרְסֵם *Suffodit*.

Derivativa est, quæ alterius est originis.

Derivatio *tribus* potissimùm modis fit: *primò*, solâ vocalium Radicis mutatione: ut, מֶלֶךְ *Rex*, à מָלַךְ *Regnavit*: הֶאֱזִין *Aures advertit*, ab אֹזֶן *Auris*: עֵבֶר *Cis*, ab עָבַר *Transiit*. *Secundò*, literarum aliarum ad Radicem additione: ut, שְׁמוּעָה *Fama*, à שָׁמַע *Audivit*: מַמְלָכָה *Regnum*, à מָלַךְ *Regnavit*: יוֹמָם *Interdiu*, à יוֹם *Dies*. *Tertiò* literarum radicalium detractione: ut, חֵן *Gratia*, à חָנַן *Gratiosus fuit*: עַל *Supra*, ab עָלָה *Ascendit*. Additio & detractio quandoque in eadem voce concurrunt: ut, מַטָּה *Deorsum*, à נָטָה *Inclinavit*: מַתָּנָה *Donum*, à נָתַן *Dedit*. Literæ ad radicales additæ, aut Radici aliquid consi-

tum legitur in Bereschit rabba, paraschâ 78. Ubicunque inveneris, *& cæt. ut ad secundam vocem positum est.* Hîc autem non est scriptura amplior suâ punctatione, neque punctatio amplior scripturâ, unde docet, quòd incaluerunt viscera ejus isto momento, & osculatus est eum ex toto animo suo. Tum dixit ipsi Rabbi Janna; si sic est, quare ergo punctatum est? non certè nisi ut doceat, quòd Esau non quæsierit לְנַשְּׁקוֹ osculari eum, sed לְנַשְּׁכוֹ mordere eum, factumque est collum ejus marmoreum, & obstupuerunt dentes impii istius. Propterea etiam sequitur, *Et fleverunt*, nempe, iste propter collum suum, alter propter dentes suos. *Fabula.*

Quinta, אֶת־צֹאן *Gregem, Gen.* 37. *v.*12. *nota Masoretharum:* Una est ex quindecim vocibus punctatis in Lege. *Hæc nota falsa est: vera quæ præcessit. In Lege enim tantùm decem sunt, at in universa Scriptura quindecim. R. Salomon notat,* אֶת *esse punctatum, ad indicandum, quòd iverint non ad pascendum gregem patris sui, sed ad pascendum* אֶת־עַצְמָם *seipsos, ut scil. tantò commodiùs sceleratum suum propositum, de fratre Josepho vendendo vel interficiendo, expedire possent.*

Sexta, וְאַהֲרֹן Et Aharon, Num. 3. 39. *R. Salomon notat, puncta denotare, quòd Aharon non fuerit ex numero Levitarum. Hîc reliquæ voces à Masorethis adducuntur, nempe* רְחֹקָה Remota, *Num.* 9. *v.*10. אֲשֶׁר Quæ, *Numer.* 21. 30. וְעִשָּׂרוֹן Et decimam, *Num.* 29. *v.*15. לָנוּ וּלְבָנֵינוּ Nobis & liberis nostris, *Deut.* 29. *v.* 29. *Ex Prophetis quatuor:* יָצָא Egressus est, 2. *Sam.*19. *v.*19. הַהֵיכָל Templi, *Ezech.*41. *v.*20. הֵמָּה Ipsi, *Jes.* 44. 9. מְהֻקְצָעוֹת Angularia, *Ezech.* 46. 22. *Una in Hagiographis,* לוּלֵא Nisi, *Psal.* 27. *v.* 13. *Videantur Interpretes Hebræi, & Tiberias nostra cap.* 17.

CAP.

una ex decem, quæ in lege punctatæ sunt. *Hebræorum explicatio est ad hunc locum, ex Bereschit rabba, id est, Glossa magna in Genesin, adducta; hujus sensus:* Rabbi Schimeon filius Eliefer dixit: Ubicunque inveneris scripturam (*scilicet literarum*) ampliorem suâ punctatione, interpretaberis rationem scripturæ: punctationem ampliorem scripturâ, interpretaberis punctationem. Sic hoc loco puncta redundantia sunt super literas Aleph, Jod, Vau, quæ indicant istarum literarum conjunctionem אַיּ ad indicandum, quòd quemadmodum angeli isti interrogarunt Abrahamum, אַיֵּה שָׂרָה *Ubi est Sara?* sic etiam interrogarunt Saram, אַיּ אַבְרָהָם *Ubi est Abraham?* Legitur Paraschâ sive Sectione 48. & 78.

Tertia, וּבְקוּמָהּ *Quum surgeret ipsa, Gen. 19. v. 33. ubi Masoretharum nota,* Punctum est supra Vau. *De hoc apud Talmudicos legitur:* Quare punctum est supra Vau? ad indicandum, quòd Lot quidem non perceperit cubantem filiam primogenitam, at surgentem perceperit, *Tractatu de Naziræis, cap. 4. fol. 23. In Tanchuma & Jalkut aliæ adducuntur rationes, quas omitto. Quin & Hieronymi tempore hoc punctum agnitum fuit. Is enim in Quæstionibus in Genesin ita de eo scribit:* Appungunt desuper, quasi incredibile & quod rerum natura non capiat, coire quempiam nescientem.

Quarta, וַיִּשָּׁקֵהוּ *Et osculatus est eum, Gen. 33. v. 4. ubi Masoretharum nota:* Quindecim dictiones punctatæ sunt in Scriptura. *R. Salomon scribit, dissentire Rabbinos de horum punctorum explicatione: alios sentire, quòd Deus Esavi tam infensi hostis animum tetigerit, ut sincerè fratrem Jacobum osculatus sit: alios autem sentire contrarium, quòd falsum ipsi dederit osculum. In hanc postremam sententiam ridiculoso mixtum le-*

וַיִּשְׁכַּב אֶת־בִּלְהָה פִּילֶגֶשׁ אָבִיו וַיִּשְׁמַע יִשְׂרָאֵל

id est, Et concubuit cum Bilha concubina-uxore patris sui, Gen. 35. ℣. 22. *Ubi accentus duplicati videntur, tum ratione sententiæ, tum ratione distinctionis versus. Sententia, quæ ad vocem* יִשְׂרָאֵל *absolvitur, postulabat illic Silluk, at versus, qui ibi nondum absolvitur, sed aliud adhuc membrum adjunctum habet, requisivit Athnach. Hinc ambo isti conjuncti sunt. Sic in voce* אָבִיו *sententia postulavit Athnach, quasi illic duobus membris secetur, at versus ratio, Sakephkaton, tanquã in minori sententiæ membro. Sic in præcedentibus vocibus Tiphcha & Sakeph gadol, tanquam majoris potestatis accentus; alium minoris virtutis adjunctũ habent.*

VI. *De quindecim vocibus punctatis.*

Quindecim voces in Scriptura occurrunt, quæ supernè punctata sunt, vel uno vel pluribus punctis, (instar Cholem vel Rebhiah) supra literas positis, ob mysterium aliquod vel arcanam causam, quæ priscis nota fuit, sed apud posteritatem partim in oblivionem devenit, partim in nugas evanuit. R. Bechai scribit in Parascha וַיִּשְׁלַח *Genes. 32.* כָּל תֵּיבָה שֶׁהִיא נְקוּדָה בְּכָל הַכְּתוּבִים חָעְנְיָן לְהִתְעוֹרְרוּת דָּבָר Omnis dictio quæ est punctata (*puncto extraordinario*) in tota Scriptura, sensus est ad excitationem rei alicujus, *id est, vult aliquid peculiare indicare. Quædam exemplaria pro extraordinariis illis punctis, habent accentum Jerach adjectum. Harum decem sunt in Lege, quatuor in Prophetis, una in Hagiographis.*

Prima, וּבֵינֶיךָ Et inter te, Gen. 16. ℣. 5. *ubi Masoretharum nota:* Punctum est supra Jod posterius. *At quam ob causam hoc punctum appositum sit, ab interpretibus solidè non explicatur, quantum ego vidi. Vide R. Salomonem.*

Secunda, אֵלָיו *Ad eum, Gen. 18. v. 9. Masoretharum nota:* Supra Aleph, Jod & Vau, sunt puncta, estque vox ista una

tem Feci, &c. ex R. Salomone, Aben Esra, R. Bechai, R. Isaac filio Aramæ; ex Tanchuma, Jalkut, Chaskuni. Aben Esra tamen multis objectionibus hanc sententiam impugnat: legant ipsum docti. Hinc verò prima causa multiplicationis accentuum promanavit. Nam uno accentu continuata elocutio indicatur, quâ Deus primò usus fertur: altero distincta, quâ hominem ob angustiam spiritus, & commodam distinctionem uti necesse est, & quam Deus secundò adhibuit. Sic concurunt Athnach & Sakeph katon; ille majoris distinctionis & pausæ est, hic minoris, qui ad aliud sententiæ membrum tendit. Conjunguntur Silluk & Athnach, vel Rebhiah, aut alius: Silluk per se versum absolvit, ac pausam longiorem facit, at alius ipsi additus lectionis continuationem significat. Eodem modo de aliis judicandum, quorum alter legitimæ & distinctæ vocis pronunciationis, alter continuatæ & approperatæ lectionis index est. Hinc scriptum פָּנַי cum Kametz & Pathach, quorum illud majori pausæ servit, hoc continuatæ lectioni. Sic in præcepto sexto, לֹא תִרְצָח Non occîdes. Ob eandem hanc causam ter legitur litera ת cum suprà notatâ virgulâ Raphe, & simul imposito in ventrem Dagesch leni. Nempe in לֹא תִרְצָח Non occîdes; hîc in לא accentus minister Merca requirit Thau aspiratum, & accentus regius Tiphcha, Thau tenue sive dagessatum, לֹא־תִנְאָף Non mœchaberis; hîc prior rex Tiphcha postulat post se Dagesch lene, at minister Munach Thau aspiratum. Sic לֹא תִגְנֹב Non furaberis. Item כָּל־ versic. 8. Hoc Masorethæ tanquam mysticum notarunt, sed mysterium non explicarunt, quod per Cabalam oralem discendum erat.

Altera causa ad hanc accessit Musica Hebraica, quòd diversis temporibus & festis, diverso concentu hunc textum Judæi in suis Synagogis modulentur, ut expressè in Chaskuni scribitur.

Hinc quoq;, meo judicio, explicanda est anomalia accentuum in sequenti loco:

וישכב

Merca & Jethibh: ut, נְשָׁה־הֲלֹם Accede huc, Ruth. 2. ℣. 14. *vox* גֹּשִׁי *cum Cholem scripta, ut hoc loco, requirit accentum in penultima, quem Jethibh indicat, at per Scheva ab initio lecta,* גְּשִׁי *ut analogia postulat, est Milrah, quod Merca denotat.*

Ante Makkaph: ut, הִנֶּנִּי־בְנִי Ecce me, fili mi, Gen. 22. 7. תִּקַּח־לָהּ Accipiat sibi, Genes. 38. ℣. 23. *horum omnium causa amplius quærenda.*

V. *De anomalia accentuum in Decalogo.*

Exodi 20. vers. 2.

אָנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר הוֹצֵאתִיךָ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם מִבֵּית עֲבָדִים ׃
לֹא־יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים אֲחֵרִים עַל־פָּנָי ׃

& sic deinceps, cujus rei causam, alto & egregio omnes transeunt silentio. At verò cùm accentus, vocis legitimam pronunciationem moderentur, & hîc talis ipsorum concursus eam turbet, & quidem in oratione ea, quæ ex ore ipsius Dei egressa est, non immeritò tantæ rei causa quæritur, An scilicet ab ipsomet Deo aut Mose hoc profectum, an verò ex posteriorum Judæorum instituto? *Hoc postremum se mihi magis probat. Nam Hebræorum commentum hîc est,* Deum Decem præcepta elocutum esse בְּבַת אֶחָת unâ vice, uno momento, בְּדִבּוּר אֶחָד sermone uno, בַּאֲמִירָה אַחַת eloquio uno, oratione unâ, *h. e. uno spiritu & halitu, sine ulla interspiratione, mora, pausa, vel distinctione, ita ut omnia verba tanquam verbum unum & vox una fuerint. Id inde exstruunt, quòd dicitur:* Et elocutus est Deus OMNIA verba ista, *vers. 1. Quod cùm populus non intelligeret, dixit ad Mosen:* Eloquere tu nobiscum, & obsequemur, *vers. 19. Sed Deus postea repetiit sermonem, & singula verba distinctè protulit, ideò additum est,* לֵאמֹר Dicendo, *vers. 1. Inde etiam nunc in prima, nunc in tertia persona locutus est: ut,* Sex diebus fecit, *vers. 11. non autem* Fe-

duplici, quarum prima, זֶה *Gen.* 5. 29. *secunda,* קִרְבוּ Accedite, Levit. 10. ℣. 4. *tertia,* שׁוּבוּ Revertimini, 2. Reg. 17. ℣. 13. *quarta,* וְאֵלֶּה Et ipsis, Ezech. 48. ℣. 10. *quinta,* זֹאת Hæc, Soph. 2. 15. *Vide Masoram, Gen.* 5. *Lev.* 10.

Munach & Rebhia quinquies in eadem voce concurrunt: ut, תֵּעָצְבוּ Tristemini, Gen. 45. ℣. 5. אָנָּא Quæso, Exod. 32. ℣. 31. וְאֵסָעֲרֵם Et perturbabo eos, Zach. 7. 14. בֵּלְטְשַׁאצַּר Belteschatzar, Dan. 1. 7. וְאִי לוֹ Et væ ei, Eccles. 4. 10.

Merca & *Tiphcha octies: ut,* שֶׁהִרְהִיבֻם *Cant.* 6. 4. *ubi vide Masoram.*

Kadma & Merca ter: ut, יֵצְאוּ *Egredientur, Jud.* 21. *v.* 21.

Munach & Merca sæpè in eadem voce conjunguntur, quando vox bisyllaba penacuta aut monosyllaba sequitur: ut, נָבֵל צִיץ Decidit flos, Jesa. 40. ℣. 7. עֹרֵף כֶּלֶב Decollans canem, Jesa. 66. ℣. 3. וְיִנָּתֶן לָךְ Et dabitur tibi, Esth. 5. ℣. 6. וְיָבֵן אֵלֶּה Et intelligat ista, Hos. 14. v. 10. *Hic vox monosyllaba aut bisyllaba penacuta rejicit accentum præcedentis vocis ex ultima in penultimam (ut suprà declaratum,) id quod Munach indicat: at Merca denotat sedem accentus propriam in ea voce, nempe eam per se esse Milrah sive in ultima acuendam, at per accidens factam esse Milhel sive penacutam. Sed & legitur,* פַּדֶּנָה אֲרָם In Padanem Syriæ, Genes. 28. ℣. 2. 5. 6. *non sequente penacutâ: an cùm vox* פַּדֶּנָה *sit per se penacuta, propter acutam sequentem sit & ipsa facta acuta? sic v. 7. scribitur cum duplici Merca,* פַּדֶּנָה.

Munach & Mahpach: ut, שֶׁהֵם Qui, Thren. 4. ℣. 9.

Mahpach & Merca: ut, בֵּהָרֵג Cùm interficiuntur, Ezech. 26. ℣. 15. אָדְמוּ Rubent corpore, Thren. 4. ℣. 7. *Merca denotat sedem accentus propriam, Munach accentus trajecti index, ob vocem penacutam sequentem.*

ỳ. 7. Quando etiam duo Munach ante Sakephkaton continuò ponuntur, tum prius vocatur à Judæis Italis Mecarbel, *alterum* Hillui: *ut*, אֲשֶׁר כֻּפַּר בָּהֶם Quibus expiatio facta est, Exod. 29. 33.

Meaijela *& Tiphcha epithetheton est: eadem enim utriusq, figura, sed alio atq, alio loco aliter appellata. Tiphcha enim ante Athnach & Silluk, vocarunt* מְאַיְּלָא Meaijela, *quasi* Tiphcha forte, *id est, intensiore voce canendum, ab* אַיִל Fortitudo, *vel* אֵל Fortis: *ut*, וַיֵּצֵא נֹחַ *Et* egressus (est) Noa, Genes. 8. *ỳ*. 18. *Et quandoq, in eadem dictione: ut*, בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם In septimanis vestris, Num. 28. *ỳ*. 26. *ubi Masorethæ notant*, Undecim locis Meaijela poni ante Athnachta, & hunc esse unum ex illis. *Loca ibidem annotantur. At Jer. 2. 31. ad vocem* מַאְפֵּלְיָה *notatur, Decem tantùm esse loca, & undecimum ex diversitate exemplarium adjectum. Quinq, locis in eadem dictione collocatur ante Silluk: ut:* לְהֵחַלּוֹ Ad polluendum se, Lev. 21. *ỳ*. 4. *& hîc reliqua loca à Masorethis annotantur. Octo etiam locis Magistri Masoreth accentum Merca in eadem voce cum Tiphcha junctum, vocarunt* Meaijela, *quasi Merca contentiore voce canendum: ut*, מוֹשְׁבֹתֵיכֶם Habitationibus vestris, Lev. 23. *ỳ*. 21. *ubi reliqua loca enumerantur, ut & Ezech. 36. 25. Non itaq, hi novi aut diversi à reliquis superioribus sunt accentus, sed iidem ex diverso usu musico diversimodè appellati. Nihil autem ad legitimam vocum singularum pronunciationem, de qua hîc agimus, diversus iste cantus facit.*

IV. *De Consortio quorundam accentuum speciali.*

Masorethæ notant aliquoties, Quinque esse dictiones cum duobus accentibus, *nempe quæ sint specialis observationis, cùm aliâs in diversis dictionibus soleant usurpari. Quinq, voces peculiares sunt cum Telischa majore & Gereſch simplici vel duplici,*

vel inter duo Munach ponatur, dicitur Legarme: *aliâs* Pesik: *ut* וְאֵיבָה ׀ אָשִׁית Et ponam inimicitiam, Genes. 3. ℣. 15. וּלְכֹל ׀ רֶמֶשׂ Et omni reptili, Genes. 1. ℣. 20. *Hinc ad* ׀ זֶה *Exod. 30. v. 13. Masora notat*; Tria initia versuum sunt cum Munach ante Legarme. Pesik *verò dicitur, quando post alios ministrantes accentus ponitur, rege mox sequente. At hæc lineola nihil ad pronunciationem antecedentis vel consequentis dictionis facit: utraq; enim suum proprium accentum tonicum habet. Notat verò pausulam musicam, unde* פְּסִיק *dicitur, (nam* פָּסַק Cessare) *quæ si fuerit post Munach, tunc fractâ & subitò abruptâ voce constituenda est, quod nomen* לְגַרְמֵי *indicat; Nam* גָּרַם Frangere.

Sophpasuk, *id est*, Finis versus: *hujus figura constat duobus punctis majoribus, quæ ad finem singulorum versuum Biblicorum notantur, neq; sono ullius vocis moderando inserviunt, sed versuum distinctionibus. Unde Elias in lib. De Accentibus cap. 5. expreßè scribit eos errare, qui has notas inter accentus numerent. Masorethæ autem hoc nomine accentum Silluk intelligunt.*

Hillui & Mecarbel *accentus Munach epitheta sunt, neq; tonum vocis Grammaticum mutant, sed tonum musicum. Munach enim in ultima syllaba positum sequente Athnach, Sarka vel Sakephkaton, vocatur* עִלּוּי Hillui, *ab* עָלָה Ascendit, *quòd altâ sive elatâ voce canendum sit: at in principio dictionis sequente Sakephkaton,* מְכַרְבֵּל Mecarbel *dicitur, quòd flexâ & variè agitatâ voce canatur, ut quæ cribro agitantur. Nam* כִּרְבֵּל Cribrare, *ut quidam volunt. Vel à loco sic dicitur, quasi sit Crista vocis, à* כַּרְבַּלְתָּא Crista, *quomodo apud scriptores Talmudicos legitur,* כִּי חִוָּרָא כַּרְבַּלְתָּא דְתַרְנְגוֹלָא Cùm alba est crista galli. *Meliùs conveniret hæc ratio Eliæ, si accentus supra primam litteram collocaretur; at ipsi subjicitur: ut,* גּוֹי גָּדוֹל Gens magna, Deut. 4. ℣. 7. רֶגַע אֲדַבֵּר Momento eloquar, Jer. 18.

Græcos imitati, qui eadem de causa προσῳδίας nominabant. *In hanc sententiam scribit etiam Gellius lib.13.cap.6.*

Vocis *affectionem dicimus Accentum, quatenus is in certa quidem syllaba tantùm consistens, eam tamen non extra vocem, sed in voce, ut in subjecta materia, afficit, adeoq; totius vocis sonum, qui uno potissimùm quodam loco evidentiùs percipitur, legitimè moderatur.*

Sonus *conveniens cujuslibet vocis, ut triplex sufficeret, natura voluit; in altum scilicet, quasi lenior & acutior sublatus; aut deorsum in guttur & pectus, ceu gravior, depressus, aut in longum, quasi compositus & duplex, protractus & inflexus. Unde Cicero in Oratore scribit:* Mira est quædam natura vocis, cujus quidem, è tribus omninò sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta sit & tam suavis varietas perfecta in cantibus. *Horum in qualibet voce tantùm unicus est, & is quidem in voce polysyllaba, in ultima vel penultima consistit.* Ipsa enim natura (*scribit Cic. dict. loco*) quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec unâ plus, nec à postrema syllaba citra tertiam. *Et Elias Levita in Libro de Accentibus capite 4. scribit:* Ut nulla syllaba est absque puncto vocali, sic nulla est vox absq; accentu suo. *Sonos hos omnes Græci appellarunt* τόνους παρὰ τὸ τείνειν Tendere, *translatâ locutione à fidibus, quarum intentione vel remissione acutior graviorq; tonus redditur.*

Numerus accentuum inter Grammaticos non est idem. Quidam pro diverso usu, diversa acceperunt nomina, unde numerus ipsorum quibusdam Grammaticis auctior factus. Præter eos, quos nos posuimus suprà, adjiciunt vulgò sex alios, nempe פְּסִיק Pesik, לְגַרְמֵי Legarme, סוֹף־פָּסוּק Sophpasuk, עִלּוּי Illui, מְכַרְבֵל Mecarbel, מְאַיְלָא Meajela.

Pesik & Legarme, *eandem figuram habent, quæ rectâ virgulâ inter duas dictiones notatur. Ea si post Munach unicum,*

vel

ſimpliciter, ſi vox ſeparata ſit: *ut*, וַיָּקָם לָךְ Vajákom lach, *Et ſtabilietur tibi*, *Job.* 22. 28. *Tale quoq; eſt*, חָשַׁב *Gen.* 33. 16. *ubi Teliſcha accentus poſtpoſitivus penultimam afficit*: vel ſequente Makkah, ut כָּל־אֲשֶׁר Kol-aſcher, *Omne quod*; יִקְבָּץ־אָוֶן *Colliget iniquitatem, Pſalm.* 41. *v.* 7.

4. Kametz ante gutturalem cum Chateph kametz notatam, breve eſt: ut, אָהֳלוֹ Oholó, מָעֳמָד Moomád. *Vide ſuprà in Addit. cap.* 4.

Quando Kametz chatuph ſcribitur cum duobus punctis (ֳ) *tunc eandem habet figuram cum Chatephkametz, à quo tribus modis diſcernitur*:

1. *Kametz chatuph poſt ſe ſemper habet vel Scheva quieſcens, vel Dageſch forte*: *ut*, חָכְמָה Chochma, *Sapientia*: רָנּוּ Ronnú, *Cantate. Poſt Chateph Kametz neutrum unquam evenit.*

2. *Kametz chathuph omnibus Alphabethi literis ſubjicitur, ut qualibet alia vocalis brevis*: *Chatephkametz propriè gutturalibus tantùm loco Scheva*: *impropriè verò & irregulariter aliis, ut ſuprà explicatum.*

3. *Kametz chatuph ſæpè abſq; duobus punctis ſcribitur, & ſyllabam conſtituit*: *Chatephkametz nunquam ſine duobus punctis notatur, neq; per ſe unquam ſyllabam conſtituit, ſed ſemper ad ſequentem vocalem rapitur.*

III. *De Accentibus & eorum numero.*

¶ Accentus *eſt vocis quidam cantus.* Eſt autem Canere (*ſcribit Scaliger in lib. De cauſis linguæ Latinæ, c.* 52.) Vocem modulis certis tollere aut premere, certiſque temporibus producere, aut corripere. Id, quòd in pronunciando neceſſariò eveniat, quibus legibus ſyllabas moderaremur, eas leges Accentiones, Accentus, Accentiunculas, Moderamenta, Voculationes Latini vocârunt,

In בָּיְתָה Scheva mobile eſt, ideoque ת lene. Pathach in בַּיִת זַיִת & ſimilibus, habet naturam vocalis longæ. Sic in חַיְתוֹ quando ו eſt Paragogicum ' profertur, quia ponitur pro ' dageſſato: abſolutum enim eſt חַיָּה & inde conſtructum חַיַּת, unde deinceps forma paragogica חַיְתוֹ, Dageſch ob ſubjectum Scheva excuſſo.

Diligentiâ, quæ plurimùm in omnibus rebus poteſt, ſimilia & alia obſerventur & notentur.

II. *De differentia inter Kametz longum, Kametz breve ſive Kametzchatuph, & Chateph-kametz.*

Kametz longi figura eſt (ָ), quâ etiam ſcribitur ſæpè Kametz breve ſive Kametzchatuph. Videndum ergo, quomodo differant.

1. Kametz abſque Mæthæg ante Schæva, eſt Kametzchatuph, *id eſt, O breve: ut,* חָכְמָה Chochma, *Sapientia, Prov.* 1. 2. עָרְמָה Orma, *Aſtutia, Prov.* 1. *v.* 4. *Quædam exemplaria habent* (׳׳). *At cum Mæthæg, vel ejus vicario tonico (vide ſuprà) eſt Kametz longum: ut,* חָֽכְמָה Cháchemá, *Sapiens erat illa, Zach.* 9. *v.* 2. *Si alium tonicum habeat, tunc loco Pathach eſt: Vide ſuprà in accentu tonico. Excipe* בָּבָרְחָךְ In fugere te, Geneſ. 35. ℣. 1. *ubi prior accentus loco Mæthæg eſt, ſed otioſus reſpectu pronunciationis. Incuria typographica non rarò Mæthæg omiſit. Et omninò in Hagiographis, in quibus Mæthæg rariſſimè uſurpatur, attendenda eſt analoga vocis flexio, & ſenſus, unde facilè patebit, quando Kametz pro A vel O ſit legendum.*

2. Kametz abſque accentu tonico ante Dageſch forte, breve eſt: *ut,* רָנּוּ Ronnu, *Cantate. Vide ſupra in accentu tonico.*

3. Kametz ultimæ ſyllabæ accentu tonico deſtitutum, ante conſonam mobilem, breve eſt: idque vel ſimpli-

& quæ alia ſunt iſtarum formarum. Horum formam imitantur Verba Infinitivi modi in Kal, à Scheva incipientia: ut, Cum præfixis ב & כ בִּכְתֹב *Inſcribendo, Pſ.* 87.6. כִּנְבֹל *Jeſa.* 34. *v.* 4. Cum præfixo ל ſæpius dageſſantur.

Tertiò, poſt Scheva quieſcens in Infinito Kal cum Affixis Pronominibus; ut, עַל רָדְפוֹ *Propter perſequi ipſum, Amos* 1. *verſ.* 11. Huc pertinent omnia Verba, quorum tertia radicalis eſt una ex בגד כפת. Unde רָחְבָּם, Pſalm. 90. ℣. 10. non eſt ab Infinitivo, ut quidam volunt, ſed à Nomine רֹחַב, quod ſe habet ut רֹחַב unde רָחְבּוֹ *Latitudo ejus, Exod.* 25. *v.* 10. Sic אָרְבּוֹ *Inſidias ſuas, Jerem.* 9. 8. & בְּאָרְבָּם *Hoſ.* 7. *v.* 6. ſunt à Nomine אֹרֶב.

Quartò, poſt Scheva in Imperativo Kal, שִׁכְבוּ *Cubate*, שִׁכְבִי *Cuba*. Sic cum ה paragogico; שִׁכְבָה *Concumbe, Geneſ.* 39. *v.* 12. עֶרְכָה *Diſpone, Job.* 33. *v.* 5. Et cum Affixis; וּרְדָפֻהוּ *Et perſequere illum, Pſal.* 34. *v.* 15.

Quintò, poſt Scheva, quod vocalem brevem, ex Scheva compoſito natam, ſequitur: ut, יַעַבְדֻנוּ *Colet eum*, 2. *Reg.* 10. *v.* 18. נַעַמְדָה *Stabimus, Jeſa.* 50. *v.* 8. וְאַהַרְגָה *Et interficiam, Geneſ.* 27. *v.* 41. At ſi Scheva compoſitum reſolvatur in Scheva ſimplex, tunc poſt illud Scheva dageſch recipiunt: ut, יַחְפֹּץ *Voluerit, Deuteronom.* 25. *v.* 7. וָאֶחְפּוֹר *Et inveſtigavi, Jerem.* 13. 7. הֶחְפִּיר *Pudebat, Jeſa.* 33. *v.* 9. An itaque genuinum וְנֶהְפַּכְתְּ *Et converſa es, Jerem.* 2. *v.* 21.

Sextò, כ in Affixis poſt Scheva quieſcens ſemper aſpiratum manet: ut, דְּבָרְךָ *Verbum tuum*, דְּבַרְכֶם &c.

Septimò, ſunt ſpecialia quædam, quæ uſus aſpirata retinuit: ut, נֶגְדָה *Coram, Pſalm.* 116. *v.* 14. Sic מַלְכוּת *Regnum*, יַלְדוּת *Pueritia*, עַבְדוּת *Servitus*, aſpirata ſemper manent. Item יָקְתְאֵל *Joktheel*, Joſ. 15. ℣. 38. יָקְדְעָם *Jokdeam*, ibidem ℣. 56. A בֶּגֶד legitur בִּגְדוֹ *Veſtem ſuam*, 2. Regum 9. ℣. 13. & ſic deinceps cum aliis affixis.

Pesik: eâ enim, tanquam pausulâ, vox præcedens dirimitur à sequenti, ut ea Dagesch lene recipiat: ut, מִי־ כָמֹכָה ׀ בָּאֵלִים *Quis sicut tu inter fortes, Exod.* 15. *v.* 11. Vide ibi Masoram.

Octavò, post vocem in Aleph, præcedente Schevâ quiescente finitam, dagessantur: ut, וַיַּרְא פַּרְעֹה Et vidit Pharao, Exod. 8. וַיַּרְא בָּלָק Et vidit Balak, Num. 22. וַיַּרְא דָּוִד Et vidit David, 1. Sam. 22.

II. *In media dictione* Dages lene inscribitur literis ב״גד כ״פת post Scheva quiescens. Excipe,

Primò, Literæ בגד כפת post Scheva quiescens, quod locum Kametz vel Tzere subiit, aspiratæ manent: ut, כִּדְבָרֶךָ *Secundum verbum tuum, Genes.* 30. *v.* 4. à דָּבָר, quod prius Kametz propter adjunctum Pronomen mutat in Scheva, ut est lib. 2. cap. 7. Sic à מְלָכִים dicitur מַלְכֵי, מַלְכֵיהֶם; à בְּרָכוֹת dicitur בִּרְכוֹת, à בְּרָכָה cum Pronomine בִּרְכָתוֹ: Mendosè itaque hinc punctatum videtur בִּרְכַּת, & sic in aliis quibusdam, quæ prudenter observanda. A` לֵבָב *Cor*, בִּלְבַב יַמִּים *In cor marium, Jon.* 2. *v.* 4. Cum Pronominibus בִּלְבָבוֹ *In corde ejus*, & sic deinceps. Excipitur רִשְׁפֵּי *Scintillæ*, Cantic. 8. 6. quod juxta Masorethas cum Dages notandum. At Psal. 76. 4. רִשְׁפֵי, raphe, seu, lene.

Secundo, post Scheva initiale in forma Nominum absoluta, singulari vel plurali, quando litera ipsi præponitur: ut, לִגְבוּל *Termino, Num.* 34. *v.* 10. Huc pertinent formæ, לְבוּשׁ *Vestis*, בְּכִי *Fletus*, גְּדִי *Hædus*, צְבִי *Capreolus*, כְּתָב *Scriptura*, שְׁפַל *Humilitas*, דְּבַשׁ *Mel*, דְּבִיר *Adytum*, כְּפִיר *Leunculus*, כְּבֵדוּת *Gravitas*, קְבוּרָה *Sepulchrum*, גְּדֻלָּה *Magnificentia*; צְדִיָּה *Inquisitio*, צְדָקָה *Justitia*, נְגִינָה *Cantio*, & quæ sunt similia singularia. Item pluralia, דְּבָרִים *Verba*, זְכָרִים *Masculi*, שְׁכֵנִים *Vicini*, צְדָקוֹת *Justitiæ*, קְבָרוֹת *Sepulchra*, & quæ

efferuntur: ut, בְּצִדָּהּ תָּשִׂים *In latere ejus pones, Genes. 6. v.* 16. (An ergo rectè אֶחָת בִּתִּי Jud. 11. ℣. 35.) שְׂפָתַי תִּפְתָּח *Labia mea aperias, Psal.* 51. *v.* 17. וַיֹּאמֶר עֵשָׂו בְּלִבּוֹ *Et dixit Esau in corde suo, Genes.* 27. *v.* 41. לְגוֹי גָּדוֹל *In gentem magnam, Genes.* 17. *v.* 20. Hæc causa Grammaticis dicitur מַפִּיק *Mappik*, id est, *Proferens*, scilicet literam quiescentem. Hinc & post יְהוָה semper dagessatæ sunt, quia pro eo legitur & pronunciatur אֲדֹנָי: itidem & post יֱהוִה, quia pro eo legitur & pronunciatur אֱלֹהִים. Excipiuntur tria: ut, אֲדֹנָי בָם *Dominus cum illis est, Psal.* 68. *v.* 18. קַו־תֹהוּ *Linea deformationis, Jesa.* 34. *v.* 11. שָׁלֵו בָהּ *Tranquilla est in ea, Ezech.* 23. *vers.* 42. Vide Masoram, Psal. 68.

Tertiò, quando vox literâ quiescente finita, adjunctum habet accentum regem; Vide lib. 2. cap. 23. An ergo rectè כִּי בֵן Jud. 11. ℣. 2? Hæc causa Grammaticis dicitur מַפְסִיק *Maphsik*, *Pausans*.

Quartò, quando voces מַה & זֶה per Makkaph colligantur sequenti dictioni à בגד כפת incipienti. Vide suprà in accentu euphonico. Hæc causa dicitur דָּחִיק *Dachik*, *Premens*.

Quintò, quando vox præcedens in ־ vel הָ vel הֶ finita, accentum habet in penultima: Vide suprà dicto loco. Hæc causa dicitur אתי מרחיק *Athe merachik*, *Veniens de longè*, scilicet accentus.

Sextò, octo voces à בגד כפת incipientes, specialiter reperiuntur, quæ habent Dagesch ab initio dictionis, post vocem literâ quiescente & accentu ministro finitam: ut, גָאֹה גָּאָה *Excellendo excelluit*, *Exod.* 15. *v.* 1. Reliquas vide Exod. 15. ℣. 11. 16. Psal. 35. ℣. 10. Jesa. 54. ℣. 12. Jer. 20. ℣. 9. Dan. 3. v. 3. & 5. ℣. 11. ubi vide Masoram.

Septimò, quando post vocem literâ quiescente finitam, & accentu ministro notatam, sequitur virgula

Horum amicitia arctior & familiarior est: at sequentium, impari vinculo.

Tiphcha sive initiale sive aliud, in præcedenti dictione amat Munach, unde fit, ut concurrant interdum in eadem voce: ut, כָּל־בֹּצֵעַ *Omnis quæstuans*, *Proverb.* 1. *v.* 19.

Munach & Tiphcha: ut, וְכָל־נְתִיבוֹתֶיהָ *Et omnes semitæ ejus*, *Prov.* 3. *v.* 17. sed hîc Tiphcha loco Mæthæg est.

Merca & Tiphcha initiale: ut, פְּרָעֵהוּ *Desere eam*, *Prov.* 4. *v.* 15. *&c.* Alias anomalias curiosus lector per se observare poterit.

ADDITIONES VARIÆ.

I. *De usu Dagesch lenis.*

I. *Ab initio dictionis* Dages lene inscribitur literis בגד כפת semper, quando præcedens vox consonâ mobili terminatur. At quando literâ quiescente aut vocali longâ finitur, tunc aspiratæ manent. Id verò habet varias exceptiones. R. David in Michlol fol. 106. 2. ponit quatuor causas, *Mappik*, *Maphsik*. *Dachik*, *Ate-merachik*, quas explicabimus. Sed plures sunt.

Primò, quando vocem vocali longâ aut literâ quiescente finitam, sequitur dictio à duabus ex בגד כפת ejusdem organi incipiens, aut ex eadem geminata, & prior habeat Scheva: ut, אוֹדִיעַ אֱמוּנָתְךָ בְּפִי *Notam faciam veritatem tuam ore meo*, *Psal.* 89. *v.* 2. הֲלֹא כְּכַרְכְּמִישׁ *Nónne sicut Karkemisch*, *Jesa.* 10. *v.* 9. נִשְׁכְּבָה בְּבָשְׁתֵּנוּ *Dormiemus in confusione nostra*, *Jer.* 3. *v.* 25. וַתִּתְפְּשֵׂהוּ בְּבִגְדוֹ *Et apprehendit eum veste suâ*, *Genes.* 39. *v.* 12.

Secundò, quando ה in fine præcedentis dictionis cum Mappik notatum est, aut literæ י & ו in diphthongo efferun-

bam ultimam vocis præcedentis: ut, יִסַּדְתָּ עֹז *Fundasti robur*, *Psal*. 8. v. 3. יִקָּחֵהוּ אֹפֶל *Occupasset eam caligo*, *Job*. 3. 6. לֹא־יָדַעְנוּ זֶה *Non scivimus hoc*, *Proverb*. 24. 12. In his Mahpach adventitius est accentus, & quoad pronunciationem, superfluus: nam tonicus accentus est Jerachben-jomo, communiter præcedens. Hic verò non raro extruditur, & Mahpach subit locum ejus: ut, שְׂנֹאת רָע *Odisse malum*, *Prov*. 8. v. 13. יְהִי חֹשֶׁךְ *Sint tenebræ*, *Job*. 3. 3. אֻמְלַל אָנִי *Infirmus ego sum*, *Psal*. 6. v. 3. Notandum, quæ exemplaria pro Merca in hoc usu habent Tiphcha, figuram scilicet contrariam, ea mendosa esse. Quandoque, sed rarissimè, in eandem syllabam concurrunt: ut, עֲשׂוֹת חָסֶד *Facere misericordiam*, *Psal*. 109. 16. לֹא אֶחֱשָׂךְ פִּי *Non cohibebo os meum*, *Job*. 7. v. 11. Et hîc exemplarium varietas observanda: rectiora ea, quæ sic habent, ut hîc notatum. Sic etiam vitiosè videtur Mahpach infra vocem delapsum: ut, יָבֹא *Veniat*, *Psalm*. 50. v. 3. וְיֹשֵׁב *Et manet*, *Psalm*. 55. v. 20. Sarka: ut, נִאֵץ *Irritat*, *Psalm*. 10. 3. יָפִיחַ *Sufflat*, *ibid*. v. 5. מִתְקוֹמָמָה *Insurgens*, *Job*. 20. 27.

Mahpach conducit comitem Sarka: ut, קוּמָה יְהוָה הוֹשִׁיעֵנִי *Surge*, DOMINE, *serva nos*, *Psal*. 3. v. 8. אַל־תֹּאמַר *Ne dicas*, *Proverb*. 3. v. 28. רָעֵב *Famelicus*, *Job*. 5. v. 5. Syllabâ ante Mahpach deficiente, rejicitur ad finem præcedentis vocis: ut, יַיִן כִּי יִתְאַדָּם *Vinum cùm rubescit*, *Prov*. 23. 31. לֹא־רָאוּ *Non viderunt*, *Job*. 37. v. 21. חָנֵּנִי יְהוָה כִּי אֻמְלַל אָנִי *Miserere mei* DOMINE, *quia infirmus ego sum*, *Psalm*. 6. v. 3. Mendosum & hîc est in quibusdã exemplaribus, לְעֹשֵׂה *Facienti*, *Psal*. 136. 4. pro לְעֹשֵׂה.

Horum

facit: ut, רְשָׁעִים *Improbi, Psal.* 1. *v.* 5. לָקַחַת *Ad percipiendum, Proverb.* 1. *v.* 3. וְצַלְמָוֶת *Et umbra mortis, Job.* 3. *vers.* 4. Quæ autem syllaba in his acuenda sit, ex analogia flexionis singularum vocum cognoscendum est.

Munach non tantùm infrà, sed & supra voces locatur, frequenter in Psalmis, rariùs in aliis libris duobus: ut, בְּיוֹם קָצִיר *In die messis, Proverb.* 25. *v.* 12. הַאַף *An etiam, Job.* 34. *v.* 17. חֲשֹׂךְ *Cohibe, Psal.* 19. *v.* 14. Utrunq; etiam in una syllaba concurrit: ut, תַּאֲוַת *Desiderium, Psal.* 10. *v.* 17. מִשְׁכְּנוֹת *Habitacula, Job.* 21. *v.* 28.

Quidam magis familiari societate, in eadem dictione gaudent, nempe *Rebhia, Merca,* & *Mahpach,* qui singuli comitem amant antecedentem.

Rebhia quasi individuum comitem sibi adjungit in prima litera *Geresch*, quod & idcirco *Geresch initiale* vel anterius vocari potest: ut, וּבְמוֹשַׁב לֵצִים *Et in sede irrisorum, Psalm.* 1. *v.* 1. לְהָבִין *Ad intelligendum, Proverb.* 1. *vers.* 2. בְּמִסְפַּר יְרָחִים *In numero mensium, Job.* 3. *v.* 6. Si Rebhiah ante se nullam aliam syllabam habeat, ambo concurrunt & latera jungunt: ut, מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל *Regis Israelis, Proverb.* 1. *v.* 1. וּבְנֵי־רֶשֶׁף *Et filii prunarum, Job.* 5. 7. אֵין גַּם־אֶחָד *Non etiam unus, Psalm.* 14. *v.* 3.

Merca antecedentes comites habet *Sarka* & *Mahpach* (vel si mavis, Jethibh) sed supra dictionem, præcedente Jerach: ut, בַּעֲצַת רְשָׁעִים *In consilio impiorum, Psalm.* 1. *v.* 1. כּוֹכְבֵי נִשְׁפּוֹ *Stellæ diluculi ejus, Job.* 3. *v.* 9. לְכָה אִתָּנוּ *Ito nobiscum, Proverb.* 1. *v.* 11. Si Merca syllabam in eadem voce ante se non habeat, trajicitur Mahpach ad syllabam ul-

gesch lene post literas quiescentes propterea imponatur, ut suprà dictum. Cùm verò quælibet aliæ literæ tale Dagesch recipiant, nec in iis lene esse possit, ad Dagesch forte omninò referendum erit.

Speciale est, קוּמוּ סְּעוּ *Surgite proficiscimini*, Deut.2.24. ubi Samech dagessatum est in omnibus libris sine manifesta causa.

De Accentibus librorum metricorum, Jobi, Psalmorum, Proverbiorum.

In Jobi, Psalmorum & Proverbiorum libris, alia quàm in aliis libris Biblicis accentuum ratio est. Causa proculdubiò metrum, musica, & versuum brevitas. Accentuum ratio hactenus nec à quoquam nostrorum, nec ab ipsis etiam Hebræis sufficienter explicata est. Elias Levita promiserat huic rei peculiarem librum, sed is, ut existimatur, lucem non vidit. R. Jehuda ben Bilham de illis libellum conscripsit, quem edidit Robertus Stephanus, Parisiis, Anno 1565. Pauca ergo dicam, ut via amplior aperiatur aliis.

Euphonici Mæthæg rarissimus usus est, cujus locum alii sæpissimè subeunt. Sic & in omnibus reliquis Hagiographis, nullus constans, sed rarus omnino ejus usus est.

Tonici admodum frequenter bini ad eandem vocem collocantur, quorum nunc prior, nunc posterior tonicus est, hoc est, propriam vocis pronunciationem designat. Neque hîc locum habet superior regula, quòd diversorum in eadem voce accentuum posterior tonicus est, ut mox apparebit.

Tiphcha etiam initiale est, ac primæ vocis vocali præponitur, ubi ad tonum vocis Grammaticum nihil facit:

mobilem corripiuntur: illud in Sægol, hoc in Kametz-chatuph: ut, הִשָּׁמֶר *Cave, Exod. 23. v. 21.* pro הִשָּׁמֵר: sic וַיָּמָל *Et circumcidit, Genes. 21. v. 4.* pro וַיָּמֹל ut suis locis plenius cognoscetur.

Tertiò, Vox penacuta in ךָ, תָ, ה, vel ה, finita, sæpè imponit primæ literæ sequentis dictionis Dagesch forte, quod *Dagesch euphonicum* vocant: ut, וְעָשִׂיתָ קְּעָרֹתָיו *Et facies scutellas ejus, Exod. 25. v. 29.* יָלְדָה בַּת *Peperit filiam, Genes. 30. v. 21.* מָשַׁחְתָּ שָּׁם *Unxisti illic, Gen. 31. 13.* יְהַלְלוּךָ סֶּלָה *Laudabunt te, Sela, Psalm. 84. v. 5.* יָמָּה סּוּף *Mare Suph, Exod. 10. v. 19.* נָשְׁבָה בּוֹ *Sufflabit in eam, Jesa. 40. v. 7.* עֹשֶׂה לָּךְ *Facit tibi, Genes. 31. v. 12.* הָבָה נִּתְחַכְּמָה *Age, sapientiâ utamur, Exod. 1. v. 10.* Excipe אֶל־משֶׁה לֵּאמֹר *Ad Mosen dicendo, Exod. 13. v. 1.* & alibi, juxta Veneta magna. Intercedente Makkaph idem fit, ubi tamen ad penultimam, in locum accentus tonici, ferè succedit euphonicus Mæthæg: ut, עָשָׂה־לִּי *Fecit mihi, 1. Reg. 2. vers. 24.* וְהָיְתָה־זֹּאת *Eritq; hoc, Levit. 16. v. 34.* עֹשֶׂה פְּרִי *Faciens fructum, Genes. 1. v. 12.* Si vox illa sequens accentum habeat in secunda syllaba, aspiratæ manent: ut, וְעָשִׂיתָ פָרֹכֶת *Facies velum, Exod. 26. v. 31.* Vide alias species Dagesch hujusmodi, Daniel. 5. ℣. 11. in Masora, & Genes. 19. ℣. 2.

Idem hîc faciunt מַה & זֶה: ut, וְזֶה־לְּךָ *Et hoc tibi, 1. Sam. 2. v. 34.* מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים *Quàm bonum & quàm jucundum, Psalm. 133. 1.* מַה־תַּעֲשֶׂה לּוֹ *Quid facies ei, Job. 35. 6.* Hinc compositæ voces, מַלָּכֶם *Quid vobis?* pro מַה־לָּכֶם Jesa. 3. ℣. 15. מַזֶּה *Quid hoc?* pro מַה־זֶּה, Exod. 3. ℣. 2. &c. Accentus in penultima, vocatur Hebræis אתי מרחיק *Athe merachik, Veniens de longè:* Vox per Makkaph juncta, dicitur דחיק *Dachik, Premens.* Hæ duæ causæ vulgò referuntur ad literas בגד כפת, quasi ipsis duntaxat Dagesch

retinent, nunc mutant. Quod si post Cholem & Tzere sunt literæ quiescentes, tunc nulla fit mutatio: ut, לְכַהֲנוֹ־לִי *Ut sacerdotio fungatur mihi*, *Exod.* 28. *v.* 1. כֹּה־אָמַר יְהוָה *Sic dicit Dominus*, *Jerem.* 29. *v.* 32. בְּתוֹךְ־הָעָם *In medio populi*, *ibid.* מִירְכְּתֵי־אָרֶץ *De lateribus terræ*, *Exod.* 28. *v.* 3. לְעֵינֵי כָל־בֵּית־יִשְׂרָאֵל *In oculis totius domus Israel*, *Exod.* 40. 38.

Sæpissimè tamen voces ante Makkaph per euphonicum Mæthæg sustentantur. Monosyllabæ, לֹא־יִבּוֹל *Non decidet*, *Psal.* 1. *v.* 3. גַּן־בְּעֵדֶן *Hortum in paradiso*, *Gen.* 2.8. Bisyllabæ & Polysyllabæ voces recipiunt illud in penultima: ut, עֹשֶׂה־פְּרִי *Faciens fructum*, *Gen.* 1.12. נוֹסְדוּ־יָחַד *Consultant simul*, *Psalm.* 2. *v.* 2. אָמַר־לוֹ *Dixit ei*, *Jos.* 11. *v.* 9. Irregulare est, si modò genuinum, הִנֵּה־שָׁבָה *Ecce reversa est*, *Exod.* 4. *v.* 7. cum Mæthæg in ultima. *In Exemplari Constantinopolitano nullum adest Metheg.*

Pro Mæthæg ante Makkaph succedit aliquando Kadma, si ultima dictio sit cum Sakephkaton: ut, וַנַּגֶּד־לוֹ *Et renunciavimus ipsi*, *Genes.* 43. *v.* 7. וַיִּקְרָא־לָהּ *Et vocavit eam*, 2. *Sam.* 4. *v.* 5.

Secundò, Vox monosyllaba aut bisyllaba penacuta, sæpissimè rejicit accentum ex ultima præcedentis dictionis ad penultimam, ne ex accentuum occursatione & conflictu, fragosa sequatur pronunciatio: ut, קָרָא לָיְלָה *Vocavit noctem*, *Gen.* 1. *v.* 5. כִּי־חָרָה לוֹ *Quum ira accenditur ei*, *Psal.* 18. 8. וְנֹחַ מָצָא חֵן *Et Noa invenit gratiam*, *Genes.* 6. *v.* 8. Hinc fit, ut aliquando duo accentus in præcedenti voce concurrant, quorum alter trajectitiũ, alter sedem regularem indicat, ut paulò post videbitur. Sed & hæc trajectio aliâs simpliciter fit solâ euphoniæ causâ.

Tzere & Cholem ultimæ syllabæ ante consonam mobi-

Principaliter voces monoſyllabas aliis longioribus antè vel ponè addit: ſed verò etiam biſyllabas. Duo nomina conjunguntur, & mixtim Nomina, Verba, ac Indeclinabilia: nunquam autem duo verba: ut, אֲשֶׁר זַרְעוֹ־בוֹ עַל־הָאָרֶץ *Cui inſit ſemen ſuum ſuper terram, Gen.* 1. *v.* 11. יֶהְגּוּ־רִיק *Meditantur inane, Pſalm.* 2. *v.* 1. וְהִיא־גַם־הִיא *Et illa etiam ipſa, Geneſ.* 20. *v.* 5.

Privatio accentus, vocales quasdam mutat.

Cholem & *Tzere* ſequente conſonâ mobili, ante Makkaph corripiuntur, illud in Kametzchatuph, hoc in Sægol. Hinc כֹּל, אֵל, אֵת ante Makkaph ſcribuntur כָּל, אֶת, אֶל: ut, אֶת־כָּל אֲשֶׁר־לוֹ *Quicquid erat ipſi, Gen.* 25.5. לַעֲלוֹת אֶל־יְהוָה *Ad aſcendendum ad Dominum, Exod.* 19. *v.* 25. Excipe *primò*, שֹׁד־רְשָׁעִים *Vaſtatio improborum, Prov.* 21. *v.* 7. *ſecundò*, בֵּן quater ante Makkaph cum Tzere, quæ extant, Geneſ. 30. 19. 1. Sam. 22. 20. 2. Sam. 9. 12. Ezech. 18. ℣. 10. Contrà ſeptem ſunt cum accentu & Sægol, juxta Maſoram, Geneſ. 30. *Tertiò*, אֵת ante Makkaph ſemel retinet Tzere, quod extat Job. 41. ℣. 26. Contrà ter cum accentu habet Sægol, quæ extant Pſal. 48. 5. & 60. 2. Proverb. 3. ℣. 12. *Quartò*, כָּל bis legitur cum accentu, Pſal. 35. ℣. 10. Proverb. 19. ℣. 7. quæ propterea Maſora notavit. Kametzchatuph plerunque hîc per ſimplex Kametz ſcribitur: quando autem duo puncta ipſi addita, id ſpeciali notâ à Maſorethis obſervatum: ut, וְאִם־שְׁלָשׁ־אֵלֶּה *Et ſi tria hæc, Exod.* 21. *v.* 11. פֶּן־יִפְרָץ־בָּם *Ut non irrumpat in eos, Exod.* 19. 25. Annotarunt hîc ל̇, id eſt, Non reperiri iſta ampliùs, & ſcribi cum ֳ. Tzere in quibusdam ante Makkaph ſemper manet, ut ſunt כֵּן *Sic*, נֵר *Lucerna*, עֵד *Teſtis*, עֵץ *Arbor*, עֵת *Tempus*, & ſi quæ ſunt alia. At שֵׁם *Nomen*, שֵׁשׁ *Sex*, לֵךְ *Vade*, תֵּן *Da*, nunc reti-

currunt, in וַיֵּלְכוּ *Et profecti sunt, Numer.32.v.39.* מִכָּל־אֹיְבֶיךָ *Ab omnibus inimicis tuis, Deuter. 25. v. 19.* וּנְתָנְךָ *Et constituet te, Deut. 28. v. 1?*

Tertiò, Tiphcha comitem Merca: ut, כְּכֹכְבֵי *Sicut stellas, Exod.32.v.13.* Merca pro Mæthæg, juxta Reg. 2. וַיִּטְמְנֵהוּ *Et abscondit illum, Exod. 2. v. 12.* rursus Merca pro Mæthæg, juxta Reg.3. Vide Masoram Ezech.36.& Cant.6.

Quartò, Rebhiah comitem habet Munach: ut, תֵּעָצְבוּ *Dolore crucietis vos, Genes. 45. v. 5.* Munach pro Mæthæg, juxta Reg. 2. Causa hujus commutationis videtur, quòd tonicus antecedens, antecedentem vocem occupare debebat, quam cùm præ inopia vocum non consequitur, extrudit euphonicum Mæthæg, & locum ejus subit. Sic videtur: at quid primam versus vocem præcedere potest, in qua etiam conjunctos videas? ut, וַיִּשָּׂאֵהוּ *Et sustulit eum, 2. Reg. 4. v. 20.* Hinc regula: *Diversorum in eadem voce accentuum posterior tonicus est, prior euphonicus,* ut suprà dictum est.

Sic fuit accentus euphonicus.

Triplex præterea euphoniæ modus adhibitus est: 1. accentus tonici ablatio: 2. accentus tonici trajectio: 3. Dagesch alieni assumptio.

Primò, accentus tonicus à voce ablatus est, ut ea cum sequenti conjuncta, majorem auribus suavitatem conciliaret. Conjunctionis symbolum est virgula transversa vocibus interjecta, eas invicem uniens, & dicitur Chaldaicâ voce מַקַּף *Makkaph*, id est, Cinctus, quòd quasi cinctu voces connectat.

Makkaph est virgula, quæ duas vel tres dictiones accentu tonico privatas sic connectit, ut cum ultimæ dictionis accentu, suavi & venustâ pronunciatione coalescant.

Et femoralia, Lev. 6. v. 3. לְזַרְעֲכֶם *Semini vestro, Genes. 22.13.* Non itaque Mæthæg vocalem præcedentem semper producit, ut vulgò creditur. Hujus etiam classis sunt תַּדְשֵׁא *Germinet, Genes. 1. v. 11.* עַרְבוֹת *Campestria, Num. 31.12.* רִצְפַת *Pavimentum, Esth. 1. 6.* מִתְיַהֲדִים *Judaizantes, Esth. 8. v. 17.* & similia. Item omnia ab הָיָה & חָיָה deducta: ut, יִהְיֶה, תִּהְיוּ, לִהְיוֹת & similia, cum Scheva quiescente. Nam gutturales nunquam per Scheva mobile leguntur. Item Chirek sequente Dagesch: ut, פֶּן־יִנָּחֵם *Ne pœniteat*, Exod. 13. ỽ. 17. & similia multa. Item *Mæthæg initiale*, sive præpositivum, quòd primæ vocis vocali antè vel retrò apponitur: ut בְּמַחֲנֶה *In castris, Exod. 36.6.* וַיַּעַמְס *Et oneravit, Genes. 44.13.* שְׂאוּ *Proferte, Psalm. 81. v. 3.* In hujus notatione variant libri. Quidam habent, alii non habent, tanquam non necessarium.

Mæthæg sæpè extruditur succedente ipsi accentu tonico.

Primò, Sakeph katon sæpè in eadem voce anteambulones habet Munach & Kadma, loco Mæthæg: ut, וְהָעֵצִים *Et ligna, Genes. 22. 7.* ubi Munach subit locum Mæthæg, juxta regulam primam: וְאַהֲרֹן *Et Aharon, Exod. 7. v. 7.* & hic pro Mæthæg est, juxta Regulam 4. An etiam rectè in עַל הַבָּתִּים *In domibus Exod. 12. 7?* וְהַכֹּהֵן *Et sacerdos, Levit. 7. 8.* Kadma pro Mæthæg, juxta Reg. 3. Sic in לְמַלְכִּיאֵל *Malkielis*, Numer. 26. v. 45. juxta Reg. 5. Hoc Kadma quidam vocant מַזֶּה *Massah*; quidam *Mæthæg superius*, sed malè: nam figura non convenit.

Secundò, Geresch habet comitem Kadma: ut, וַיֵּלְכוּ *Et abiverunt, Num. 33. v. 8.* Kadma pro Mæthæg, juxta Reg. 2. An itaque Mæthæg & vicarius ejus rectè concurrunt,

cultati Dagesch. Sic הַלְלוּ cum Mæthæg, legitur *Halelu*, Laudate, quasi scriptum esset הַלְלוּ: Sine Mæthæg הַלְלוּ *Hallu.* Sic post Chirek, quod loco Chirek longi est: ut, וַיִּרְשׁוּ *Et possederunt*, *Josua.* 12. *v.* 1. pro וַיִּירְשׁוּ. Sic וְיִרְאוּ *Et timebunt*, *Micheæ* 7. *v.* 17. Et post Kibbutz, quod pro Schurek est: ut, גְּבֻלְךָ *Terminum tuum, Exod.* 23. *v.* 31. Hîc Scheva legitur virtute vocalium longarum, quas Mæthæg indicat.

REGULA IV. *Ante Scheva compositum, non præcedente Scheva simplici, semper Mæthæg est: ut,* נַעֲשֶׂה *Faciamus, Gen.* 1. *v.* 26. נֶאֱמָן *Fidelis*, Numer. 12. *v.* 7. אָהֳלֹה *Tentorium ejus, Genes.* 13. *v.* 3. הָאֲדָמָה *Terræ, Genes.* 1. *v.* 25. צֹעֲקִים *Clamant, Genes.* 4. *v.* 10. וָאֲשַׁלֵּחֲךָ *Et dimisissem te, Genes.* 31. *v.* 27. Si Scheva compositum dissolvatur in suam vocalem brevem, Mæthæg manet: ut, וְנַעַלְךָ *Et calceamentum tuum, Jesa.* 20. *v.* 2. וְיֶחֶרְדוּ *Et trepidabunt*, *Hos.* 11. *v.* 10. Si resolvatur in Scheva, tum similiter Mæthæg sæpissimè manet, sed ita referri potest ad sequentem Regulam. Hinc ex duplici causa duplex in eadem voce Mæthæg est: ut, וַהֲקִימֹתִי *Et statuam*, *Levit.* 26. *vers.* 9. וַאֲבָרְכָה *Et benedicam, Psal.* 145. *v.* 1.

REGULA V. *Pathach, Chirek breve & Segol, ante Scheva, sub litera non dagessata, sæpissimè cum Mæthæg sunt.* Hîc autem irregularis ejus usus est, quâ ratione hujusmodi Mæthæg appellantur ab Elia Levita מְתָגִים נָכְרִים *Methagim aliena*, & à R. Saadia, מְתָגִים הַמִּתְנַכְּרִים *Ficta vel simulata Mæthæg.* Scheva verò quiescens est, ut Dagesch lene sequens indicat: ut, מַחְבַּרְתּוֹ *Commissuræ ejus, Exod.* 39. 20. יֶהְגֶּה *Eloquetur*, *Proverb.* 8. *v.* 7. הִשְׁתַּחֲווּ *Incurvaverunt se, Jerem.* 8. 2. וַיִּתְפָּרְקוּ *Et abruperunt*, *Exod.* 32. *v.* 3. Deinde quia alterum Scheva sequitur: ut, וַיֶּחְדְּלוּ *Et desierunt, Genes.* 11. *v.* 8. וַיִּזְבְּחוּ *Et sacrificaverunt, Exod.* 32. *v.* 8. וּמִכְנְסֵי

gentia scriptionis postea obscuravit. Hinc *Kametz absq; Mathæg ante Scheva, est Kametz chatuph*, hoc est, O breve, ut שָׁמְרָה *Schomrá*, Custodi, Psal. 25. ℣. 20. חָכְמָה *Chochmá*, Sapientiam, Prov. 1. ℣. 2. קָרְבָּן *Korbán*, Oblatio, Levit. 1. ℣. 2. Quando Schurek euphoniæ causâ in Kibbutz transit, Mæthæg manet: ut, גְּבֻלְךָ *gebhylechá*, Terminum tuum, Exod. 23. ℣. 31. Sic etiam, si Chirek longum absque Jod scribatur: ut, וְיִרְאוּ *vejireú*, Et timeant, Mich. 7. 17. quomodo Scheva mobile est, tanquam post vocalem longam integram. Denique Vau Schurek ab initio dictionis, sequente Scheva, raro cum Mæthæg est, unde & Scheva illic quibusdam Grammaticorum quiescens est, quia loco Chirek brevis est, ut traditur lib. 2. cap. 21. aliis vocale, tanquam post vocalem longam. Quum Mæthæg apponitur, tunc Scheva fit vocale, & eo fine interdum componitur cum Pathach: ut, וְתְּבֻקְשִׁי *Et quæréris, Ezech. 26. v. 21.* וְשֲׁבֵה *Et captivam duc, Judic. 5. vers. 12.*

REGULA III. *Voces polysyllabæ in prima syllaba in Dagesch finitâ, plerunq; Mæthæg habent: ut,* וַיִּשְׁמְעוּ *vajischmehú,* Et audiverunt, Genes. 3. ℣. 7. וַיִּפְּלוּ *vájippélu*, Et ceciderunt, Genes. 4. ℣. 5. atque horum infinita copia est à ו incipientium. Item à מ inchoatæ: ut, מִמָּחֳרָת *A postero die, Genes. 19. v. 34.* מִמַּעֲשֵׂנוּ *De labore nostro, Genes. 5. v. 29.* Item ab ה: ut, הַמַּאֲכֶלֶת *Culter, Genes. 22. 6.* Litera schevata hic sæpissime Dagesch amittit, Mæthæg manente: ut, וַיְמֻשֵּׁהוּ *Et palpavit eum, Genes. 27. v. 2.* הַמְכַסֶּה *Qui operit, Exod. 29. v. 13.* לַמְנַצֵּחַ *Præfecto musico*, & similia. Hic videtur Scheva mobile esse, ex indicio sequentis Begad kephat aspiratæ: ut, הַמְתַעֲבִים *Qui abominamini, Michea 3. vers. 9.* Si mobile est, tum id accidit virtute occultati

differenter commune Metheg etiam ſic appellatum eſt, ut paſſim in Commentariis. Noſtri plerunque *Rhetoricum* vocant, quia venuſtatem pronunciationis quærit in voce, ut Rhetorica in oratione.

Figura ejus recta virgula eſt, infra vocem notata. Differt à tonico Silluk, uſu: Metheg quibuscunque vocibus addi poteſt: Silluk ultimę verſus voci tantùm. Quòd ſi Metheg & Silluk in ultima verſus voce concurrant, tunc ultima figura Silluk eſt. Deinde Metheg accidentarius accentus eſt: Silluk eſſentialis & nativus.

Poteſtas ejus ſuavis ac decora ſyllabæ ſuſpenſio, & à ſequenti diſtinctio.

Uſus hujus ampliſſimus eſt & frequentiſſimus, quem plurimi in numeroſas diduxêre regulas. Nos in quinque contrahemus.

REGULA I. *Tertia ſyllaba ante accentum tonicum, ſi neq; in Scheva, neq; in Dageſch deſinat, cum Mæthæg notatur:* ut, הָֽאֶחָד *Háæchád,* Unius, Geneſ. 2. ℣. 11. הַֽהֹלֵךְ *háholéch,* Qui it, Geneſ. 2. 14. אִֽירָשֶׁנָּה *Iraſchanna,* Poſſeſſurus ſum eam, Gen. 15. ℣. 8. מֵֽאָבִינוּ *méabhínu,* Ex patre noſtro, Gen. 19. ℣. 32. לִֽלְשֹׁנֹתָם *lilſchónothám,* Secundùm linguas ſuas, Geneſ. 10. ℣. 20. וּמִמּֽוֹלַדְתְּךָ *Et à cognatione tua, Geneſ.* 12. 1. Si in Dageſch vel Scheva deſinat, Mæthæg rejicitur ad quartam ſyllabam: ut, וּֽמֵחֶלְבֵהֶן *Et de adipe eorum, Geneſ.* 4. 4. וָֽאִוָּתֵר *Et remanſi,* 1. *Reg.* 19. 10.

REGULA II. *Vocales longæ accentu tonico ante Scheva deſtitutæ, regulariter cum Mæthæg notantur:* ut, הָֽיְתָה *hájethá,* Erat, Geneſ. 1. ℣. 2. תֵּֽלְדִי *téledí,* Paries, Geneſ. 3. ℣. 16. נִֽינְוֵה *Nínevé, Geneſ.* 10. v. 11. תּֽוֹלְדוֹת *Generationes, Geneſ.* 2. 4. יְשׁוּפְךָ *Conteret tibi, Geneſ.* 3. 15. *Hoc tamen non ſemper obſervatum eſt, etſi proprietas linguæ requirat ſemper aſcribi, ob* ἀκρίβειαν *& exactam curam pronunciationis, quam negli-*

tione sistendi,& sententiæ membra distinguendi,suntque septendecim reliqui: *Silluk* אֽ, *Athnach* א֑, *Rebhia* א֗, *Sakeph katon, sive minor* א֔, *Sakeph gadol sive major* א֕, *Segolta* א֒, *Sarka* א֮, *Geresch*, א֜, *Gereschajim* א֞, *Paschta* א֙, *Paser* א֡, *Schalscheleth* א֓, *Telischa major* א֠, *Karne-para* א֟, *Tiphcha* א֖, *Tebhir* א֛, *Jethif* א֚. Alii horum faciunt, id quod dictum,magis,alii minus; alii sæpiùs, alii rariùs & rarissimè, ut in Syntaxi,ad quam hæc doctrina propriè pertinet, capite ultimo prolixè declaratur.Omniũ verò regum æquale dominium est in literas בגד כפת quòd iis, post vocem literâ quiescente, aut vocali longâ finitam, imponunt Dagesch lene, cùm aliâs post tales voces soleant manere aspiratæ: ut, אֲשֶׁר אִתּוֹ בַּתֵּבָה *Quicquid erat cum ipso in arca*, Gen. 7. 23. Regula: *Literæ* בגד כפת begad kephath *post vocem vocali longâ aut literâ quiescente finitam, & accentu rege notatam, accipiunt Dagesch lene.* Vide lib. 2. cap. 23.

Hactenus de accentu tonico.

Euphonicus accentus est, qui tonico in eadem voce præmissus, suaviorem pronunciationem efficit, estque unicus, qui Hebræis communiter vocatur מֶתֶג *Metheg*, id est, *Frænum*, quòd,ut Frænum dirigit incessum equi, ita hic lectionem vocis. Dicitur etiam ipsis מַאֲרִיךְ *Marich*, *Prolongator*, quando vocali brevi ante Scheva compositum adjunctus est: rariùs חִירוּק *Chiruk* quando cum Chirek brevi est: sæpiùs גַּעְיָא *Gaja* quod primis ejus nominis authoribus tantùm de eo Metheg dictum fuit, quod ante Scheva est ab initio vocis, & illud quidem 84. vicibus in Lege occurrit,quod numerus literarum ipsius nominis גַּעְיָא indicat, ut tradit Elias in libro de Accentibus cap. 7. Postea tamen indifferen-

Kametz ultimæ syllabæ ante consonam mobilem sine accentu tonico breve est, id est, Kametzchatuph sive O breve: ut, וַיָּקָם *vaijákom* Et surrexit, Gen. 4. ℣. 8. וַיָּמָל Vajamol *Et circumcidit*, Gen. 21. ℣. 4.

Sic & omnis vocalis longa ante Dagesch forte, cum accentu tonico est. Unde regula:

Kametz ante Dagesch forte sine accentu tonico, breve est: ut, חָנֵּנִי *Chonnéni* Miserere mei, Psal. 6. ℣. 3. רָנּוּ *Ronnu* Cantate, Jesa. 44. ℣. 23. Excipitur unicum בָּתִּים *Battim*, cum Kametz longo & accentu milrah. Hinc etiam Chirek longum sine tonico ante Dagesch forte, aut pro brevi ponitur, aut Dages est irregulare & euphonicum. Exempla rara sunt: vide suprà in Dagesch cap. præced. Idem de Schurek sequente Dagesch, judicium.

Item, post vocalem longam regulariter Scheva mobile est. At verò

Vocalis longa, cum accentu tonico notata, constituit post se Scheva quiescens: ut, בָּחַרְתָּ *bachárta* Elegisti, 1. Reg. 3. 8. Hoc autem Kametz loco Pathach est, ideoque Scheva manet quiescens: vide lib. 2. cap. 23. תָּגֵלְנָה *tagélna* Exsultent, Psal. 51. 10, תָּאֹרְנָה *taórna*, Illustrati sunt, 1. Sam. 14. ℣. 27. יָכֹלְתִּי *jachólti* Potui, Genes. 30. ℣. 8. Excipe, si tonicus sit loco euphonici Metheg, de quo mox.

Tertius usus accentuum est in spiritu sive respiratione moderandâ, & constituendis sententiæ spaciis. Hinc vulgò dividuntur in *Ministros* & *Reges*.

Ministri sunt, qui orationem continuant & promovent usque ad regem, juxta quem statio aliqua figitur, suntque octo: *Munach* אָ֣, *Mahpah* אָ֤, *Merca simplex* אָ֥, *Merca duplex* אָ֦, *Darga* אָ֧, *Jærach*, אָ֪, *Kadma* אָ֨, *Telischa minor* אָ֩.

Reges sunt, qui habent potestatem spiritum in ora-

major & *Jethif*, & ſæpiſſimè in libris metricis, *Tiphcha.* Poſtpoſitivi quatuor, *Paſchta, Teliſcha minor, Sægolta, Sarka.* Præpoſitivi tum demum ſyllabam ſuam acuunt, cùm vocem monoſyllabam aut biſyllabam naturâ penacutam occupant: Poſtpoſitivi verò, cùm voci acutæ appoſiti ſunt. Quando contrà eſt, ut illi vocem Milra ſive acutam, hi Milhel ſive penacutam habeant, tunc juxta flexionis analogiam voces proferendæ ſunt. Hinc Elias Levita quatuor poſtpoſitivos, in voce per ſe penacuta, ſcribit geminari, ut prior tonum, alter ſedem propriam indicet. De Paſchta verum eſt: de reliquis tribus non in omnibus editionibus obſervatum eſſe apparet. Unde

Secundò, *Ejuſdem accentus in eadem voce geminati, prior ſyllabam acuit:* ut, תֹּ֙הוּ֙ *tohu*, Informe, Gen. 1. ỷ. 2. הַמָּ֙יִם֙ *hammájim*, Aquæ, ỷ. 7. הָאָ֙רֶץ֙ Terra, ỷ. 11. Unde irregulariter factum Maſorethæ obſervarunt, quòd תּוֹסִ֙יפִי֙ *toſiphí*, Addes, Jeſa. 47. 1. 5. vox ex flexionis analogia (ut ſuo loco videbitur) penacuta, hîc ſit milra ſive acuta, & idcirco cum unico Paſchta. Maſora autem notat, bis ſic eſſe, & in eodem capite. Mendoſa ergo ſunt exemplaria, quæ in altero verſu duo Paſchta habent.

Cùm verò per ſe in qualibet voce nonniſi unicus accentus eſſe poſſit, eſt tamen perſæpè, ut duo vel etiam tres ad unam vocem appoſiti conſpiciantur. Itaque

Tertiò, *Diverſorum in eadem voce accentuum, poſterior acuit;* prior euphoniæ ſervit, ideoque accidentarius: ut, וּלְמֽוֹעֲדִ֔ים *Et in tempora ſtata, Gen.* 1. 14.

Præterea notandum, quòd omne Kametz longum, in fine dictionis ante conſonam mobilem, cum accentu tonico eſt. Hinc Regula:

Kametz

eſt. Acuto tamen tono in genere definiri poteſt, etſi omnium vocum tonus eminentior indifferenter acutus ut ſit, ipſa natura locutionis reſpuit. Unde etiam *Silluk* & *Athnach* propriè toni producti ſunt, qualis in accentu circumflexo Græcorum percipitur. Sed & Rebhia& Sakephkaton &quidam alii eam vim obtinent, quando vocales breves in longas producunt, ut vox dilatari in ipſis poſſit. Ampliori ergo curâ diſquirendum, qui accentus tonum acutum, gravem vel circumflexum, propriè conſtituant, cùm his tribus tonorum differentiis vocum legitima pronunciatio diſtinguatur.

Uſus autem accentuum triplex eſt: *Primò* deſignant muſicam ſive rationem cantus apud Judæos, qui textum Biblicum non legunt, ſed cantillant. *Secundò* legitimam pronunciationem cujusq; vocis in ſyllabæ alicujus elevatione ſive ſono eminentiore. *Tertiò* diſtinctionem ſententiæ in certa membra, & ad ea interſpirandi modum.

Primus uſus Judæis relinquitur. *Qui de eo ſcire plura volet, adeat Tractatum noſtrum de Punctorum & Accentuum origine &c. Par.* 1. *cap.* 14. *pag.* 243. *& ſeqq. ubi quædam ex Hebræis ſcitu & lectu non indigna reperiet.*

Secundus uſus hîc explicandus eſt, cùm ſit communis omnium vocum affectio. Ut enim nulla ſyllaba eſt ſine vocali: ſic nulla vox ſine accentu, niſi melior euphoniæ ratio obſtet.

Itaque primò, *Quæ ſyllaba in voce accentu tonico notata eſt, ea acuitur.*

Excipiuntur illi, qui primæ vel ultimæ vocis literæ ſemper adhærent, quorum illos quidam *Præpoſitivos*, hos *Poſtpoſitivos* vocant. Præpoſitivi duo ſunt, *Teliſcha*

ut Munach. Vulgò vocant Jerach, ſed ratio vult dici יָרֵחַ *Jareach.* Item *Galgal.*

סִלּוּק Silluk, *Finis*, quòd in fine verſus, ſive ultima ejus dictione, ſemper adhibeatur. אֽ

Nomina accentuum partim à figura, partim à tono muſico, partim à fine & uſu in communi ſermone, petita ſunt. Quædam etymologiæ ſunt incertæ, ut Elias Levita in libro ſuo de Accentibus cap. 2. fatetur, ſe quorundam nominum rationem ignorare. Pleraque etiam ex lingua Chaldaica, ſive ut Elias loquitur, ex Hieroſolymitana, deſumpta ſunt.

Figura vel diſcreta eſt, vel eadem, ſed inverſione aut ſitu differens. *Athnach* & *Jærach benjomo* figuram eandem habent, ſed quæ in altero invertitur. *Kadma* & *Paſchta* ſitu differunt: Iſte principio vel medio vocis inhæret, hic ultimæ literæ tantùm. Figuræ *Munach* fuit olim figura Mahpach planè oppoſita, & ex hac inverſa, facta figura Jethibh. Hodiè autem *Mahpach* & *Jethibh* ex incuria eandem figuram ſortita ſunt, quæ tamen ſitu diſtinguuntur: Jetibh initio dictionis ante primam vocalem collocatur, Mahpach extremæ vel mediæ voci ſubjicitur. *Teliſcha ketanna* & *Teliſcha gedola* eandem quidem figuram habent, ſed oppoſitè inclinatam. Sic & *Merca* & *Tiphcha* ſibi opponuntur. *Rebhiah* mediæ literæ incumbit, quomodo à Cholem propriè differt, quod ad latus ſive interſtitium literarum collocatur. Eſt etiam ferè craſſius punctum quàm Cholem. *Sægolta* eſt Sægol inverſum. *Sakeph katon* eſt Scheva ſupra dictionem poſitum.

Poteſtas accentum hactenus diſtinctè explicata non eſt.

טִפְחָא Tiphcha vel טַרְחָא Tarcha, *Defatigatus*, quòd ſit vocis ſubmiſſæ & quaſi feſſæ acquieſcentis. Dicitur etiam מאיילא *Meaijela*. א֖

מוּנָח Munach, *Depoſitum* ſcil. cornu, vel שׁוֹפָר יָשָׁר *Cornu rectum*, vel שׁוֹפָר הוֹלֵךְ *Cornu ambulans*, à figura. Cantus ejus ſubmiſſus & protractus. Aliâs etiam עִלּוּי, item מְכַרְבֵּל. א֣

מַהְפָּךְ Mahpah, *Inverſum*, quaſi שׁוֹפָר מְהֻפָּךְ *Cornu inverſum*, à figura priori oppoſitâ. Cantus ſubmiſſus ut Munach, ſed magis ſubſiſtens & ſe quaſi reflectens. Ponitur in medio & fine vocis. א֤

יְתִיב Jethibh, *Reverſum* ſcilicet cornu, vel שׁוֹפָר מֻקְדָּם *Cornu præmiſſum vel antecedens*, aut שׁוֹפָר מֻשְׁפָּל *Cornu dejiciens*. Initio vocis ante vocalem ponitur. Cantus ut Mahpach, ſed cum pauſula. א֚

תְּבִיר Tebhir, *Fractus*, à voce fracta & inæquali. א֛

דַּרְגָּא Darga, *Gradus*, Cantus gradatim tremulus & contortus. א֧

אֶתְנָח Athnach, vel אַתְנַחְתָּא *Reſpiratio*, à voce pauſante & reſpirante. Aliquando dicitur etiam סחפא *Sachapha*. א֑

יֶרַח־בֶּן־יוֹמוֹ Jærach ben-jomo, *Luna filia diei ſuæ*. i. e. recens & primùm nata. Nomen à figura novæ lunæ. Cantus ut Mu- א֪

זָקֵף גָּדוֹל Sakeph gadol, *Erector magnus*, quòd elatæ vocis sit in canendo, & tandem faciat duos saltus acutos, ut Hebræi loquuntur. א

זָקֵף קָטוֹן Sakeph katon, *Erector minor*, minùs elatæ vocis. א

סְגוֹלְתָּא Sægolta, *Monile*, à figura: vel *Sægol*, aut *Segulta*. Cantus ejus est pausa cum subita vocis abruptione. Ultimæ literæ proprius est. א

פָּזֵר Paser, *Dispergens*, scil. vocem: vocem enim elatam dispergit & secat in aliam: vocatur etiam *Paser Káton*. א

זַרְקָא Sarka, *Sparsor*, à sparsa & inflexa voce, juxta figuram ejus. Ultimæ literæ proprius est. א

שַׁלְשֶׁלֶת Schalschælæth, *Catena*, à figura. Cantus ejus serratim ascendens. א

Inferni undecim, *qui nominibus & figuris sic describuntur.*

Nomen *Figura*

מֵרְכָא Merca, *Productor* vel מֵרְכָא פְּשׁוּטָא Mercà peschúta, *Productor minor*, quòd sit submissæ & productæ vocis. Vocatur & מַאֲרִיךְ *Prolongans*, unde fit contractum מֵרִיךְ (sicut dicitur alibi מֵזִין pro מַאֲזִין) & inde מֵרְכָא quasi מַאֲרְכָא. א

מֵרְכָא כְפוּלָה *Merca duplex*, sive תְּרֵין חוּטְרִין Tren chutrin, *duæ virgulæ*, Cantus ejus æqualis & submissus, & duplicatus. א

טִפְּחָא

protractâ & æquabili voce canatur. Ultimæ lit. proprius est.

קַדְמָא Kadma, *Antecedens*, scil. finem dictionis, cujus vel medium vel principium occupat, quomodo à præcedenti differt. — א֨

גֵּרֵשׁ Gæræsch, *Expulsor*, quòd vocem in cantu subitò expellat. Vocatur etiam טֶרֶס *Teres*, vel אַזְלָא *Asla*. — א֜

גֵּרְשַׁיִם Geraschajim, *Expulsores duo*: vel טְרָסַיִם *Terasajim*, aut טַרְסִין, vel שְׁנֵי גְרִישִׁין Duo Gerischin, Geresch duplex. — א֞

תְּלִישָׁא קְטַנָּה Telischa Ketanna, *Evulsor*, vel *Eradicator minor*, quòd vocem è profundo pectoris evellat, hoc est, submissè incipiat, & elatè circũrotetur, ut Hebræi dicunt, quod & figura indicat. Appellatur etiã תַּלְשָׁא *Talscha*, vel תַּרְסָא *Tarsa*. Ultimæ lit. proprius est. — א֩

תְּלִישָׁא גְדוֹלָה Telischa gedola, *Evulsor magnus*. Primæ literæ proprius est. — א֠

קַרְנֵי פָרָה Karne Para, *Cornua Vaccæ*, à figura. Cantus ejus, vox quasi dupla, fortis & tremula est. Aliquando &, פָּזֵר גָּדוֹל *Paser gadol*. — א֟

רְבִיעַ Rebhia, *Incubans*, quòd mediæ literæ incubet, quomodo à Cholem distinguitur, quod lateri adhæret. Cantus ejus ut Geresch, sed fortior in fine. — א֗

ut קָרְבָּן Korban *Oblatio*, קָדְשׁוֹ Kodscho *Sanctitas ejus.*
Attamen, ut hodiè sunt exemplaria Biblica, reperitur utroq; modo scriptum, cum duobus istis punctis & sine illis, & sic ejus figura confunditur partim cum Chatephkametz, cujus propria sunt ista duo puncta, partim cum Kametz magno. Unde discrimen diligenter est observandum, quod plenè tradetur ad caput sequens.

CAPUT V.

De Accentibus.

EXPLICATÆ sunt vocis partes: sequuntur ejus communes affectiones, *Accentus* & *Notatio.*

Accentus est nota, quæ vocis sonum convenienter moderatur: estque *Tonicus* vel *Euphonicus.*

Tonicus est, qui ultimam vel penultimam syllabam acuit. Hic variis figuris in Bibliis describitur: nos docendi causâ, eum rectâ virgulâ in his præceptis exprimemus. Vox in ultima habens accentum, Græcis dicitur ὀξύτονον: Hebræis Chaldaicâ voce מִלְרַע *Milra*, id est מִתַּחַת *Infrà*, hoc est, in fine habens accentum; Latinè potest dici *Acuta.* In penultima, Græcis vocatur παροξύτονον: Hebræis מִלְעֵיל *Milhel*, id est, מִמַּעַל *suprà*, in syllaba supra ultimam, hoc est, in penultima accentum possidens: Latinè *Penacuta.* Hæc Pagnino dicitur *Longa*, illa *Brevis.*

Tonici sunt viginti quinque: iique vel *Superni* vel *Inferni.*

Superni *quatuordecim*, qui nominibus & figurâ sic describuntur.

Nomen	*Figura*
פַּשְׁטָא Paschta, *Extensor:* quòd extensâ,	אּ

protra-

rum brevium constituit. Tertiò, *authoritates sunt non contemnendæ. Elias Levita in Animadversionibus suis ad Michlol Kimchi, fol. 39. vocat Kametz chatuph* קָמֵץ בְּלִי שְׁוָא Kametz absque Scheva. *Idem in libro Cantici, cantico undecimo, appellat illud* קָמֵץ זוּלַת שְׁוָא Kametz sine Scheva. *Deinde R. Abraham Balmensis in doctrina vocalium scribit:* וְהַקָּמֵץ חָטוּף אֵין הֶפְרֵשׁ בֵּין צוּרָתוֹ וְצוּרַת הַקָּמֵץ גָּדוֹל Et Kametz raptum sive breve non est differentia inter formam ipsius & formam Kametz magni. Differentia autem est in modo pronunciandi. Nam Figura Kametz composita est ex Pathach, id est, sono A, & subjecto puncto Cholem, id est, sono O. In Kametz magno prævalet sonus A, in Kametz parvo sive brevi, prævalet sonus O. *Idem paulò post apertè:* Ne credas verbis eorum qui dicunt, quòd etiam Kametz *meló pum* (i. e. *Kametz chatuph*) debeat habere Scheva ante se. Nam magna differentia est inter stationem prolationis Kametz chatuph, & inter cursum (*celerem prolationem*) Chateph kametz. *Præterea R. David Kimchi in Michlol, in doctrina punctationis, folio* 187. 188. *scribit:* וּפְעָמִים מְשַׁתְּפִים עִם הַקָּמֵץ שְׁוָא Interdum consociant cum Kametz Scheva, ut indicent, quòd est חָטֵף id est, *rapiens* seu brevissimum, idque quando sequitur vocalis aliqua longa vel brevis, veluti צָרִי, אֳנִי, חֳלִי & similia. Sed quando sequitur Dagesch forte, tum scribitur Kametz tantùm, quia in eo errari nequit, quod certò constet esse חָטוּף id est, *breve*, cùm Dagesch post se habeat, veluti גָּזִּי *Gossi*, Tonde, Jerem. 7. ℣. 29. רָנּוּ *Ronnu* Cantate, Jesa. 44. 18. Item, si litera sequens habeat Scheva quiescens, tunc scribitur Kametz tantùm, quia ibi errari non potest, quum certò constet, illud breve esse, quandoquidem post Kametz latum sive longum, nunquam soleat sequi Scheva quiescens: ut קָרְבָּן

In בֶּחֳדָשִׁים bechodaſchim *In calendis*, *Ezech.* 46.3. *Sægol eſt propter excluſum articulum, ut docetur in Syntaxi præpoſitionum. Sic* בֶּחֳרָשִׁים *In ſaltibus*, 2. *Par.*27. 4. *Nam ſægol illud articuli vocalis eſt, ut in* הֶחֳרָבוֹת, Deſolata, Ezech. 36. ỳ. 33. *At in* בֶּחֳרָבוֹת In ſolitudinibus, Ezech. 13. 4. בָּאֳהָבִים In amoribus, Prov. 7. 18. בָּאֳהָלִים In tabernaculis, Jud. 8. 11. בָּחֳלָיִים In morbis, 2. Paral. 21. 15. לָחֳלִי Ad morbum, Jeſa. 1. 5. וָחֳלִי Et infirmitas, Eccleſ. 6. 2. בָּחֳרִי In ira, Deut. 29. ỳ. 24. בָּעֳנִי In afflictionem, 1. Sam. 1. ỳ. 11. *analogia omnino poſtulat Kametz chatuph ſub litera gutturalem præcedente. Nam Kametz longum eſſe non poteſt, quaſi excluſum articulum repræſentet, quia articulus* ה *in iſta forma ſolet notari vel cum Sægol, ut in præcedentibus exemplis, vel cum Pathach, ut in* הַחֳלִי *Propter infirmitatem*, 2. *Paralip.* 21. *v.* 15. *ubi Cholem eſt ex vi accentus, pro* הָחֳלִי. *Neq; Kametz illud propter appoſitum accentum Metheg, Kametz longum eſt, quia Metheg regulariter ſolet ad quamvis vocalem ante Scheva compoſitum apponi, nec aliam vim hîc, quàm cum Pathach vel Sægol in tali uſu uſurpatis, obtinet. Attamen vulgò ab omnibus per Kametz longum pronunciari puto, cujus cauſam eſſe ſolam euphoniam crediderim. Plura exempla vel plurium formarum, fortè in Bibliis non occurrent, unde hæc vocalis anguſtioris omninò uſus eſt, quàm reliquæ duæ.*

Quæritur etiam, an ad Kametz chatuph rectè addantur duo puncta, ſive Scheva? *pleriq; affirmant, ſunt etiam qui negant, quorum ſententia nititur rationibus, tum etiam authoritate.* Primò, *ſi de genuina ejus forma aut ſubſtantia eſſent duo iſta puncta, retineret ea ſemper. Non autem retinere, uſus demonſtrat, ac ne retinere quidem debere, ſummi authores docent, ut jam dicetur.* Secundò, *Scheva vocalem ſibi conjunctam, facit breviſſimam, quæ ſtatam ſyllabam nunquam efficit, ſicut de Chateph pathach, Chateph ſægol & Chateph kametz declaratum eſt. Atqui Kametz chatuph ſtatam ſyllabam pro more reliquarum bre-*

bernacula vestra, quod est formæ חָדְשֵׁיכֶם Calendæ vestræ, Jesa. 1. 14. Præterea idem manifestum est ex Verbis. Ut enim in Infinito Kal cum Affixis dicitur, עַל עָזְבָם al osbham Propter relinquere eos, Jer. 9. v. 13. scheva post Kametzchatuph quiescente: sic dicitur per Chatephkametz sub gutturali, כְּאָהֳבָם Keohobham Secundum amare ipsorum, Hos. 9. 10. עַל מָאֳסָם al moosam Propter spernere eos, Amos 2. v. 4. item, ut est לְעָזְבֵךְ leosvech Ad deserendum te, Ruth. 1. 16. sic est לְגָאֳלֵךְ legoolech Vindicare te, Ruth. 3. v. 13. Ex conjugatione Hophal pro Scheva quiescente simpliciter reperitur Chatephkametz sub gutturali; ut הָפְקַד hophkad, הָחֳרַב hochoraf, unde הָחֳרָבָה Vastata est, Ezech. 26. 2. Participium מָאֳחָז moochas Apprehensus, 2. Par. 9. 18. sicut מָפְקָד: sic מָעֳמָד Constitutus, 1. Reg. 22. 35. Infinit. הָחֳרֵב hochoref Desolando, 2. Reg. 3. 23. sicut הָחְתֵּל Fasciando, Ezech. 16. 4. Futur. יָעֳמַד joomad Sistitor, Levit. 16. 10. sicut יָפְקַד &c. Cùm ergò sit Chatephkametz, tam in principio quàm medio dictionis, quæritur, An etiam præcedenti literæ subjiciat similem vocalem, ut Chatephpathach & Chatephsægol? Puto: ut in צָהֳרַיִם Tzohorájim Meridies, à צֹהַר Lux, sicut ab אֹזֶן dualiter dicitur אָזְנַיִם osnajim, Aures. Inde Elias Levita, ut suprà dictum, triplex Scheva compositum eodem loco & ordine ponit, ac ejusdem vult esse naturæ. Afficiet ergo quoq; præcedentem literam simili vocali, ut Chatephpathach & Chatephsægol, nisi alia ratio Grammatica obstet. In exemplis præcedentibus Kametzchatuph ante Chatephkametz nō est ex proprietate literæ gutturalis, sed ex analogia flexionis vocis. Veluti Kametzchatuph in conjugatione Hophal requiritur ex propria forma ejus conjugationis etiam extra usum literæ gutturalis, ut in הָפְקַד hophkad. Sic Kametzchatuph in vocibus ex forma קֹדֶשׁ deductis genuinum est: nam Cholem cum Affixis Pronominibus mutatur in Kametzchatuph, etiam cùm nulla gutturalis adest, ut in קָדְשׁוֹ kodscho Sanctitas ejus.

חֳלִי Choli *Morbus*, חֳרִי Æstus, עֳנִי Afflictio, *quibus similia*, רֳאִי Visio, דֳּכִי Contritio, דֳּמִי Silentium. *Reperitur etiam promiscuè* סְעָרָה *&* סְעָרָה Turbo, 2. Reg. 2. ℣. 1. 11. *item* חֳמַרְמְרוּ Job.16.℣.16.*&* חֳמַרְמָרוּ Turbata sunt, Thren.1. ℣. 20. *Ejusdem formæ sunt* צְדָקוֹת Justitiæ, *&* חֳרָבוֹת Vastitates, Ezech. 13.4. & 38.12. *item* בְּקָרִים Matutina tempora, פְּעָלִים Opera, קְמָצִים Pugilli, רְמָחִים Spicula, רְתָמִים Juniperi, *à singularibus* קֹמֶץ, פֹּעַל, בֹּקֶר, רֹתֶם, רֹמַח. *Sic in simili forma habent Chatephkametz loco Scheva, quæ à gutturali incipiunt: ut,* אֳהָלִים Ohalim, Tabernacula, חֳדָשִׁים Menses, חֳמָרִים Acervi, חֳרָשִׁים Saltus, *cui simile,* קֳדָשִׁים Sanctitates, *à singularibus* אֹהֶל, חֹדֶשׁ, חֹמֶר, חֹרֶשׁ, קֹדֶשׁ. *Neque dici potest, quòd eadem vocalis sit initio in* חֳדָשִׁים Chodaschim *&* חָדְשֵׁי *Chodsche. Nam* חֳדָשִׁים *est formæ* דְּבָרִים, *quæ in constructione cum altero substantivo, mutat Kametz in Scheva, propter quod prius Scheva transit in Chirek, unde* דִּבְרֵי. *Sic & Scheva-compositum ab initio, alio Scheva sequente, resolvitur in suam brevem: ut à* חֲרָבוֹת Gladii, *constructum est* חַרְבוֹת: *à* חֳדָשִׁים *fit* חָדְשֵׁי: *à* נֶאֱמָנִים *fit* נֶאֶמְנֵי Veraces, *ut amplius declaratur lib. 2. cap. 3.*

In medio esse, docet forma Nominum קֹדֶשׁ *quæ cum Affixis Sægol mutat in Scheva quiescens, & Cholem in Kametzchatuph, unde* קָדְשׁוֹ *Kodscho* Sanctitas ejus. *Sic* חָדְשׁוֹ *Mensis ejus: hîc si media sit gutturalis, loco Scheva simplicis est Scheva compositum, nempe Chatephkametz, unde ab* אֹהֶל *est* אָהֳלוֹ Oholó *Tabernaculum ejus,* אָהֳלִי Tabernaculum meum: *à* פֹּעַל *est* פָּעֳלוֹ Pooló *Opus ejus,* פָּעֳלָם Opus eorum. *Si post Chatephkametz alterum Scheva sequatur, tunc resolvitur in brevem suã: ut,* פָּעָלְךָ Poolchá, *Opus tuum, Jesa.* 45. 9. *quod est formæ* קָדְשְׁךָ Sanctitas tua. *Deinde forma pluralis constructa est,* קָדְשֵׁי Kodsche: *& hîc loco Scheva quiescentis, est sub gutturali Chatephkametz, ut* אָהֳלֵי Ohole, *& sic cum Affixis* אָהֳלֵיכֶם *Tabernacula*

propter irregularem ſcriptionem. Regulariter enim ſcribendum בִּיהוּדָה*, ubi' extra dubium conſona eſt.*

Nec in יְרוּשָׁלַם Jeruſchalaim *diphthongus eſt. Habet enim hoc vocabulum anomalam & defectam ſcriptionem, quod plenè legendum & pronunciandum* יְרוּשָׁלַיִם*, quomodo quinquies reperiri, Maſorethæ tradunt. Loca ſunt, Jer. 26. v. 18. Eſth. 2. 6. 1. Par. 3. 5. 2. Par. 25. 1. & 32. 9. Hoc tamen poſtremo loco noſtra exemplaria defectivè exprimunt. Pariter defectivè & irregulariter ſcriptum eſt* יְרוּשָׁלְמָה *quod legendum* יְרוּשָׁלַיְמָה*, ut ſcriptum legitur 2. Par. 3. 29. Forma defecta quater legitur, nempe 1. Reg. 10. 2. 2. Reg. 9. 28. Jeſ. 36. 2. Ezech. 8. 3. Sic diphthongos veras Hebræi non habebunt.*

Additio de uſu Kametzchatuph & Chatephkametz.

De Kametzchatuph & Chatephkametz non idem apud omnes eſt judicium. Hebræi indiſtinctè ferè dicunt Kametzchateph *& Kametzchatuph, nunc pro hoc nunc pro illo. Videatur Kimchi in Michlol, fol. 187. Accuratior fuit Elias Levita, qui in libro Cantici, Cantico 11. & 12. vocalem brevem O, vocat* Kametzchatuph*, & O breviſſimum* Chatephkametz*, ejusdemq́ id naturæ & proprietatis facit cum Chatephpathach & Chatephſagol. Hoc probè ipſum facere, paulò fuſiùs hoc loco explicabimus.*

Dicimus itaq́, Chatephkametz *ſubjici literis gutturalibus loco Scheva, eodem modo ut Chatephſægol, idq́ tam ab* initio vocis, *quàm* in medio.

Chatephkametz ab initio eſſe, docent hæc Nomina, quæ à principio ſimplex Scheva habent ſub litera non gutturali: ut גְּדִי, Hœdus, דְּלִי Situla, כְּלִי Vas, מְרִי Rebellio, פְּרִי Fructus, *& ſimilia alia multa. Hic in ſimili forma, ſi prima fuerit gutturalis, ſub ea erit Scheva compoſitum: ut* חֲלִי Chali *Ornamentum,* חֲצִי Chatzi *Dimidium:* עֱלִי Eli *Piſtillum. Sic Chatephkametz,*

esse vocalis, & consignificare ad vocem, quia per nudam Vocalem pronunciatur: non tamen quòd euphoniæ causâ potestatem in pronunciando amittit, propterea etiam naturam consonæ deponit. Sic & ה in עֶזְרָה Auxilium ejus, *consona manet, etiamsi non pronuncietur.* Ex י, דְּבָרַי *Devaraj* Verba mea, גּוֹי *Goj* Gens, גָּלוּי *Galuj*, Manifestum. *Neq; hic diphthongi veræ sunt,* י *primum præcedente Pathach non est vocalis litera, quia hoc loco in hac formâ voci semper consignificat, quod non est vocalium, ut jam dictum. Alterum* י *vim consonæ apertè exprimit, quando ipsi aliquid ad finem subjungitur, ut* גּוֹיִם Gojim, גְּלוּיָה Gelujah. *Deinde etiam hoc* י *semper post se admittit Dagesch lene, ut* ו *præcedens. Est ergo mobile & consona. Simile apud Latinos in* Cui *&* Cujus, Huic *&* Hujus. *De* דְּבָרִי Verbum meum, *idem judicium quod de* דְּבָרוֹ *antè dictum: Et quod Hebræi dicunt* אֲנִי, *id Chaldæi efferunt* אֲנָא, *& pro Pronomine* ו *Chaldæi dicunt* הּ, *propter mutuam literarum quiescentium inter se permutationem. Si etiam in* דְּבָרַי י *est vocalis, quare non etiam in* דְּבָרֶיךָ *&* דְּבָרֶיהָ *ad constituendam diphtongum* ei, *quibusdam populis satis amabilem?*

Qui diphthongos constituunt ex Pathach furtivo (quod literis החע *in fine vocum subjicitur) & præcedente vocali, ut* רֵיחַ *reach, &c. errant. Nam pathach illud literæ causâ ascifcitur, ut ea commodiùs pronunciari ac percipi possit, & rursus abjicitur, ubi commodè litera efferri potest. Sunt etiam hoc Pathach & præcedens vocalis, distinctarum literarum vocales, & ut literæ in pronunciatione distinctæ manent, sic quoq; vocales, nec ita arctè coalescunt, ut veræ diphthongi.*

Nec in לַיהוָה, וַיהוָה, בַּיהוָה *Baihova, &c. diphthongus est.* י *enim consona est, nominis formativa, quæ ob irregularem scriptionem in vocalem non mutatur. Pathach enim est ex forma Nominis* בַּאדֹנָי, *quod pro eo legitur. Sic* י *in* בִּיהוּדָה וִיהוּדָה *manet consona nominis formativa, etiamsi quiescens factum sit propter*

ctum est. Observarunt tamen Masorethæ, in א *&* ר *quandoq; fuisse usurpatum. In* א *quatuor locis; nempe* וַיָּבִאוּ Et attulerunt, Genes.43. ℣.26. Esræ 8. ℣.18. תָּבִיאוּ Adducetis, Levit. 23. 17. רָאּוּ Videntur, *Job.* 33. 21. *at id hodie neglectum est, cùm nulli sit usui. Notatum est ab Elia in Michlol Kimchi, fol.72. se in antiqua Masora reperisse scriptum,* ר *septies habere Dagesch. Sed Kimchi adducit plura loca, nempe* הַרְּעִמָהּ Provocabat eam, 1. Sam. 1. ℣. 6. הַרְּאִיתֶם Videtisne? 1. Sam. 10. ℣. 24. & 17. ℣. 25. 2. Reg. 6. ℣. 32. אָהַבְתָּ רַּע Diligis malum, Psal, 52. 5. שֶׁרֹּאשִׁי Quòd caput meum, Cant.5. 2. *ubi Masorethæ notant* ר *esse dagessatum:* מְאוּמָה רַּע Ullum malum, Jer. 39. 12. לֹא כָרַּת שָׁרֵּךְ Non est præcisus umbilicus tuus, Ezech. 16. ℣. 4. *ubi in utroq;* ר *occurrit:* לְשָׁרֶּךָ Umbilico tuo, Prov. 3. ℣. 8. לֹא יִנָּקֶה רָּע Non sit impunis malus, Prov. 11. ℣. 21. מָרַּת נַפְשׁוֹ Amaritudinem animæ suæ, Prov.14. ℣.10. מַעֲנֶה רַּךְ Responsum molle, Prov. 15. ℣. 1. *At non omnia exemplaria Biblica hoc Dagesch exprimunt.*

Diphthongi etiam syllabam compositam constituunt: ut, עֵשָׂו *Esau,* קָו *Kau,* linea, יְקַו *Jekau,* exspectet: שָׁלֵו *Schaleu,* Tranquillus: פִּיו *Piu,* Os ejus, אָבִיו *Aviu,* Pater ejus. At Judæi sine diphthongo hæc legunt, *Esaf, Kaf, Schalef, Pif,* per V consonam. *Rationem asserunt, quia* ו *illud est consona, cujus vim apertè edit, quando ipsi aliquid subjungitur: ut* עָנָו Afflictus, עֲנָוִים Afflicti. יְקַוֶּה Jekavve, שְׁלֵוִים Schelevim, שַׁלְוִי Schalve. *Deinde quia literæ* בגד כפת *ab initio sequentis dictionis suscipiunt Dagesch lene, tanquam post vocem consonâ mobili finitam, ut dictum capite præcedenti. Neq; etiam* ו *in* פִּיו *potest esse vocalis: quia vocalis lectioni tantummodò inservit, non etiam consignificat dictioni, quod proprium est literarum consonarum, quando aliis dictionibus pro particulis consignificativis serviunt. Etsi autem in* דְּבָרוֹ Verbum ejus, ו *videatur*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

אָנָּה *Anna*, לָמָּה *Lamma*, שַׁמָּה *Schamma*. Est & aliâs sæpè Kametz ante Dagesch, sed vicarium τȣ̃ Pathach, de quo libro 2. capite ultimo. Post *Tzere* & *Cholem* sæpiusculè est: ut, שֹׁמּוּ *Obstupescite*, Jer. 2.12. הֵנָּה *Huc*. Post *Chirek longum* irregulariter planè: ut, וַהֲמִיתִּיו *Vahamittif*, Interficiebam istum, 1. Sam. 17. ℣. 35. בִּיקְּרוֹתֶיךָ *Bikkerothécha*, Inter preciosas tuas, Psal. 45. ℣. 10. לִיקְּהַת *Likkeháth*, Obedientiam, Proverb. 30. ℣. 17. לִיסּוֹד *Lissod*, Fundare, 2. Paralip. 31. ℣. 7. Post *Schurek*, הוּלֶּדֶת *Hullédeth*, Ezech. 16. ℣. 4. הַיּוּלָּד *Qui natus est*, Judic. 13. ℣. 8. In his Schurek est loco Kybbutz. De illis vide ampliùs cap. seq. Post breves propriè adhibetur: post brevissimas nunquam, unde de שְׁתַּיִם diversa sunt Gramaticorum judicia. Quia verò impropriè post longas vocales venit, inde regula: *Dagesch forte vocales longas antecedentes, in breves eis analogas communiter transmutat*. Veluti *Cholem in* Kametz chatuph vel Kibbutz: *Tzere* in Chirek: *Schurek* in Kibbutz. Cholem: ut, תֹּם *Tom*, תֻּמִּי *Tymmi* Integritas mea: רֹן *Ron*, רָנִּי *Ronni* Canta: Tzere קֵן *Ken*, קִנִּים *Kinnim*, Nidi. Schurek יוּלַד *Julad*, יֻלַּד *Jyllad* Nascetur. E contrariò, *Dagesch forte ex gutturalibus & ר exclusum, præcedentes vocales breves plerumq; in longas convertit*, ut passim per totam Grammaticam videbitur. Ista enim vocalis productio, Dages rejecti indicium & compensatio est.

Præterea, *Dagesch forte ex litera Schevata, euphoniæ causâ sæpissimè excidit*; Id suis locis passim explicabitur.

Denique est & *Dagesch Euphonicum*, quod sine legitima artis causa, aut necessitate ulla, adhibetur, ut מִקְּדָשׁ pro מִקְדָשׁ *Sanctuarium*, *Exod.* 15. *v.* 17. וָאֶכְּרֶהָ *Et comparavi eam, Hos.* 3. *v.* 2. & alia, quæ passim indicabuntur. Eódem referendum *Dagesch initiale*, de quo vide cap. seq.

Quòd literæ gutturales Dagesch hoc rejiciant, paulò antè dictum est.

Jeſa. 18. 4. קָדָשִׁים *Koda-ſchim*, Sanctitates, Exod. 29. 33. קָסֳמִי *Ko-ſomi*, Divina, 1. Sam. 28. 8. וְצָעֳקִי *U-tzoa-ki*, Et clama, Jer. 22. ℣. 20. *Hæc impropria & irregularia ſunt: nam ſimplex Scheva analogia requiſivit, quod & adhiberi poterat. Vide plura mox in Dageſch.*

Dageſch forte, eſt ſyllabæ per Scheva compoſitæ, in ſcriptura contractio: ut, חִגֵּשׁ *Hyg-gaſch.* Hîc Dageſch eſt loco literæ, quæ in ſcriptura exprimeretur per ג geminum, ut חִגְגֵשׁ. Sic integrè ſcribuntur, חָנְנֵנִי *Chon-ne-ni*, Miſerere mei, Pſal. 9. ℣. 14. צִלְלוֹ *Tzil-lo*, Umbra ſua, Job. 40. ℣. 17. quæ per compendium prius ſcriberentur צִלּוֹ, חָנֵּנִי. Sic רַוֵּה *Ravve*, Irriga, מְרֻוָּחִים *Meryvackim*, Spacioſa, קַוֹּה קִוִּיתִי *Kavvo kivvithi*, Exſpectando exſpectavi. Hîc punctum in litera ו non Schurek, ſed Dageſch eſt, ob vocalem brevem antecedentem; ut ſuprà capite 2. dictum.

Occurrunt hîc etiam quædam exempla cum Chatephkametz ſub litera non gutturali: ut, יִקֳּבֶנּוּ *Jikkovennu*, Expreſſerit illud, Jeſa. 62. ℣. 2. אֶצֳּרֶנָּה *Etzorenna* Cuſtodiam eam, Jeſa. 27. ℣. 3. אֶסֳּרֵם *Eſſorem*, Vinciam eos, Hoſ. 10. ℣. 10. יִגֳּפֶנּוּ *Jiggophennu* Percuſſerit eum, 1. Sam. 26. ℣. 11. כֻּתֳּנוֹת *Kyttonoth* Tunicæ, Exod. 28. 40. שִׁבֳּלִים *Schibbolim*, Spicæ, Geneſ. 41. ℣. 5. Et hîc eſt יִקֳּבֶנּוּ compendiosè pro יִקְקְבֶנּוּ.

Ex hac ergo contractione eſt Regula: *Scheva poſt vocalem brevem ſub litera dageſſata, vocale eſt.* Nam prius quieſcens ſublatum eſt, & vocale relictum, ut ex præcedentibus exemplis apparet.

Poſt vocales longas rariſſimè Dageſch forte eſt, & impropriè. Nam in longis vocalibus ſonus integer ſyllabæ abſolvitur, quod non fit cum Dageſch. Poſt Kametz longum rarũ eſt Dageſch, veluti, יָמָּה *Jamma*,

Chateph-ſægol & antecedens Sægol contrahuntur aliquando in Tzere: Chatephpathach cum ſuo Pathach, in unum Pathach: ut, לֵאמֹר *Lemór* pro לֵאֱמֹר. Talia ſunt בֵּאלֹהִים *Be-lo-him*, לֵאלֹהִים *Le-lo-him*, כֵּאלֹהִים *Ke-lo-him*, וֵאלֹהִים *Ve-lo-him*. Chateph-pathach, בַּאדֹנָי *Ba-do-nai*, pro בַּאֲדֹנָי. Sic וַאדֹנָי *Va-do-nai*, לַאדֹנָי *La-do-nai*.

Secundò, Scheva compoſitum aliquando reſolvitur in vocales ſuas ſimplices, manente interea ſub litera præcedenti eâ vocali, quam quælibet iſtarum requirebat. Fit hoc vel *ſimpliciter* vel *neceſſariò*. Simpliciter, quando ſoli euphoniæ conſulitur: ut, נֶאְשָׁם *Ne-ſcham*, pro נֶאֱשָׁם. Sic יֶהְגֶּה *Je-geh*, נַחְבֵּאתָ *Nach-be-ta*, תַּעְדִּי *Tah-di*. Neceſſariò, quando Scheva ſimplex ſequitur. Sic reſolvuntur promiſcuè, nunc in Scheva, nunc in ſuam brevem, quòd duæ breviſſimę continuò legi nunquam poſſint: ut, נֶאֶרְבָה *Ne-er-va*, תַּהַרְגוּ *Ta-har-gu*, מָאָסְכֶם *Mo-os-chem*, פָּעָלְכֶם *Po-ol-chem*, יֶאְשְׁמוּ *Je-ſchemu*, יַחְשְׁבוּ *Jach-ſcheva*.

Tertiò, Scheva compoſitum quandoque aliis, quàm gutturalibus ſubjectum reperitur, euphoniæ causâ. *Chatephpathach*, וּזֲהַב *U-ſahaf*, Et aurum, Geneſ. 2. ℣. 12. וּשֲׁמַע Et audi, Num. 23. 22. אֵרְדָה *Deſcendam*, Gen. 18. 21. וַיְבָרֲכוּ, & ſic ſæpiſſimè. *Quidam ſcribunt, ſic etiam literæ geminatæ competere; at hoc ut neceſſe non eſt, ita quoq; in exemplaribus non reperitur. Aliquando tamen id factitatum obſervare licet, ad dilatandam literæ illius pronuntiationem: ut,* צָלֲלוּ Profundum petierunt, Exod. 15. 10. רִבֲבוֹת *Myriades*, Num. 10. 36. כָּלֲלוּ *Perfecerunt*, Ezech. 27. 4. וַיְמָרֲרֻהוּ *Et amaritudine affecerunt eum*, Geneſ. 49. 23. *Chatephſægol* in nomine יֱהֹוִה. Sed hoc factum, quia iſta puncta non ſunt hujus vocabuli, ſed nominis אֱלֹהִים, quod pro eo legitur. *Chatephkametz*, אֶשְׁקֳטָה *Eſch-kota* Quieſcam,

Jeſa.

Ecce ego, legitur *hinneni*. In fine vocis tam unicum quàm geminum quiescit: ut, בָּרַךְ *Berach*: שָׁאַלְתְּ *Schaált*: וַיֵּרְדְּ *Vajérd*: קֹשְׁטְ *Koscht*: וַיַּשְׁקְ *Vajaschk*. *In his autem Scheva quiescens esse, etiam quando ultima est dagessata, docet*, primò *Dagesch lene in principio sequentis dictionis, quod post Scheva quiescens adhiberi solet: ut*, וְיָלַדְתְּ בֵּן Et paries filium, Jud. 13. ℣. 3. Secundò, *Scheva sive simplex, sive compositum sequens: quia sic tria Scheva aliquando concurrerent, & duo forent mobilia; ut*, יַפְתְּ אֱלֹהִים Dilatet Deus, Genes. 9. vers. 27. וְלָקַחְתְּ בְּיָדֵךְ Et accipies in manu tuâ, 1. Reg. 14. ℣. 3. Tertiò, *quòd Scheva mobile suam consonam semper adjicit sequenti vocali in eandem syllabam. Id autem in fine dictionis facere nequit. Unde non est vocale, sed quiescens.* Quartò, *quia hujusmodi voces aliquando in pausam incidunt, tam in medio, quàm in fine sententiæ:* ut; וַיֵּבְךְּ *Et flevit, Genes.* 45. 14. וַתֵּבְךְּ *Genes.* 21. *v.* 16.

Scheva compositum, literarum gutturalium proprium est loco Scheva-simplicis, & suam consonam sequenti jungit, eadem quantitate quâ ipsum Scheva simplex: ut, הֲבוּ *Havú*, אֱדוֹמִי *Edo-mí*, חֳלִי *Cholí*: pariter in media dictione, אוֹהֲבִים *O-havim.* Sic literæ præcedenti eandem vocalem brevem, quam sub se habent compositam, subjiciunt, quod vulgò dicunt: *Litera gutturalis punctat se, & præcedentem:* ut, הַעֲבַרְתָּ *Ha-avar-ta*, הֶאֱרִיכוּ *He-eri-chu*, הָעֳמַדְתָּ *Ho-omad-ta*, אָהֳלוֹ *O-holo*, מָעֳמָד *Mo-homad.* Hoc usu Kametz-chatuph semper per nudum Kametz scribitur, quod ex præcedenti regula per O breve legendum. Analogia tamen Grammatica sæpè aliam vocalem ante Scheva compositum postulat, ut ex varia vocum flexione in progressu Grammaticæ patebit.

Anomalia Scheva compositi *triplex* hîc occurrit: *primò*,

rapidissimo adjungit literæ sequenti, ut, פְּרִי *Perí*, יְבָרְכוּ *Jeva-rechú*, בְּרְכוּ *Be-rechú*, רִיבְךָ *ri-vechá*, רוֹמְמוּ *ro-memú*, יְשׁוּפְךָ *Jeschu-phechá*: Hæc connexio ita rapida & arcta est, ut divulsionem aliquam non admittat, multò minus Scheva illud per se unquam syllabam distinctam constituat. *Tale E brevissimum, animadvertitur à principio in Germanicis* gefahr / geschrifft / geschriben / gefallen / *& similibus: item* befohlen / bezahlen / betrug / *& ejus generis aliis, quæ rapidè efferuntur,* gfahr / gschrift / *&c.*

Geminum Scheva ab initio vocis nunquam consistit. Quod si tamen ex analogia vocis concurrant, tunc prius mutatur in Chirek, aut in Pathach vel Sægol propter gutturalem vel ר. Quando autem analogia vocis id requirat, id passim per totam artem proponitur: vide cap. 13. ad Imperativum & Futurum. Si alterum Scheva sub ׳ fuerit, tollitur: ut בִּימֵי *Bimé* pro בְּיְמֵי. Sic מִימִין *Mimín*, לִיהוּדָה *Lihudá*.

Scheva mutum post vocalem brevem suam consonam connectit præcedenti: ut, הִפְקַדְתִּי *Hiphkad-tí*: יִשְׁמָרְךָ *Jischmorchá*: בְּחֶמְלָתוֹ *Be-chem-la-thó*: צִיּוֹן *Tzyon*: תַּחְתִּיָּה *Tach-ti-jah*, ubi punctum in Jod Mappik est, & docet, literam istam esse proferendam, quæ sine eo quiesceret. צִדְקָתָהּ *Tzid-ka-thah*, ubi ה in fine propter insertum Mappik similiter efferendum, quod aliâs planè quiesceret. *Judæi tamen hujusmodi* ה *non efferunt, sed legunt hîc* Tzidkatá. At verò Scheva post vocalem brevem sæpè mobile est, de quo mox in usu Dagesch; & cap. 5. Regulâ 3. de Metheg.

Gemini in media voce Scheva prius semper mutum est, ut suprà dictum, alterum vocale: ut, יִשְׁמְרוּ *Jisch-merú*. Excipiunt nonnulli, quando prius est sub litera geminatâ, ut הַלְלִי *Lauda*, legitur *halelí*: Item הִנְנִי

Ecce

Primò, literæ ultimæ vocum mobiles, rarò cum Scheva notantur; exceptis ך & ת, quibus adſcribitur, quia eſt ſignum perſonæ ſecundæ fœmininæ: ut, בִּנְךָ *Filius tuus:* הָלַכְתְּ &c. Cùm non habent, habere intelliguntur. Semper autem vocali propriâ deſtitutæ, adjunguntur præcedenti: ut מֶלֶךְ *Meléch*, קוֹלָם *Kolám*, שָׂמַח *Samách*: קוֹיִם *Kóvim*, ubi punctum Cholem, non ad ו ſed ad ק pertinet, quia litera ו propriam vocalem ſubjectam habet, cum qua effertur.

ח & ע in fine vocis poſt Tzere, Chirek longum, Cholem & Schurek, ſæpè ad faciliorem & commodiorem ſui pronunciationem, ſub ſe aſſumunt Pathach, quod ante eas rapidè, & quaſi furtim pronunciandum, unde Hebræi illud vocant *Pathách genubhá*, id eſt, Pathach furtim aſcitũ: ut, שָׂמֵחַ *Saméach*: מָשִׁיחַ *Maſchíach*: יוֹשִׁיעַ *Joſchíah*: רוּחַ *Rúach*: יָדוּעַ *Jadúah*: יָשׁוֹחַ *Jaſchóach*.

הּ cum Mappik, hanc rationem quandoque imitatur, & tùm paulò lenius, quàm ח efferendum eſt: ut מַגְבִּיהַּ *Magbíah*, גָּבֹהַּ *Gabóah*.

Secundò literæ quieſcentes ſemper adhærent præcedenti: ut, בָּרָא *Bará*: קוֹרֵא *Koré*: נָבִיא *Na-ví*, מֹשֶׁה *Moſché*, ubi etiam punctum literæ ש ſimul pro Cholem ponitur, quia litera præcedens vocali aliâ caret: שֹׂחֶה *Sothé*, ubi punctum literæ שׂ, ſimul vocalem Cholem exhibet, quia ipſa litera vocali aliâ deſtituitur: שֹׂנֵה *Schone*, ubi poſterius punctum Cholem eſt: רֹאשִׁי *Roſchí*, ubi Cholem pertinet ad ר, literâ א quieſcente: צָרַי *Tzare*, cum י in fine quieſcente.

Tertiò, duæ vel tres conſonæ in unam ſyllabam connectuntur per *Scheva*, tam *Simplex*, quàm *Compoſitum*: Simplex tam *vocale*, quàm *mutum*.

Scheva ſimplex, & id vocale, ſuam conſonam ſono

rapi-

בגד כפרת *Begad kephat* aſpirationem etiam tollit, ut ipſum Dageſch lene. Eſt in illis forte, quandocunque non præcedit Scheva quieſcens: tunc enim lene eſt.

Quatuor gutturales אחהע & ר illud nunquam recipiunt: illæ quidem, quia ſpiritus in ipſis literis gradatim creſcit & augmentum capit: hæc propter ſtridorem & aſperitatem ſuam, quæ intenſione opus non habet. In excluſi autem Dageſch indicium & complementum, præcedens vocalis brevis plerunque in longam convertitur, ut ampliùs cap. ſeq. videbitur. Eſt & Dageſch fortis quædam ſpecies, quæ primam vocis literam occupat, de qua vide cap. 5.

Mappik eſt punctum, quod literæ ה & י inſcriptum, docet eas eſſe pronunciandas, quæ ſine eo quieſcerent. Fit hoc in litera ה in fine dictionis, in litera י in media voce poſt Chirek, ut cap. ſeq. fuſiùs declarabitur.

CAPUT IV.

De Syllaba & legendi ratione.

SYLLABA eſt conſonæ & vocalis in unum ſonum conjunctio. Hinc Hebræis dicitur קוֹל *Sonus*. Conſona ſyllabam ſemper inchoat, à dextera verſus ſiniſtram.

Syllaba eſt *Simplex* vel *Compoſita*.

Simplex eſt, quæ ex una conſona, & una vocali conſtat: ut, אֵלִי *E-li*, גָּלוּ *Ga-lú*, הָיִיתִי *Ha-ji-thi*, רִיבוֹתָ *Ri-vó-tha*: רִיבְךָ *Ri-vé-cha*: אֹתוֹ *O-thó*: שׁוּבוּ *Schú-vu*. Fit etiam interdum ex vocalibus brevibus, Pathach, Sægol, Chirek & Kibbutz, ut in ſequentibus patebit.

Syllaba compoſita eſt, quæ ex pluribus conſonis cum vocali conjunctis conſtat. Conjunctio iſta fit diverſimodè.

Primò,

tiquitate, & Authentia, potest, qui volet, adire peculiarem nostrum de illis Tractatum. Ibidem etiam cap. 14. docetur, quo sensu quidam Hebræorum Grammatici septem duntaxat numerent Vocales, & alia, de Nominibus & appellationibus illarum.

CAPUT III.

De Dages & Mappik.

VENTRI literarum inscribitur punctum, pronunciationi ipsarum inserviens, diciturque vel *Dagesch* vel *Mappik*.

Dagesch duplex est: *Lene* vel *Forte*.

Dagesch lene est, quod sex literas aspiratas בגד כפת facit tenues, aspirationem ab iis tollendo: ut בּ b, גּ g, דּ d, כּ k, פּ p, תּ t. Fit hoc communiter, *primò* ab initio dictionis, quandocunque præcedens dictio terminatur consonâ mobili; si verò literâ quiescente aut vocali longâ, tunc manent aspiratæ: *secundò* in media dictione post Scheva quiescens. Exempla vide capite quinto, & ibidem utriusque modi exceptiones. *Vulgò hæ sex literæ vocantur* Literæ Begadkephat, *memoriæ causâ. Olim autem, quando aspiratæ essent, scribebatur super illas virgula transversa, quam* Raphe *dicebant, ut* בֿ, *& indicabat lenem sive aspiratam ipsarum lectionem. Nam* Raphe *idem quod* Lene, Remissum. *Vestigia ejus, sed irregularia, videntur adhuc Exod. 20. v. 9. 13. 14. 15. de quibus infrà cap. 5. Aliâs omninò inusitata in libris Hebraicis: at in Hebræo-Germanicis, id est, linguâ Germanicâ, sed charactere Hebræo scriptis, genuina, immò necessaria semper.*

Dagesch forte est, quod literam pronunciatione geminat. Fit hoc post longas vocales rariùs, post breves frequenter, post brevissimas nunquam. A' literis

בגד כפת

Mutum & *Quieſcens*, omnibusq; literis convenit, quamquam cum א & ה rariſſimum ſit.

Compoſita eſt, quæ conſtat ex Scheva & vocali brevi, unde Scheva compoſitum dicitur: Eſtque triplex:

Chateph pathach	אֲ	A
Chateph ſægol	אֱ	E
Chateph kametz	אֳ	O

Chateph pathach, id eſt, raptum ſive correptum pathach, ex brevi brevius factum, & ſic reliquæ.

Chateph kametz abſque duobus punctis nunquam ſcribitur, & ſic à Kametz chatuph cum duobus punctis notato, figurâ non differt, ſed uſu, ut capite 4. & 5. videbitur.

Quantitas ſoni, ut ipſius Scheva, breviſſima eſt, ſed qualitas vocalium brevium.

Literarum gutturalium propriæ ſunt, & loco Scheva ipſis ſubjiciuntur: impropriè & irregulariter aliis literis adhibentur, quibus Scheva ſimplex ſufficere poterat.

Poſt Scheva compoſitum nunquam venit Scheva ſimplex. Quod ſi tamen id analogia requirat, tum Scheva compoſitum reſolvitur in vocales ſuas ſimplices, ut cap. 4. videbitur.

Diphthongus eſt duarum vocalium ſonus in unum conflatus. Hanc tamen duæ puræ vocales in lingua Hebræa non conſtituunt, ſed literæ ו & י, quando cum præcedente vocali videntur in fine vocis in unam ſyllabam ſic coire, ut duæ vocales in diphthongo. Unde Grammatici ex ו ponunt diphthongos ָו, ַו *Au*, ֵו *Eu*, ִיו *Iu*. Ex ָי, ַי, ֵי, *Ai*, וֹי *Oi*, וּי *Ui*. Quidam etiam alias quasdam ponunt, ſed ſine ratione. Vide cap. 4.

De Punctorum horum Vocalium, & Accentuum Origine, Antiquitate,

Kametz chatuph *etiam nominatur* Kametz chateph: *&* Kibbutz *quandoq;* Schurek, *ut Lev.* 19. 20. *in Ab. Esra.*

Pathach & Sægol propter gutturales literas sæpissimè inter se permutantur, & sæpè loco Chirek ipsis subjiciuntur.

Kametz chatuph & Schurek euphoniæ gratiâ sæpissimè in Kibbutz convertuntur: Cholem autem vel in Kametz chatuph vel Kibbutz.

Kametz longum & Kametz chatuph figurâ sæpè nihil differunt, hoc est, Kametz chatuph sine duobus punctis, sæpè cum Kametz longo eandem figuram habet, sed differentia cap. 4. & 5. explicabitur.

Quomodo *Chirek breve* à *Chirek longo*, à quo Jod abjectum, distinguendum sit, analogia flexionis & derivationis in progressu Grammaticæ docebit.

Literæ אהוי propriâ vocali destitutæ, post longas, & breves quasdam vocales, quiescentes fiunt: post longas propriè, impropriè post breves, & quidem אוי in medio & fine vocis: ה in fine tantùm, ut capite 4. videbitur.

Vocalis impropria est, quæ non semper vocalis est, aut non omnium literarum, & habet sonum brevissimum, unde & *Brevissima vocalis* dicitur, quibusdam appellatur Semivocalis: Estque *Simplex* vel *Composita*.

Simplex, figuræ simplicis est, & dicitur *Scheva*, ac duobus punctis rectis literæ subjicitur, hoc modo (אְ) valetque E brevissimum. Hoc usu vocatur *Scheva mobile*, & *vocale*, & litteris gutturalibus nunquam adhibetur. At non semper vocale est, & id *primò*, In media dictione post vocalem brevem: *secundò* Post vocalem longam accentu tonico notatam; *tertiò* In fine dictionis, etiam geminum. Hoc modo dicitur ἄφωνον,

Mutum

tur. Sæpißimè etiam vitio typographico invenitur וֹ *pro* וֹ, *hoc est, punctum ad dexteram literæ* ו *sæpè positum est, cùm deberet incumbere sinistræ. Id factum deprehenditur, quando præcedens litera propriam vocalem adjunctam habet, cum qua ea pronunciatur: tunc enim punctum Cholem literæ* ו *vocalis est, & post eam, nempe ad sinistram, & poni & legi debet. Deinde non rarò Cholem per puncta literæ* שׁ *&* שׂ *designatur, ita ut punctum illud & literam & vocalem istam simul connotet. Et quidem punctum dexterum literæ* שׁ *pro vocali ponitur, si præcedens litera vocali propriâ careat: sinistrum literæ* שׂ, *si sequens litera propriam vocalem adjunctam habeat, aut ipsummet* שׂ *aliâ vocali destituatur. Hinc dignosci facilè poterit, quæ sit ratio utriusq; puncti eidem literæ simul impositi, hoc modo,* שׁׂ, *quorum alterutrum pro Cholem legendum, juxta præcedentem doctrinam. Exempla erunt cap. 4.*

Schurek *signatur per punctum in ventre literæ Vau. Attamen non semper vocalem notat, sed si Vau tale vocalem brevem ante se habeat, tunc punctum illud non est Schurek, sed geminandæ literæ nota, ut capite 4. videbitur.*

Vocalis brevis est, quæ habet sonum correptum, sive simplicis temporis: estque itidem *Quintuplex:*

Nomen	*Figura*		*Pronunciatio.*
Pathach	אַ	A	*clarum & purum.*
Sægol	אֶ	E	*obscurum, quasi ex A mixtum.*
Chirek	אִ	I	*correptum.*
Kametz chatuph	אָ אֳ	O	*correptum.*
Kibbutz	אֻ	Y	*υ Græcorum.*

Pathach *ab Hebræis vulgò vocatur etiam* Pathach gadol, *Pathach magnum, à latiore sono.*

Sægol *vulgò Rabbinis dicitur etiam* Pathach katon, *Pathach parvum, ab exiliore sono, ut apud Aben Esram, Genes. 11. 1.*

Kametz

CAPUT II.

De Vocalibus & Diphthongis.

VOCALIS est quæ per se sonum edit: estq; *Propria* vel *Impropria*.

Propria, quæ semper vocalis est: eaque *Longa* aut *Brevis*.

Vocalis longa, quæ habet sonum productum, sive duplicis temporis: estque *quintuplex*:

Nomen	*Figura*	*Pronunciatio.*
Kametz	אָ	A *obscurum, mixtum cum O.*
Tzere	אֵ	E *clarum & siccum.*
Chirek longum	אִי	I *productum.*
Cholem	אוֹ אֹ	O *productum.*
Schurek	אוּ	U *quale* ου *Græcorum.*

Kametz *Hebræorum Grammatici communiter vocant* Kametz gadol, *i. e. magnum, vel* Kametz rachaf, *h. e. latum.*

Tzere *vocant etiam* Kametz katon, *id est, parvum, interdum simpliciter* Kametz, *quod Masorethis familiare.*

Chirek longum, *vel* Chirek cum Jod.

א *Singulis adjicitur, ut situs vocalium ostendatur.*

י & ו *consonarum naturam hîc exuunt, & quasi in vocales degenerant, qualis apud Latinos ipsarum usus est, & ut apud Græcos vocalis jota in* ὑιὸς Filius, *& in peregrinis vocibus* ἰακώϐ Jaçob, *& similibus, consonæ naturam habet.*

י *à Chirek non rarò abjicitur, quod analogia vocum in progressu docebit.*

Cholem *sæpissimè supra literam* ו *notatur, hoc modo* וֹ, *unde nomen* Vau Cholem *enatum est. Semper autem Cholem illud præcedentis literæ vocalis est: unde si hoc* ו *propriam vocalem subjectam non habeat, tunc quiescit: si verò habeat, pronuncia-*

A 5

tharum, quæ fini librorum Biblicorum subjiciuntur, ad indicandum numerum versuum: ut Libri primi Mosis versus sunt אך'ל'ד *id est*, 1534. *Etiam ante literam non centenariam: ut* א'ע *id est*, 1070, *quot sunt versus libri Job. Cæterùm Rabbini literas numerales plures, duabus virgulis supernè notare solent, unam unicâ, ut in Abbreviaturis nostris diximus.*

Nostri Grammatici alias communiter literarum divisiones proponunt, ex quibus placet Petri Martinii subjicere, quæ talis:

Consona duplex est, Semivocalis *aut* Muta.

Semivocalis est, quæ sonum per se, tanquam vocalis, dimidium efficit: estq; Acuta *vel* Obtusa.

Acuta dentibus linguâ pulsatis effertur, & est quadruplex, ש ר ס ל.

Obtusa, labiis profertur: quæ itidem quadruplex נ מ י ו.

Muta consona est, quæ sola, conatum quendam duntaxat mutit: estq; Tenuis *vel* Aspirata.

Tenuis leniter mutit: estq; Aperta *aut* Clausa.

Aperta fit labiis apertis: ea Dentium *est aut* Palati.

Dentium triplex est, ת ט ד. *Ex his literis & Samech, duo literarum compendia extitêre*, ז צ.

Palati triplex *est*, ג כ ק.

Muta clausa, fit labiis compressis: estq; duplex, פ, ב. *E mutis sex tenues aspirationem istam interdum accipiunt, & tum sic notantur*, בגד כפת.

Aspirata spirat è gutture: estq; Lenis *vel* Densa.

Lenis molliùs spirat: estq; duplex, ה, א.

Densa aspiratio crassior est: itidem duplex, ע, ח.

Cæterùm, *Utrum figura literarum Biblica hodierna, eadem sit quam Moses in Tabulis accepit, & antè etiam in populo Hebræo usurpata?* ea de re videri potest peculiaris nostra, ea de re, Dissertatio.

CAP.

Porrò quatuor literæ אהוי (vulgò *Ehevi* vel יהוא *Jehu*, memoriæ causâ dictæ) ſine vocali in voce poſitæ, valorem omnem in pronunciando amittunt, & ocioſæ, quoad pronunciationem, in voce exiſtunt, quod Hebræi vocant *Quieſcere*, unde tum *Quieſcentes literæ* appellantur. *Contrariâ metaphorâ* Moveri *eſt Pronunciari, &* Conſonâ mobilis, *quæ pronunciatur.*

Eſt & literarum Alphabethi *poteſtas Numeralis*, ut capitum Biblicorum & Pſalmorum diſtinctiones oſtendunt. Hoc uſu dividuntur in tres claſſes, quarum prima continet numeros *monadicos*, altera *denarios*, tertia *centenarios*, & novenis figuris ſingulæ abſolvuntur: ut,

9	8	7	6	5	4	3	2	1	*Monadici*
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א	
90	80	70	60	50	40	30	20	10	*Denarii*
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י	
900.	800.	700.	600.	500.	400.	300.	200.	100	*Centenarii*
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק	

Ultra decem, conjungunt monadicum & denarium, majore ſemper præcedente: ut, יא 11, יב 12, כא 21, לב 32, מג 43, *& ſic deinceps. Pro* 15. *ponunt* טו, 9. *&* 6. *non* יה, *quæ literæ cùm ſacrum nomen Dei conſtituant, in uſu numerandi profanari non debuerunt. Ultra centum,* קא 101, קב 102, קג 103, *& cæt. Millenarius ſi ſit exprimendus, regreſſus fit ad Monadicos, qui centenario præpoſiti, tot millia ſignificant, quot in ſe unitates continent, ut apud Latinos. Hoc tamen rariſſimè in Hebræorum ſcriptis reperias, ſed ferè ſemper* Mille, *voce integrâ* אלף Eleph, *dicunt, & Duo millia* אלפיים Alphajim: *Plura millia,* אלפים Alaphim, *cui voci literas numerales præmittunt, quot ſcilicet millia ſignificare volunt.* א *pro Mille reperitur in Notis Maſore-*

Latini, Arabia, Emmanuel, *quæ omnia ab* ע *incipiunt. Interdum per suum γ expresserunt, quod videretur cum eo aliquid commune habere, ut in γάζα, γεβάλ, γομόῤῥα, & similibus. Absurda autem planè est pronuntiatio per γν. Judæi hodierni per* א *efferunt, & sic duos spiritus confundunt. Atqui diversæ literarum figuræ, diversæ potestatis indices sunt. Hos tamen præstat imitari, quàm per* Gn *cum quibusdam efferre.*

Observant Hebræi ח & ע *nullibi conjunctim reperiri, quàm in Nomine proprio* יַרְחָע, 1. Chron. 2. 34.

Linguæ sive Linguales, quæ linguâ ad radices superiorum dentium affixâ, & inde ad inferiores relabente, proferuntur, ut דטלנת, vulgò *Datlanath.*

Palati sive Palatinæ, quæ aëre ad palatum oris protruso, enunciantur, ut גיכק *Gichak.*

Dentium sive Dentales, quæ dentibus anterioribus, linguâ pulsatis, efferuntur, ut זסצרש, vulgò זסשרץ *Sasscheratz. Litera* ז *Hebræis valet* S *lenissimum, ut* S *Latinis inter duas vocales, veluti; Casu, Occisus. Unde risui Judæis, quando Christiani in Psalmis legunt* Mitzmor. *Quod alii per* z *ejus potestatem notant, fit quod* ζ *Græcorum ipsi in ordine respondet. Hinc Paulus Fagius in Com. in Paraphrasin Chaldaicam Num. 6. putat, rectiùs scribi Nasaræus quàm Nazaræus.*

Labiorum sive Labiales, quę è labiis compressis erumpunt, ut בומף vulgò *Bumaph.*

Hujus distinctionis usus insignis est, quòd *Literæ homogeneæ sive unius organi facilè inter se permutantur*, quod Hebræi dicunt, כל האותיות שמוצאיהם ממקום אחד מתחלפות, R. Salom. Levit. 19. 16. Hoc principio, ex affinitate pronunciationis nato, infinitæ voces & inter se commutatæ, & in alias atque alias linguas traductæ sunt. Exemplis id demonstrare, nimis foret prolixum. Ex Lexicis ea peti, & observari possunt.

Porrò

Ad Orthographiam quoq; spectat, ut nullæ literæ connectantur, tum etiam nulla vox in fine dividatur; lineæ etiam scripturæ parallélum spacium constituant; præter ׳, quæ, minima omniū literarum, infrà relinquit spacium, & ל, quæ sursum excedit, item ק, & quatuor finales longæ, quæ deorsum decurrunt. Attamen hæ duæ, א & ל*, quandoq; in unam figuram contrahuntur, quod in Rabbinorum scriptis frequenter, in Textu sacro raró fit. In Manuscriptis etiam libris, seu epistolis, literâ currente, alias quoq; literas sæpè connectunt, maximè Hispani, & Orientales.*

Pronunciatio literarum, ipsarum prosodia est, id est, potestas & valor in pronunciando. Hac ratione in *quinque* classes ab Hebræis Grammaticis distinguuntur, secundum quinque præcipua organa, quæ natura cuique sono distinctè efferendo destinavit, nempe in Literas *Gutturis, Linguæ, Palati, Dentium, & Labiorum.*

Gutturis sive Gutturales sunt, quæ spiritu in gutture formato efferuntur: suntque quatuor, אהחע.

א Spiritus lenis & simplex est, ex imo gutture exiens, & nudo vocalis sono nihil præterea addens.

ה Spiritus asper est, cum conatu è gutture expressus. Interdum tamen hæ duæ literæ spiritus vim amittunt, ut mox dicetur.

ח Spiritus asperior est, in medio gutture coarctatus, & ad cœlum palati illisus. *Hic cùm Græcis interpretibus visus fuisset cum* כ *aspirato colludere, sæpè eum expresserunt per suum* χ, *ut in* χάῤῥαν ῥάχαβ *& similibus.*

ע Spiritus asperrimus, adminiculo summi gutturis & narium efferendus. Duo enim ista naturalia sunt spirandi in sermone organa. *Græci sæpiùs hunc omiserunt, tanquam sibi incognitum, & pronunciatu difficillimum, ac nudam vocalem pro eo posuerunt, unde* ἀδδα Ada, *uxor Lamech,* ἔβερ Eber, ἠσαῦ Esau, οὐθαί Uthai, ὤγ Og. *Sic*

râ infrà apertâ, dicitur *Mem apertum*; à clausa, *Clausum*, vel *quadratum*. A fine vocis, omnes vocantur *Finales. Hæ quinq; Hebræis scriptoribus memoriæ causâ aliter dispositæ, nominantur* מנצפך Menatzpach, *vel* Mantzpach. *Attamen* מ *apertum semel legitur in fine vocis, Neh. 2. ℣. 13. & ם clausum in medio Jesa. 9. ℣. 7. Hæ quinq; finales, cum omnibus Alphabethi literis, conjunctim in duobus versibus extant, Ezech. 38. ℣. 12. & Soph. 3. ℣. 8.*

Quatuor latiùs diduci solent in transversum, hoc modo, ת ם ה א tum decoris causâ, tum ad complementum lineæ, quæ voce divisâ nunquam finiri solet. In quibusdam libris etiam ל & ר sic diducuntur.

Figuræ literarum affines, tum qualitate, *tum* quantitate *discernuntur.* Qualitate, *cùm anguli, in quibusdam magis recti, in aliis obtusiores sunt, veluti in* ב & כ, *item* ד & ר, *item* ם & ס. Quantitate, *ut linearum longitudine vel deorsum, ut in* ך & ד, *item* ן & ו: *vel transversim, ut in* ב & נ.

Orthographia literarum, est recta, vera, commoda & decora figuræ cujusque scriptio. *Huc requiritur, ut cuspis calami scriptorii, non sit æqualiter præcisa, sed parte sinistrâ, quæ in scribendo versus pollicem est, sit brevior. Modus & motus à dextra est versus sinistram. Ut enim leguntur (leguntur autem à dextra sinistrorsum) sic quoq; scribuntur. Etsi autem quædam ipsarum virgulæ rectæ aut transversæ à sinistra inchoatæ, versus dexteram ducuntur, tamen ultima literæ perfectio versus sinistram fit & fieri debet. Ad decorem & elegantiam scripturæ pertinet, ut virgulæ superiores & inferiores, rectæ vel transversæ, sint pinguiores vel latiores lateralibus, quæ macrescunt & extenuantur. Punctum etiam, quod quibusdam virgulis principium & finem dat, debet esse crassius, & quadratum imitari. Hæc singula commodè præstabit calamus sic aptatus, ut dictum.*

Ad Or-

Masora, id est, Notis criticis Bibliorum magnorum. At in Venetis ibi triplex error est, qui correctus in editione Basileensi. Ordo autem in illis locis reperitur interdum Turbatus, *literâ unâ & alterâ transpositâ, ut* פ *&* ע *Thren.* 2. 3. *&* 4. *vel cùm litera principalis non est in initio versus, ut Psal.* 25. 2. *vel interjecto alio versu, ut Psal.* 37. *vel cùm duæ literæ unico versu comprehenduntur, aut etiam tres, ut Psal.* 111. *&* 112. Mancus, *quando una vel altera litera deest, ut* ו *&* ק, *Psal.* 25. ו *Ps.* 34. נ *Ps.*145.

ש Sin *propriè Hebræa litera non est, sed irreptitia pro* ס *Samech. Sic Ephratæi corruptè pronunciarunt* Sibboleth *pro* Schibboleth, *quo symbolo proditi, occisi sunt ex ipsis quadraginta duo millia. Vide Jud.* 12.

Nominum literarum Alphabeti etymologia, quam vulgò afferunt, partim incerta vel nulla est, partim non multùm ad accuratiorem ipsarum cognitionem facit, unde eam omittimus.

Figura *triplex proponitur:* Prima *Biblica est, quâ textus Scripturæ sacræ Veteris Testamenti exprimi solet.* Secunda *tenuior & rotundior, ad celeritatem scribendi magis accommodata, Commentariis & aliis quibuslibet libris inserviens, ab Hispanis & Italis Judæis usurpata.* Tertia *crassior & invenustior, tum in Germanicis libris, tum Hebraicis manuscriptis usitata, & est præcipuè Judæorum Germanorum.*

Figura quinque literarum duplex est: nempe

צץ	פף	נן	מם	כך	Bibl.
צץ	פף	נן	מם	כך	Ital.
צץ	פף	נן	מם	כך	Germ.

Prior ad dexteram in principio & medio vocis scribitur: posterior in fine vocis tantùm, & à figura & loco nomen aliud accipit. Quatuor â figura curva vocantur *Curvæ*; à Longa, *Longæ* vel *Extensæ*. Mem à figu

Nomen	*Figura*			*Pronunciatio*	
Aleph	א	א	א	(')	*Spiritus tenuis ſive lenis.*
Beth	ב	ב	ב	bh	*lenioris ſoni quàm* ו.
Gimel	ג	ג	ג	gh	*Hi ſoni Germanis incogniti.*
Daleth	ד	ד	ד	dh	
He	ה	ה	ה	h	*Spiritus aſper primus.*
Vau	ו	ו	ו	v	*Conſona fortior quàm* ב;
Sajin	ז	ז	ז	ſ	*leniſſima, non z.*
Heth	ח	ח	ח	ḣ	*Spiritus aſperior.*
Teth	ט	ט	ט	t	
Joth	י	י	י	j	*conſona.*
Caph	כ	כ	כ	ch	*χ Græcorum.*
Lamed	ל	ל	ל	l	
Mem	מ	מ	מ	m	
Nun	נ	נ	נ	n	
Samech	ס	ס	ס	ſ	*acutum.*
Hajin	ע	ע	ע	h	*Spiritus aſperrimus.*
Pe	פ	פ	פ	ph	*φ Græcorum.*
Zade	צ	צ	צ	tz	
Koph	ק	ק	ק	k	*κ Græcorum.*
Reſch	ר	ר	ר	r	
Schin	שׁ	ש	ש	ſc	*vel χ aut Sch Germanorum.*
Sin	שׂ			ſ	*acutum ut Samech.*
Thau	ת	ת	ת	th	*θ Græcorum.*

Ordo & Numerus *literarum, comprobatur aliquot Pſalmis, & aliis locis Biblicis, maximè verò Pſalm.* 119. *Proverbiorum cap. ultimo, Threnorum capite primo. Sunt autem viginti ſex verſus in Bibliis, qui ſinguli omnes Alphabethi literas continent, & enumerantur Ezech.* 38. *ad verſ.* 12. *in Maſora,*

JOHANNIS BUXTORFI

THESAURI GRAMMATICI

Linguæ Sanctæ Hebrææ

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

DE LITERIS.

GRAMMATICA est ars benè loquendi, Hebræis Hebraicè. Hebr. vocatur דִּקְדּוּק.

Partes ejus duæ sunt, *Etymologia* & *Syntaxis*.

Etymologia est prima pars Grammaticæ, quæ *vocum singularum* proprietates explicat.

Vox est nota, quâ unumquodque distinctè vocatur: fitque è *Syllaba*, unâ vel pluribus.

Syllaba est sonus vocis integer: ejus partes sunt *Litera* & *Vocalis*.

Litera est, quæ cum vocali sonum integrum edit, unde & *Consona* dicitur. Hebræis אוֹת *Signum*.

Literæ sunt viginti duæ, quæ sequenti *Ordine*, *Nominibus*, *Figurâ* & *Pronunciatione* sic describuntur:

det. Sic beatum sit inclytum Belgium fide purâ, religione syncerâ, prosperum sit almâ pace: crescat tranquillitate: floreat prudentiâ: celebretur eruditarum literarum cultu in perpetuum. Scripsi Basileæ, mense Martio, Anno Christi

M DC IX.

JOHANNIS

cinio eam approbaveritis. Neq; hoc tantùm efficietur, sed & studium meum mirificè acuetis, ut tanto alacriore animo ea quoq; expediam, quibus in quælibet Hebræorum scripta, via publica sternatur, & præsidium commune ad ea intelligenda comparetur.

Deniq; cùm illustrissimum Belgii lumen & heros incomparabilis, Josephus Scaliger, *(ô quæ profusissimæ lachrymæ tantum literarum decus, tantam prudentiæ affluentiam, morte in uno illo exstinctam, satis dignè unquam deflere possunt!) ad hanc Hebraismi restaurationem, me pro illustri sua humanitate cohortatus sit, debui tanti herois Judicium magnifacere. Cùm ergo ex Vestro Belgio ad has res mihi animus additus sit, & voluntas in effectum deduci cœperit, magnum operæ pretium futurum speravi, si hos meos labores in Amplissimæ authoritatis Vestræ tutelam reponerem. Eos pro illustrissima vestra virtute, & pio literarum sacrarum patrocinio, sicut benignè Vos accepturos spero, ita ut clementer acceptetis, submissè rogo. DEUS verò clementissimus, potenti suo brachio, brachium inimicorum Vestrorum frangat, sceptro ferreo immanitatem hostilem domet, sapientiâ suâ infinitâ fraudulentas adversariorum machinationes retegat, truculenta ipsorũ consilia è cælis irrideat, irrita reddat, pessumdet.*

rum ſemina evelluntur: hîc homines ad humanitatem, ad rationem, ad virtutem quàm rectiſſimè informantur. Fugat hoſtis; refugium eſt in literis. Diripiuntur bona corporis; comparantur domi bona animi à quavis direptione tuta. O rem omnium ſeculorum memoriâ & admiratione dignam! Ubi ergo literæ melius patrocinium quærent, quàm ubi ipſarum decus, ſive pacis, ſive belli ſint tempora, tam magnificè conſervatur, tam potenter defenditur? Deinde, cùm omnis literata virtus, tum verò vel maximè divinarum literarum honor apud Vos pretiosè æſtimatur. Aequiſſimum enim, immò ſummè neceſſarium judicatis, ut omnes humanæ vitæ actiones & adminiſtrationes, in Dei cognitione, Verbi ipſius veritate, ac pietate, omninò fundatæ ſint. Cognoſcitur autem Deus in Verbo ſuo, quod ſimul omnis pietatis eſt regula. Verbi vera ac ſolida cognitio, in vera linguarũ, quibus deſcriptum eſt, cognitione, fundamentum poſitum habet. Hîc Linguam Sanctam Hebræam primam eſſe, prudentiſſimè agnoſcitis, qui ejus ſtudium tam munificè in Belgio Veſtro ſuſtentatis. Hujus linguæ cùm ego nunc quoq;, pro gratia DEI mihi benignè conceſſa, propagationem inſtituo, indubitata ſpes eſt, eam tantò gratiorẽ, tantoq; fructuoſiorem apud juventutem futuram, quantò magis Vos magnifico veſtro patrocinio

cinio

occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est, *scribit Seneca Epist.* 33. Neq; etiam nova sic cudimus, ut vetera destruamus, *ait Hieron. in Epist. ad Chrom.*

Hos meos labores & conatus, Viri Magnificentiss. *sub Vestri nominis gravissima authoritate, Virtute, auspiciisq; optimis publicare volui. Hoc ut facerem, tripliciter permotus sum. Primò, quòd ineffabili Dei beneficio Vobis conceditur, ut inter effrænatos immanis Hostis furores, inter terribiles stridores lituorum & tubarum clangores, inter horrendos armorum strepitus & fulgores, arma tamen togæ piissimarum Musarum cedant. Furit hostis foris; tranquillat animos domi literata pietas. Perstrepunt litui; sacræ Musæ suave modulantur melos Davidicum. Exoritur clamorq; virûm, clangorq; tubarum, ad arma furentia convocans; tuba Verbi divini tonat in Ecclesia, potentissima Doctorum vox resonat in Scholis, & ad spiritualem militiam contra peccata, armis pietatis, timoris* Domini *& sapientiæ cœlestis, firmissimè munit. Audiuntur æris ferriq; horrendi fragores; fortiùs multò anceps divini Verbi gladius, ac cœlestis Philosophiæ arma, in Musarum castris, cum naturæ humanæ vitiis innatis dimicant. Hic impietatis radices succiduntur, ignorantiæ vibræ amputantur, erro-*

rum

quâ inter Judæos scriptos, sed vel maximè, quòd antiqui manuscripti Hebraici, eundem ferè characterem habent. Sic ego operâ cujusdam Judæi Ruteni, nactus sum his diebus librum More Nebochim, *isto charactere in membrana descriptum, librum adeò rarum, adeò carum, adeò paucis Christianis visum. Etsi verò aliorum quoq; quamplurium de lingua Hebræa extent labores, quorum usu discentes singulis temporibus sunt adjuti: nihil tamen in hoc genere ad summum pervenit. In summo omnia æqualia sunt, ibi statur. At studium hoc in ascensu adhuc est, ubi incremento locus, ubi alacritas potest vincere. Crescit indies, & inventuris inventa non obstant. Qui præcesserunt, non præripuisse mihi videntur, quæ dici docerive in hoc genere possunt, sed aperuisse, ut Seneca de Physices studio loquitur, Epist.* 80. Pigri est ingenii contentum esse his, quæ ab aliis sunt inventa, *ait Quintil. lib.* 10. *cap.* 2. Nunquam autem invenitur, si contenti fuerimus inventis. Preterea qui aliud sequitur, nihil invenit, immò nec quærit. Quid ergo? non ibo per priorum vestigia? ego verò utar viâ veteri, sed si priorem planioremq; invenero, hanc muniam. Qui ante nos ista moverunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus veritas, nondum est occu-

dium allecti & non parum adjuti sunt. Aliqua quædam postea etiam evulgavit Gilb. Genebrardus *Theologus Parisiensis, Divinarum Hebraicarumq; literarum ibidem aliquando Professor Regius. At res ista est majoris negotii & melioris curæ.*

Hisce succurrere, ac universæ linguæ Hebrææ usum amplificare, Deo cœptis benignè annuente, in animum induxi. Linguam Hebræam perspicuâ & continenti Præceptorum serie nunc explico, exemplis illustro, ex usu variè confirmo, & exorbitantia quæq; ad analogiam reduco. Quæ ab aliis omissa, ea supplere conatus sum. Supplendi occasionem præbuerunt variæ eruditorum studiosorum quæstiones de iis rebus propositæ, quarum explicationem in aliis desiderârunt. Sermonis conjuncti modos prolixè persecutus sum, & quidem enixiori operâ, quàm ullus ante me: Hebraismos hactenus exsulantes, in suas certas sedes collocavi. In iis vis orationis singularis, usus insignis, ornatus varius deprehenditur. Ibi certa aliqua loquendi proprietas, sæpè magnarum controversiarum momenta dextrè divellit. Poëseos Hebraicæ numeros & artificiosos modos accuratè pertracto, & exemplis elegantibus ac novis declaro. Rationem etiã usumq; scripturæ Hebræo-Germanicæ, manifestè ostendo, non tantùm ob libros Germanicâ lin-

guâ

cipit, & in omni negotio longè semper à perfecto fuêre exordia, *scribit Seneca, nat. q. lib. 6. Et Cicero de Claris Orat. ait:* Nihil simul est & inventum & perfectum. Principium autem plus quàm dimidium totius est, *juxta Aristot. Ethic. 1. cap. 7. inde paulatim Præcepta magis magisq́ excoli cœperunt, & in artis aliquam formam tandem redigi. Duo tamen defectus mansêre, qui hactenus numquam satis dignè sunt expleti, unde & studium minùs floret, & sedulos sui cultores rariores possidet. Primus, quòd pleriq. omnes singularum vocum proprietatem & varietatem explicare occupârunt, de conjuncti autem sermonis ratione, & Hebraismorum explicatione, in quibus purior linguæ nitor & vera elegantia percipitur, paucissimi fuerunt solliciti. Alter, quòd in solo Biblico sermone explicando substiterunt, neq. in alia etiam Hebræorum scripta penetrandi modum ostenderunt, aut adminicula necessaria subministrarunt. Ignorantia hîc plerumq. comitem Contemptũ habuit. Solius tamen* Sebast. Munsteri *conatus studiumq́ in hac parte laudem perpetuam meretur. Is enim post Santis Pagnini initia, Dictionarium Chaldaicum & Rabbinicum, cum aliis quibusdam utilibus ad Rabbinorum scripta intelligenda observationibus, concinnavit, unde permulti ad ulterius studium*

tùm est. Usu addiscunt linguam Hebræam Judæi: non sic Christiani, quibus nec cum Judæis tanta conversatio, nec inter se tantum linguæ usum possident. Ad Præcepta ergo deveniendum. Hinc tantò faciliùs lingua addiscetur, quantò ea fuerint absolutiora: absolutiora, tam in legitima sui conformatione, quàm declaratione per copiam exemplorum & usum loquendi. Enitendum est, *inquit Philosophus*, singula sic pertractare, ut suapte naturâ percipi possint, adhibendaque diligentia, ut singula benè definiantur: nam magnam ad ea quæ sequuntur, opem afferunt, *Ethic. lib. 1. cap. 7. Exempla præceptorum sunt anima & vita. Qui ad præcepta sæpè non attendit, exemplis ceu vivis effectis ad altiorem considerationem excitatur.* Per exempla faciliùs discitur, *ait Philosophus in Problem. sect.* 18. Exemplis utimur in dicendo, ut faciliùs intelligatur, quod dicitur, *ait idem in Poët. In his plurimi hactenus laborârunt, sed dissimiliter, ac dissimili cum fructu. Primi illi heroës, Reuchlinus & Pagninus, Hebræorum inartificialem docendi modum secuti, utilissimam quidem doctrinam de Lingua Hebræa proposuerunt, sed ita informem & impeditam, ut nonnisi tædii patientissima ingenia admiserint. Scilicet* nulla res consummata est, dum in-

ſunt, quòd puriores & meliores ſunt: ergo linguarum periti fuerunt, à quibus tales profectæ, ergo quoque in poſterum peritos aliquos linguæ Hebraicæ eſſe neceſſe eſt, qui Verſiones ſubinde ad fontes revocent, earumq́ puritatem conſervent & claritatem augeant. Neq; hîc aliorum labor noſtræ negligentiæ ſit tegumentum, ſed diligentiæ incitamentum. Levius enim & alacrius ea procedet, aliorum laboribus non impedita, ſed adjuta. Verborum intelligentia rerum cognitionem præcedat neceſſe eſt, ne verbis non intellectis, res falſas pro veris comprehendat, & alios ſecum in errorem ducat, quod multis periculosè accidit. Nulla enim rerum cognitio abſq; verborum intellectu tam certa unquam eſſe poteſt, quin aliquando, aut imperfectior, aut dubia, aut falſa ſit. Hæc veritas eſt, cui pauci in hoc negotio aures advertunt.

Si ergo aliquibus ſemper eſt diſcenda lingua Hebræa, danda imprimis opera fuerit, ut modus diſcendi magis magisq́; illuſtretur, labor minuatur, induſtria augeatur & excitetur. Modus omnino duplex eſt: vel enim uſu addiſcenda, vel ex præceptis. Uſu addiſcuntur linguæ peregrinæ, Gallica, Italica, Hiſpanica, Anglica & aliæ: non ſic Hebræa, cujus uſus inter Chriſtianos non in vulgo, ſed in Scholis tantùm

falsas menti objicit, & speculantem eludit. Hoc animadvertere licet apud Chaldæos, Græcos, Latinosq́ veteres interpretes, qui non rarò à genuino verborum Hebraicorum sensu aberrârunt. Inde moti Patres Concilii Viennensis sub Clem. V. P. prudentissimè decreverunt, ut Hebraicæ, Chaldaicæ & Arabicæ (quippe quarum cognitio præcipuè ad verbi DEI interpretationem necessaria) periti Viri in Scholis & Academiis honorificè alantur, qui linguas istas docendo, & Verbum DEI interpretando, fructum speratum possint, DEO authore, producere & fidem ac cognitionem DEI, etiam inter infideles populos, salubriter propagare. Unde rectissimè fit, quòd singulæ nationes, graviori pietatis curâ tactæ, Versiones maximè puras, synceras & minimè corruptas, habere desiderant, easq́ per linguarum sacrarum peritos viros geri, liberaliter procurârint, ac indies procurare pergunt. Sic puriores quàm nunquam antea, Translationes Biblicæ nuper prodierunt, Latina, Gallica, Italica, Germanica: sic prodibit etiam (ut viri docti referunt) propediem syncerior Translatio Belgica, Vestrâ, Viri Magnificentiss. *munificentiâ, prudentiâ & authoritate instituta. Adsit cœpto DEI numen propitium, effulgeat clara DEI gratia, ut opus prosperè succedat. Quòd itaque Versiones*

mi sensa & sibi invicem & posteris exponerent, & quicquid hac rerum universitate comprehenditur, propriissimè & convenientissimè exprimerent: hac DEUS ipse usus est, ut suam hominibus gratiam immensam & voluntatem declararet: hac sancti Angeli cum ipsis hominibus collocuti: hac denique Prophetæ DEI Verbum divinum de æterna hominum salute descripserunt. Quòd si ergo rebus durabilibus antiquitas gratiam conciliat, quid hac linguâ, quæ cum ipsis mundi exordiis nata, est antiquius? Quòd si authoris dignitas, rei dignitatem auget, quid hîc desiderari potest? Quòd si denique materiæ, quæ hisce literis descripta est, præstantia, ad dignitatem ipsius linguæ aliquid confert, quid dignius censeri potest eo, quod in ipsius DEI salutarem cognitionem nos adducit, quod æternæ salutis consequendæ modum ostendit? O studium verè dignum! ô industriam omni prædicatione majorem, quâ homo id consequitur, ut eâdem linguâ cum DEO, cum sanctis Angelis, cum Patriarchis & Prophetis, scienter possit colloqui, & DEI mentem ex lingua DEI syncerè hominibus explicare!

Porrò ut ex recta verborum intelligentia, rerum cognitio certior dependet: sic ea[illegible]ndem ignoratio, ceu falsum speculum, res fucatas &

falsas

ctis Pagnini *exortu, cœpit lux Verbi* DEI *per ipsorum labores rursus invalescere, ut quum procedit Sol in robore suo. Tunc plurimi alii heroes prodierunt, quos ob linguæ sanctæ inter Christianos propagationem, immortalis gloriæ memoria prosecuta est, & prosequetur in seculum. Ut igitur &* virtus & vir bonus mensura rerum omnium est, *ut Philosophus scribit Ethic. 9. cap. 4. sic nos ad tantorum virorum eruditionem, nostraque quoq; studia ita dimetiamur, ut imitandi studium in nobis probetur, in assequendo nulla vel industria negligatur, aut negligentia aliqua meritò culpetur. Utq;* non satis est virtutem habere cognitam, sed opera danda, ut & habere eam & excolere possimus, *ut idem Philosophus ait Ethic. 10. cap. 9. sic nos istorum qui nos præcesserunt, doctrinæ non simus otiosi spectatores, aut inanes admiratores: studio indefesso eam nobis quoque acquiramus, opere exprimamus, usu publico in aliorum commoda convertamus.*

Dignitas verò hujus linguæ quæ potest major esse, quàm quòd sit lingua prima generis humani, quòd sit lingua DEI, lingua Angelorum, lingua Prophetarum? Etenim hanc DEUS ipse primis generis humani parentibus, Adamo & Evæ, in ipso creationis initio inspiravit, ut ani-

debiles juventutis conatus studio omni juvare, & in lætiorem facilioris apprehensionis spem erigere. Quod dum facere aggredior, divina adsit gratia, humana benevolè benigneq; aspiret aura. Illam syncero pectore à DEO opto, hanc à Vobis, Viri Amplifs. *omnis literarii decoris Tutoribus ac Conservatoribus verè magnificis, submissè expeto. Hæc conantem animabit: illa conatus promovebit & prosperabit. Ut autem hoc facere instituerim, laudatissimum aliorum movit exemplum, summa harum literarum permovit dignitas, studii ursit necessitas & raritas.*

Antiquæ laudis & ineffabilis boni res est, oracula divina, populo orientali Hebræo, linguâ Hebræâ concredita, à Græcis interpretibus inter alias gentes fuisse divulgata. Aeternæ laudis est, magnum illum primitivæ Christi Ecclesiæ Patrem, Hieronymum, *eadem oracula, ex Hebræo fonte in linguam Latinam traducta, Ecclesiis Christi Occidentalibus primùm revelasse. Inde quantâ luce Verbum divinum consequentibus aliquot seculis refulsit, tantis postea tenebris obscuratum est, quando* Linguarum Sacrarum *& interpretationis divinum donum negligi cœpit, ac diu admodum cessavit. Tandem verò à Clarissimorum istorum luminũ,* Joan. Reuchlini *sive* Capnionis, *&* San-

ctis

Illustriss. Potentiss.

ORDINIBU
BELGII PROVINCI
RUM CONFOEDERATARUM

Gubernatoribus Moderatoribus
Magnificentiss. Prudentiss.
Dominis suis Cle-
mentiss.

A Deo Opt. Max. Gratiam, pacem,
salutem precatur

JOHANNES BUXTORFIUS.

CONSTITUI, VIR MAGNIFICENTISSIMI cum bono DEO, lingu sanctæ Hebrææ, unde omni divini Verbi veritas & certitudo ad nos propagat est, usum universum amplificando ornare, modum discendi illustrar

SUMMA PRIVILEGII S.R. Imperii VICARII.

CAROLI LUDOVICI, Dei Gratiâ, Comitis Palatini Rheni, S.R.I. Archithesaurarii & Electoris, ejusdemq; in partibus Rheni, Sueviæ, & Juris Franconici, Provisoris & Vicarii, Ducis Bavariæ, Privilegio cautum est, nequis ea, seu Propria, seu Paterna Opera, quæ JOHANNES BUXTORFIUS Filius, S. Theologiæ & Linguæ Hebrææ in Academiâ Basileensi Professor, suis Sumptibus, vel de novo editurus, vel suo studio & labore recensita, locupletata, aucta, notis illustrata, vel quacunq; ratione emendata, recusurus est; ullo modo, sive collectim, sive divisim, intra spacium viginti annorum, à prima editionis die cujusq; Operis computandorum, in S. Rom. Imp. imitari, interpolare, transformare vel recudere, aut alii recudenda dare, vel etiam alibi impressa vendere, distrahere, clàm, palàm, citra prædicti JOHANNIS BUXTORFII, vel Hæredum ipsius, & jus vel causam ab eo habentium, voluntatem & consensum specialem, præsumat, sub pœnâ âmissionis Librorum illorum, & mulcta Decem marcarum auri, partim fisco Imperiali, fraudis vindici, partim dicto Impetranti, pendendâ; prout latiùs in Originali habetur, Dato Heidelbergæ, 12. die Novembris, Anno 1657.

JOHANNIS BUXTORFI
THESAURUS
GRAMMATICUS
LINGUÆ SANCTÆ
HEBRÆÆ,

Duobus libris methodicè propositus,

Quorum PRIOR, Vocum singularum naturam & proprietates: ALTER vocum conjunctarum rationem & elegantiam universam, accuratissimè explicat:

ADJECTA,

PROSODIA METRICA, sive POESEOS Hebræorum dilucida tractatio:

LECTIONIS HEBRÆO-GERMANICÆ Usus, & Exercitatio;

Cum capitum & vocum irregularium Indice.

EDITIO SEXTA

Recognita

à

JOHANNE BUXTORFIO, Filio.

Cum PRIVILEGIO.

BASILEAE,
Impensis JOHANNIS BUXTORFI, Junioris.
Typis JOH. JACOBI DECKERI, Acad. Typogr.
M DC LXIII. 3.16

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google